C. W. Knerr sculp. Norib.

D. IO. ALBERTI BENGELII

APPARATUS CRITICUS

AD

NOVUM TESTAMENTUM

CRISEOS SACRAE COMPENDIUM, LIMAM,
SUPPLEMENTUM AC FRUCTUM EXHIBENS.

PRESENTED TO THE HALSTED
LITERARY SOCIETY
FOR THE USE OF THE U. T. S
NEW YORK BY C. O. HALSTED

EDITIO SECUNDA

CURIS B. AUCTORIS POSTERIORIBUS

AUCTA ET EMENDATA,
COPIOSOQUE INDICE INSTRUCTA,

CURANTE

PHILIPPO DAVIDE BURKIO.

TUBINGAE, SUMTIBUS IO. GEORGII COTTAE.
MDCCLXIII.

Div. S.

GRATIA ET VERITAS

QUAE PER IESVM CHRISTVM FACTA EST DETVR ET MVLTIPLICETVR OMNIBVS.

§ I.

Scriptura ſacra Novi teſtamenti, primigenio ſuo ſermone, *recognita*, criticiſque explanationibus comitata, in lucem exiit *Tubingæ* Anno MDCCXXXIV. Poſtea *textus* ſacer, recoguitus, ſolus exiit bis omnino, eo ipſo anno, Stuttgardiæ et (Anno MDCCLIII) *Tubingæ*, in forma, quam vocant, octava. Nunc, quod divina benignitas bene vertat, *criticæ explanationes*, item ſolæ, quemamodum a compluribus aliquoties deſideratum fuit, emittuntur. Qua de re in ipſo limine non multa quidem, nec

500362

ſpecioſa, ſed maxime *neceſſaria* dicemus: quæ ab iis, qui ſolidam utilitatem quærunt, vigilanter cognoſci pervelimus.

§ II.

Genuinam cujuſque loci lectionem, quibuſvis monumentis rationibuſque examinatis, inveſtigavi: eamque, quum in editione aliqua probata occurrebat, occurrebat autem plerumque, in *textu* propoſui; quum aliis tota nitebatur documentis, eam *marginis* lectionibus, conſpicuo indicio munitam, inſerui. Apocalypſin excipio, ubi magnas ob cauſas, ſuo infra loco explicatas, textui ſinceritas codicis Alexandrini aliorumque reſtituta eſt, & tamen priſtinarum editionum lectio oculis lectorum ſuo loco diſtincte ſubjecta.

§ III.

Interpunctiones, quas vetuſtiſſimi codices ignoraruit; & *accentus ſpirituſque*, quos etiam editio *Complutenſis* negligit: tamen quum iis adhuc plerique utuntur, reliquimus; quin etiam revidimus non perfunctorie, auctoritateſque, ubi novatum videri aliquid poſſet, priſcas adhibuimus. Prudentes autem non pro documentis manus primæ, ſed pro adventitiis intelligentiæ adminiculis ingenue accipient.

§ IV.

Ab his cum diſceſſerimus, ipſum *textum quam maxime merum* ac continuum, & ſedulitatis humanæ ſcitamentis quam minime

nime interpellatum atque obrutum præſtitimus, qualem ſcriptores primævos, qua erant ſimplicitate, eum ipſos dediſſe, & a poſteris ſervari voluiſſe exiſtimes. Etenim margo demum noſter, iſque lateralis, non modo *verſuum*, ſed etiam *capitum*, ut apud Eraſmum, apud Stephanum, notationem hodie uſitatam habuit. Inferior autem margo in editione *Tubingenſi* utraque habet *loca parallela*, præ ceteris evolvi ſolita, Evangeliſtarum mutuum & Novi teſtamenti cum Veteri concentum indigitantia: habet idem, ut diximus, *Variantes lectiones*, notiores ac potiores, eaſque non ſolum editionum, ut quilibet, cuicunque editioni aſſuevit & favet, hîc eam offendat; ſed etiam mſſ. codicum; lectionumque *æſtimationem*, per quam tamen integrum cuique judicium debet eſſe conſervatum.

§ V.

Erunt, opinor, qui *emendationum*, majoris certe momenti, conſpecta in margine *paucitate*, quaſi ſpe ſua fruſtrati dicant, majus operæ tam diutinæ pretium fuiſſe exſpectandum. Atqui hoc ipſum mecum gaudebunt omnes, quibus cordi ſacræ ſunt literæ. Omnino, ſi ſeorſum unius priſtini editoris cujuſcunque eſſemus quaſi ſectam ſecuti, margo noſter * genuina multa detineret, & noſtræ quidem operæ utilitatem ſpecioſius oſtentaret, ſed idem lectoris mentem perplexe diſtraheret: nunc editiones *receptiſſimæ, in unum rite co-*

* Quem totum nunc repræſentat *Catalogus*, infra in P. IV. n. XIV poſitus.

500362

agmentatæ, textum producunt ejuſmodi, qui ſi denuo ad codices a temporibus *Vallæ* uſque ad hodiernum diem excuſſos, cum ceteris omnibus adhuc reperiendis, quam rigidiſſima collatione inſtituta, exigatur; cum litera codicum mſſ. multo integerrima amice conſpiret ipſe, margineſque *Millianis* longe graciliores amœnioreſque habeat, judicia denique poſteritatis, quantuſcunque eam profectus maneat, non reformidet.

§ VI.

Ingenti ergo operæ pretio *eclectica hæc methodus* lectioni nulla ſui parte non receptæ officium præſtat: & ſeverisſima criſis, dum ne ſit intemperans, præſentiſſimas textui vindicias miniſtrat; nonnulla duntaxat, in quibus dubitationis pars remanet, eatenus enotat ac quaſi ſequeſtrat, quo firmius inniti cæteris tantiſper poſſimus: vicissim reſiduos germanæ lectionis uniones, numero paucos, pondere inſignes, e ſitu in conſpectum reducit; omnemque adeo genuinam N. T. lectionem in textu quidem ſimul & in margine non onuſtiſſimo exhibere cenſenda eſt.

§ VII.

Quæ cum ita ſint, juſta veritatis fiducia omnes Scripturæ vel amatores vel oſores provocare poſſumus, ut omnes N. T. codicum copias ſuppetiaſque eruant, adſciſcant, repetant, examinent: pauculæ omnino variantes lectiones adhuc

huc ignotæ, ſpondere audeo, proferentur; vix ullus genuinus apex adhuc intactus reperietur: quodque ad deciſionem vexatiorum locorum ſupereſt, id non tam a multis codicibus, quam a bonis rationibus proficiſcetur. Ita jam ſunt excuſſa omnia, ſtatutumque habere poteſt religioſus lector, genuina omnia in manibus eſſe: neque in ſingulos nuncios literarios ab alia codicum ſuper aliam detectione ſuſpenſas cogitur habere rationes. Quod ſi auguſtioris vetuſtatis ſuppetiæ ex penetralibus adhuc opertis & clauſis olim exorientur, utilitatem earum omnes boni cum prolubio accipient.

§ VIII.

Omnia, quæ ad totam criſin N. T. & ad ſingulorum locorum conſiderationem pertinent, *Apparatus criticus* explanat, & inprimis mutationes, ſonticas interdum, quas *L. M. Artemonius*, id eſt Samuel Crellius, vel ipſe nuper excogitavit, vel ab aliis adoptavit, ſuis locis, maxime ad initium evangelii Johannis, redarguit.

§ IX.

Ad textus ita perpoliti vim explicandam, ſemota criſi, totus pertinet *Gnomon*. Sic enim appellavimus annotationes philologicas, de quibus hoc loco non alienum fuerit aliquid dicere. Exegeſin N. T. Græci Latino pridem ſermone in privatos uſus meos cœperam conſcribere. Poſtea vero quum ad finem operis perveniſſe mihi viſus eram, in dubitationem incidi, utrum ſalubrius foret, *Latino* eam an *Germanico*

ſer-

ſermone aliis impertire. Rationes, quæ mihi, quæ aliis, a quorum judicio deciſionem ſumere volueram, utramque in partem occurrerent, fere in æquilibrio remanebant, donec in mentem venit, ſententiam eſſe dividendam. Qui *Latine* omnia ſcribunt, multa popularibus, inter quos ſæpe digniſſimæ deliteſcunt animæ, ſubtrahunt: qui *Germanice* omnia proponunt, non poſſunt non multa miſcere, quæ tamen revera non niſi *Latine* docti capiant, ceteri ſine fructu ob oculos habeant. Nos igitur, quæ ad locutiones Græcas evolvendas, ad veram emphaſin explicandam, falſam exterminandam, ad LXX interpretes aliosque ſcriptores veteres conferendos pertinent, quæ allegationibus conſtant, quæ ex antiquitate eruuntur, quæ analyſin qualemcunque dant, quæ ſine terminis technicis, ut appellantur, peragi non poſſunt, quæ denique ad literarium forum pertinent; ea *Latino* ſermone ſeorſum tractavimus. * Atque hæc pars eſt, in qua etiam lectionis ſubinde unius alteri in textibus variantibus antepoſitæ, non iterum criticam, ſed hermeneuticam dedimus rationem: hanc partem, Lector, ſi quid tua refert, citari ſcito, quotieſcunque ab *apparatu* critico ad *Gnomonem* te amandari videbis. Cetera, quæ ad conſiderationem rerum ipſarum, & ad ædificationem animarum propius faciunt, amota non ſolum criſi, ſed etiam philologia reliqua; quæque ejusmodi eſſe, paulatim experior, ut vernaculo

* Prodiit *Gnomon* N. T. Tubingæ A. MDCCXLII; iterumque curis b. Auctoris poſterioribus auctus et emendatus, ibidem A. MDCCLIX.

naculo ſermone & commode dilucidari, & ſalubriter proponi poſſint omnibus, in *Germanicum* ſermonem transferenda exiſtimavi, novum non veritus laborem. Sic prodiit Harmonia Evangeliſtarum, expoſitioque ſuccincta totius N. T. a Matthæo uſque ad Apocalypſin. * Hæc Theologica explicatio, propriis incluſa finibus, plenum quoddam opus ſeorſum refert; & ſic quoque explicatio illa Philologica: & tamen altera alteram, mutuis remiſſionibus lectorem ſubinde admonituris, adjuvat.

§ X.

Interim in margine textus ad Apparatum criticum, in *apparatu* critico ad *Gnomonem* hermeneuticum remiſimus, ubi genuinam lectionem confirmari & explicari maxime opus eſt: nec tamen ea tantummodo loca, ſed omnes totius marginis varietates, in *Apparatu*; permultæ, etiam in *Gnomone* attinguntur, quare quotieſcunque expedire quiſque ſentiet, de lectione *apparatum*, de explicatione *gnomonem* reſpiciendum eſſe meminerit.

§ XI.

Plura, quæ & de criſi noſtra, & de explicatione, dicenda ſunt, ſuis locis dicemus: *ſigna* autem quædam, neceſſario adhibita, in fine Introductionis criticæ declaramus. Prima ſpecie methodus quælibet in hoc genere non poteſt

* *Harmonia* quidem Tubingæ. 1736, iterumque ibidem, 1747, *Expoſitio* autem ſuccincta N. T. cum verſione Germanica Stutgardiæ, 1753.

non intricata videri: ſed quì perſpectam hujus negotii naturam habent, agnoſcent, non potuiſſe a nobis commodius rem inſtitui: atque ipſe uſus omnia reddet omnibus facilia.

§ XII.

Hæc tibi ſi, Lector, ſufficere ſtatuis, non interpello, quo minus ad ſermones Domini noſtri Ieſu Chriſti & ſervorum ejus accedas protinus, & ſemper iis paſcare.

§ XIII.

Tu idem vero ſi de toto hoc inſtituto, aut de ullo ejus graviore capite, judicium & ipſe facere, & aliis, quibus id aut tua opinione prodeſſe, aut revera obeſſe poſſit, aperire geſtis: per eam te ego religionem, quæ verbis Dei viventis debetur, merito ſerioque obteſtor atque obſecro, ut aut reprimas te, & cogitationes tuas, quæ utique liberæ ſunt, tibi habeas; aut antequam alios hac in parte docere & admonere coneris, *cauſam*, quoad opus eſſe ſenſeris, *cognoſcas*, ex iis præſertim, quæ in hoc Apparatu critico, ejuſque parte potiſſimum *prima* exeunte, et *tertia* ineunte, itemque in parte nunc accedente *quarta*, numeris maxime IV. V. IX. X. XI. XII. XIII., et paſſim, dicuntur; ne parum exploratis receſſibus atque rationibus totius enodationis noſtræ, in ea incurras, quæ hic jam proviſa, præciſa ac præmunita fuiſſe, lector attentus, ſive ego reſpondero ſive tacuero, ſit

per-

perſpecturus. * Ad hanc unam æquiſſimam literisque ſacris digniſſimam conditionem ſi deſcenderis, omnia in poteſtate tua ſunt, et, quo ſeverius examinaveris ea, quo plura eorum ad ſummam veritatem redegeris, quo amantius vero etiam et candidius in ea re verſatus eris; eo majorem ex Deo laudem et mercedem tibi exopto.

§ XIV.

Multifarius mihi et divinæ virtutis, et meæ imbecillitatis, dum opus facerem, ſenſus fuit: illam agnoſci, hanc corrigi cupio, fideliter me quidem, ſollicite, patienter, ut

 debe-

* Sunt hanc ipſam ob cauſam præſenti novæ editioni non addita niſi ea, quæ b. D. *Bengelius* in curis ſuis poſterioribus et ſchediaſmatibus miſtis vel in libris prelo excuſis poſt ſe reliquit. Conſtans ea b. Auctoris mens fuit, ne quid alieni laboris admiſceretur ſuo. Et poſterorum ſane intererit ſedulo curare, ut certo conſtet, quid quoque loco de quacunque re *Bengelius* ipſe vel ſenſerit vel ſcripſerit. Conſer, ſi placet, quæ P. III. § III. b. vir ſcripſit. Adde P. IV. n. IV. § XXXVI. XXXIX. Si cui vel in *Criſi* vel in *Exegeſi*, *Apocalyptica* etiam, ulterius procedere et novum aliquid detegere vel rectiora, pleniora, ſolidiora proponere dabitur, per ſe id agat licet et ſuo nomine ſuove periculo. Nova inprimis ſpecimina *critica* Eorum, qui poſt *Bengelii* diſceſſum prodierunt, ſeduli lectores facili opera cum hoc, ut eſt, *Apparatu* conferent, libero uſuri judicio. Spero fore, ut id æquitatis meis quoque qualibuſcunque ſcriptiunculis tribuatur ab iis, qui poſt me erunt. Hinc equidem cavere ſoleo, ne quid de meo maturis b. Soceri meletematibus ingeram vel adjungam. Quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris. Eadem ſollicita cura factum eſt, ut infra, in parte *quarta*, in diverſis, quæ dedi. Excerptis nonnulla bis dicerentur, omnia vero in ea lingua, latina, germanica, proponerentur, in qua primum exarata fuerant: id quod æquus Lector, ſic nunc admonitus, facile condonabit, et *tota* in N. T. græcum criſi Bengeliana, *uno* nunc volumine comprehenſa, commode fruetur. Vnum ego addidi, *Indicem*, quem b. Auctor concinnare cœperat quidem ſed non abſolverat. Eum, copioſum, ut decuit, conſiderate ita conformavi, ut etiam apud ſecuturas libri editiones manere poſſet, nil mutandus. Non enim ad paginas, ſed ad ipſas libri articulatiſſimi ſectiones conſtanter remittit. Pauncula hæc monenda putavi. Dabam Markgruningæ d. XXVII Oct. MDCCLXII.

P. D. Burkius.

debebam, egiſſe, ad cujuſvis, qui ſua intereſſe cenſeat, patebit conſcientiam.

§ XV.

Quæ docti viri ſuper *Millii* penore, ſuper *Bentleji* ſpecimine, ſuper *anonymi* textu Græce et *Anglice* excuſo, ſuper Prolegomenis *Wetſtenianis* primiſque editionis illius inchoatæ foliis, id eſt, ſuper præcipuis ætatis noſtræ auſibus in hoc genere, ultro citroque diſputaverunt, omnia ad me commonendum pertinere, et tamen *veritati* primas partes, ſecundas *modeſtiæ* deberi, exiſtimavi. Proinde ſi ad nitorem verborum cœleſtium, his ærumnis, ob id ipſum non pœnitendis, profectum quiddam eſſe, intelliges, Chriſtiane Lector, Deo gratias velim agas, ad tuæ animæ florem omnibus rebus utaris, et mihi quoque [meisque] Evangelii fructum appreceris.

§ XVI.

Non nobis, Domine, non nobis, ſed nomini tuo da gloriam, ſuper miſericordia et veritate tua.

HABETVR

IN HOC OPERE

I INTRODVCTIO

AD VNIVERSAM LECTIONIS VARIETATEM

DILVCIDANDAM:

II TRACTATIO

POTIORA LOCA VARIANTIA

SINGVLATIM DISCERNENS:

III EPILOGVS

DVBIA GENERALIA RESOLVENS,

ET RATIONEM HVIVSCE SCRVTINII AD VSVS SVOS REFERENDI

DEINCEPSQVE CONSVMMANDI DECLARANS:

IV APPENDIX

CETEROS EIVSDEM AVCTORIS LABORES

IN NOVVM TESTAMENTVM CRITICOS,

SEPARATIM ANTEHAC EDITOS,

COMPLECTENS.

APPA-

APPARATVS CRITICI

PARS PRIMA,

IN QVA HABETVR

INTRODVCTIO

AD VNIVERSAM LECTIONIS VARIETATEM

DILVCIDANDAM.

PARS I,

DE

VNIVERSA LECTIONIS VARIETATE.

SVMMARIVM.

Lectio *quam ſinceriſſima quaerenda : § 1. adeoque communior examinanda. Horum utrumque ſpectatur praeſenti inſtituto. § 2.*

Varietas unde petatur ? § 3. Enumerantur editiones principes : § 4. manuſcripta graeca, § 5. quorum aliqua poſt Millium, § 6, & nunc primum collata ſunt. § 7.

Suffragiorum ratio quomodo ineunda ? per duas codicum claſſes. § 8. Singulorum Suffragiorum duplicitate quomodo utendum ? § 9.

Ex his monumentis quomodo extrahenda germana lectio ? § 10. 11. Fit deciſio, I ex ipſa Varietatum natura, § 12. Librarii officium, § 13. quo neglecto, varietatem dat Caſus, § 14. praeſertim in graecis ; § 15. vel Conſilium, § 16. praeſertim in N. T. § 17. vel Caſus & Conſilium, § 18. inprimis per Compenſationem. § 19. Hinc minuitur admiratio de copia varietatum, § 20. inferturque ratio decidendi: in varietate ſimplici, § 21. in multiplici, § 22. in lingua graeca vel caeteris, § 23. variisque in caſibus, § 24.

Tranſitio. § 25. II *ex Codicum vario concurſu : qui evolvitur α per* Adſcenſum *a ſingulis codd. ad univerſos, § 26. idque in Evang. in Actis & Epiſtolis, in Apoc. § 27. Seorſum notatur* Cantabrigienſis *& alii codices graeco-latini. § 28. Regula de codd. varie concurrentibus, § 29. exemplis illuſtrata. § 30. β. per* Deſcenſum *a manu apoſtolica ad certas codicum familias : § 31. unde deciſio fere ad* Alexandrini *codicis* Latinæque *lectionis conjunctum ſuffragium, atque inde ad diviſum reducitur,* verſionum *etiam aliarum ac patrum teſtimonio hic demum in ſubſidium adſcito. § 32, copioſe. Methodi hujus, quod ad codices, eorumque collationes attinet, utilitas. § 33.*

Summa, Canon quidam unicus. § 34.

Conſectarium : de Edit. Complut. § 35. de edd. Eraſmi & aliorum, § 36. de edd. Bezae, § 37. de conſtitutione totius lectionis receptae, § 38. de praecipuis doctorum conatibus a typographia inventa, uſque ad praeſentem aetatem. § 39.

Relatio de nova hac recognitione. § 40.

§ I.

Augustius quidem & copiosius est DEI testimonium de Filio suo Jesu Christo, firmior inde etiam generosiorque sanctorum fides, quam ut summa doctrinæ cœlestis a quolibet elemento & vocabulo debeat esse suspensa: sed tamen quemadmodum etiam minima auri particula aurum est; sic minima sermonis ab ore divino profecti portio, divina est. Hinc apostoli ita citant scripturam V. T., ut sæpe conclusiones ipso mundo ponderosiores ex epitheto, ex accidente grammatico, ex adverbio &c. deducant. 1 Cor. XV. 26 s. Gal. III. 16. Hebr. II. 8. IV. 7. VII. 17 seqq. VIII. 13. XII. 27. Neque vero minoris dignitatis sunt Novi testamenti scripta; unde Pauli epistolas omnes *reliquis scripturis* accenset Petrus, ep. II. cap. III. 16: qua de re vide *Witsii* Miscell. L. I de Proph. c. 22. Imo in N. T. inspiratio divina sublimior est, quam in V. T. ut demonstrat *Gatakerus* Adversar. misc. posth. c. 33. Idcirco quisquis reverenter habet, quicquid ex ore Dei venit, is lectionem scripturæ etiam Novi test. quam limatissimam debebit quærere. Nam salvi quidem in ea sunt per varietatem lectionis οἱ λόγοι, salva τὰ πάθη· est autem ἦθος præterea quoddam, delicatissimo sale & subtilissimo decoro refertum, per omnes libros, capita & sententias diffusum, cui quælibet immutatio, quamlibet exilis, officit. Aliquando etiam locus, qui per se non magni momenti sit, ad alium locum gravissimum constituendum præter spem idoneus ac necessarius reperiri potest. Denique inter verba Dei & inter æquipollentias humanas revera aliquid intercedere potest, ubi nostra acies nihil adhuc conspicit: ac v. gr. Iohannes, si ipsum hodie præsentem haberemus, multa, quæ nonnulli aliter, atque ipse scripserat, descripserunt, obtuso nostro & obeso arbitratui subduceret, quanquam plerisque nostrum perinde habita. vid. Ioh. XXI. 23. Ap. XXII. 18. Nemo igitur suum captum, suum gustum, pro trutina ejusmodi rerum habere debet. Non ignoro, complures etiam ex iis, qui veritatem amant, talium scrutiniorum utilitati & firmitudini diffidere: sed hac ipsa via, quam insistimus, ad rectiorem sensum, ut speramus, adducentur. Quum homo doctus homiliam,

miliam, diatriben, epistolam, epigramma scribit, ita vel diligens vel morosus esse solet, ut non facile patiatur id a librario aut typotheta contaminari ullo modo, aut corrigi, & hinc inde nomen, verbum, particulam, incisum, commutari, trajici, demi, addi. quamvis enim summa rerum integra maneat, tamen sermonis mutatio, in qua mille lectores, quid intersit, nec sciant, nec curent, tandem aliquem impedit, vel ipsum certe auctorem, qui mentis suæ impressioni, verborum expressionem habebat accommodatissimam, offendit. quapropter etiam libris quibuscunque *Errata* graviora, leviora, adjici solent a prudentibus. Quod ergo suis quisque verbis facit, id Dei verbis fieri cur pius quisquam nolit? In victu, in veste, in habitatione, in supellectili, in prædio, non modo necessitati, sed etiam munditiei consulimus: quis vero est, qui verba Altissimi ita negligat, ut emendatiori textui inquinatiorem de industria anteponat, divinamque elegantiam ab humana sinisteritate non modo non discernat ipse, sed etiam per unum interdum discerni aliquem, cujus labor deinceps sublevet multos, indigne ferat? Pertinet id curæ vel maxime ad γραμματεῖς *literatores*, *scribas*, qui etiam in Novo testamento, varia habente munera, mittuntur. Matth. XXIII. 34. Criticum igitur munus cui obtigit, ei criticum opprobrium, ut ab improperio Christi non plane alienum, est molliter ferendum.

§ II.

Post typographiam inventam, plerique exemplaribus utuntur per artem illam multiplicatis: sed hæc ubi inter se ipsa differunt, nullum certe eorum tantæ est per sese auctoritatis, ut ceteris sine ulteriori examine penitus anteponi debeat. Omnino datur sancta quædam & tranquilla simplicis fidei in hoc quoque genere indifferentia, cui, absit, ut obturbatum eamus. sed tamen si quis eam editionem Græcam, cui ipse assuevit, vellet ideo tantum, quia nulli alteri assuevit, ad apicem usque defendere: is neque oculato neque generoso sopiendæ mentis uteretur compendio. Non Hispanus Complutensem editionem, non Germanus Basileensem, non Gallus Parisinam, non Belga Amstelodamensem, non Britannus Oxoniensem ubique meliorem esse ceteris, contendere potest propterea, quod ipse semel eam sit amplexus: nam alius æquo jure de quavis alia gloriabitur. Protinus abit res ad manuscriptos codices. ex eorum nonnullis editiones præcipuæ sunt deductæ: atque ex omnibus ejusmodi monumentis, quorum copia est, cognosci debet, quæ editio quovis loco vel præ ceteris recte se habeat, vel etiam juxta cum ceteris aliquid limæ admittat. Singuli editores pristini labes suas habuere, quippe quas eorum alii subinde in aliis, sæpe etiam quisque in se ipso reprehenderunt. eosdem conjunctim, præ omnibus, qui superioribus seculis codices manu sua descripserant, insallibiles fuisse, si quis putaret; ipse maximopere falsus, plus eis tribueret in Græcis, quam Latinis tribuitur ab ecclesiæ Romanæ studiosissimis. Integra semper fuit scriptura sacra, quamvis nullus exstabat codex, cui exemplaria per typographiam nuper dicta ex asse responderent: ecclesiæque Asiaticæ, Africanæ, Armeniacæ, Italicæ, Syriacæ & reliquæ, quamvis codices Novi testamenti Græcos & versiones haberent digredientes aliquantum; tamen iis ad fidem & salutem non minus se instructas senserunt,

quam quælibet posteritas literatior. Ipsa summa in libris omnibus salva est, ex Dei providentia: sed tamen illam ipsam providentiam non debemus eo allegare, ut a lima quam accuratissima deterreamur. Eorum, qui præcessere, neque defectum exagitabimus, neque ad eum nos adstringemus: eorum, qui sequentur, profectum, neque postulabimus in præsenti, neque præcludemus in posterum. quælibet ætas pro sua facultate veritatem investigare & amplecti, fidelitatemque in minimis & maximis præstare debet. Alia complura ad *totam* crisin N. T. pertinent, ut de canone, de ratione interpretandi, de scriptoribus librorum N. T. eorumque stilo, de libris N. T. eorumque germanitate, numero, ordine, partitionibus, de allegatis V. T. in N. T. & reliqua ejusmodi capita, quæ copiose inprimis tractarunt eruditissimi viri, *C. M. Pfaffius*, in Lectionibus, quas Notis ad Matthæum præfixit: *I. G. Pritius*, in Introductione in lectionem Novi testamenti: *I. C. Klemmius*, in Principiis criticæ sacræ in Novum testamentum, ubi hanc materiam memorabili exemplo in formam artis redigere instituit: *I. W. Rumpaeus*, in Commentatione critica ad libros N. T. in genere: *I. R. Rus* in Introd. in N. T. generali. Nostrum vero scrutinium intra hos fines versabitur, ut *singulis* in locis ex ingenti lectionum varietate genuinam lectionem eruamus.

§ III.

Eruitur genuina lectio ex omni acervo lectionum variantium: variantes autem colliguntur maxime ex editionibus græcis, & ex manuscriptis codicibus græcis; deinde etiam ex versionibus antiquis & patribus. De his omnibus dicemus, non quæcunque dici possent, sed quæ potissimum ad Decisionem conducant: ac primum quidem de græcis editionibus & manuscriptis.

§ IV.

Editio quælibet ita huc pertinet, uti ipsa ex codd. mss. manavit; ubi manuscriptorum illorum copia aut notitia postmodum est amissa. Hujusmodi est editio *Complutensis*, & editiones *Erasmi*. Cæterarum ratio ibi demum haberi debet, ubi quiddam ab illis ducibus diversum ex codd. mss. proferunt. Id quod *raro* fit. nam etiam *Aldus* & *Colinaeus*, Erasmum fere secuti sunt: *Stephanus*, Complutenses initio, deinde Erasmum prætulit. *Theod. Beza* Novum testamentum Græce recognitum, cum Latina sua versione, & cum annotationibus majoribus sive Philologicis, ab A. 1556 ad A. 1598 quinquies dedit: idem vero minores annotationes, Theologicas, quæ post majores illas natæ sunt, cum sola versione sua edidit, quibus deinde alii Græcum textum, prout ipsis videbatur, adjecerunt. Eum igitur potissimum textum, cui majores illæ annotationes adjectæ sunt, consulant oportet, qui *Bezae* recensionem cognoscere curant. Sane longe Beza ab Erasmo Stephanoque discessit; sed in annotationibus illis majoribus codices vel certe rationes pro discessu illo suo indicavit: quanquam etiam ii codices, quibus Stephanus, quibus Erasmus, quibus Complutenses usi sunt, paulatim deteguntur, ut res omnis tandem ab editionibus ad solos mss. redeat.

§ V.

§ V.

Codicum mſ. Gr. quorum nos quidem lectionibus utimur, hæc eſt nomenclatura: *Alexandrinus; Auguſtani*, primus, ſecundus, tertius, quartus, quintus, ſextus, ſeptimus; *Barberiniani* XXII. *Baroccianus; Baſileenſes* quinque, nempe *Baſ. 1.* idemque *Baſ. α.* & *Baſ. 2. 3.* & ab his diverſi *Baſ. β. γ. Bodlejani*, primus, ſecundus, tertius, quartus, quintus, ſextus, ſeptimus; *Bærnerianus*, *Buncleianus*, *Byzantinus*, *Camerarianus*, *Cantabrigienſis* (abſolute ita dictus,) *Cantabrigienſes*, ſecundus, tertius; *Claromontanus; Colbertini*, primus, ſecundus, tertius, quartus, quintus, ſextus in Actis, idemque ſeptimus in Epiſtolis, idemque octavus in Evangeliſtis: (nam nonus, decimus, undecimus, ſunt iidem, qui primus & ſecundus:) *Coveliani*, primus, ſecundus, tertius, quartus; *Cyprius*, *Dionyſianus*, *Epheſius*, *Galeanus*, *Gehlianus*, *Genevenſis*, *Germanenſis* (ex Claromontano deſcriptus, ut docetur in Prolegom. Wetſten. N. T. p. 32, adeoque raro a nobis citandus:) *Gonvillianus*, *Googeanus*, *Hirſaugienſis; Huntingtoniani*, primus, ſecundus; *Laudini*, primus, ſecundus, tertius, quartus, quintus; *Leiceſtrenſis*, *Lincolnienſis*, *Lincolnienſis* iterum, *Lipſienſis*, *Lu.* (de quo nil præterea Millius:) *Magdaleniani*, primus, ſecundus; *Medicaeus*, *Montfortinus; Mori* primus, ſecundus; *Moſcuenſis; Novi collegii* primus, primus iterum, ſecundus; *Pariſini*, primus, ſecundus, tertius, quartus, quintus, ſextus, ſeptimus, octavus, nonus, decimus; *Perronianus; Petaviani*, primus, ſecundus, tertius; *Roei* primus, ſecundus; *Seidelianus; Seldeniani*, primus, ſecundus, tertius, quartus, quintus; *Sinaiticus; Stephanici*, *α. β. γ. δ. ε. ϛ. ζ. η. θ. ι. ια. ιβ. ιγ. ιδ. ιε. ιϛ.* (ſed Steph. *α* eſt editio Complut. & de Steph. *β. ιβ. ιδ.* aliquid dicemus § XXXIX.) Aulæ *Trinitatis; Trithemianus; Vſſenbachiani*, primus, ſecundus; *Viennenſis; Vſſeriani*, primus, ſecundus (qui idem eſt collegii *Emmanuelis;*) *Wheeleriani*, primus, ſecundus, tertius; *Wolfiani*, primus, ſecundus; reliqua. Nomenclatura horum codicum ducitur vel a locis, ut ſunt urbes, *Alexandria*, *Auguſta Vindelicorum*, *Baſilea*, *Byzantium*, *Cantabrigia*, *Epheſus*, *Geneva*, *Leiceſtria*, *Lipſia*, *Moſcua*, *Pariſii*, *Vienna*; inſula, *Cyprus*; mons, *Sinai*: nam ad ædiculam aliquam ſacram in crepidine ejus poſitam pertinuerat codex Sinaiticus: Bibliothecæ, *Bodlejana*, *Colbertina*, *Medicaea*: Cœnobia, *Claromontanum*, *S. Dionyſii*, *S. Germani*, *Hirſaugienſe*: Collegia, *Emmanuelis* apud Cantabrigienſes, *Gonvilli* & Caji ibidem; *Lincolnienſe* Oxonii, *Magdalenae* ibidem, *Novum* ibidem, Aula *Trinitatis* Cantabrigiæ: vel ab hominibus, qui codices habuerunt aut contulerunt, ut in Britannia, D. *Buncle*, Ioh. *Covellus*, Thomas *Gale*, Henr. *Googe*, Robertus *Huntington*, Guil. *Laud*, Thomas *Montfortius*, Ioh. *Morus*, Thomas *Roe*, Io. *Seldenus*, Georgius *Wheeler*: quibus accedit Iac. *Baroccius*, patricius Venetus, cujus codices in Britanniam ſunt translati; & Iac. *Vſſerius*, Armachanus archiepiſcopus & primas Hiberniæ: in Gallia, l. D. card. *Perronius*, Alexander *Petavius*, Rob. *Stephanus*: in Germania, C. F. *Boernerus*, Ioach. *Camerarius*, A. G. *Gehlius*, And. Erasmus *Seidelius*, Ioh. *Trithemius*, Zach. Conr. ab *Vſſenbach*, I. C. *Wolfius*: in Italia, Franc. card. *Barberinus*.

§ VI.

Si ſciremus, quot fuerint codices, qui tanto ſeculorum tractu & ſcripti ſunt & deperditi, has diceres quaſi legionis cæſæ reliquias vix manipuli loco eſſe. Sed hæ tamen reliquiæ ſunt fere, quibus, ſive producentur plura in medium propediem, ſive non producentur, contenti eſſe poſſumus, & grato, religioſo, ſobrio animo uti debemus. *Pleroſque* codices contulit *Ioh. Millius*, anteceſſoreſque ab eodem adoptati. *Pariſinos novem*, & *Bærn.* & *Lipſ.* & *Seid.* (poſthac enim initia nominum pro nominibus codicum erunt ponenda) *Ludolphus Kuſterus* in editione ſua adjecit: ad Kuſteri editionem *I. C. Wolfius* duos ipſe *ſuos* codices Tomo III Anecdotorum græcorum recenſuit. Atque hos quoque codices Millianis in noſtro apparatu junctos reperies: ſed deſcriptionem eorum a Kuſtero Wolfioque petes. Addere poteramus codicem *Ravianum*, cujus excerpta ad Matthæum dedit Ioh. *Saubertus*: ſed cauſam, cur eum fere totum prætermiſerimus, dicimus infra in criſi ad 1 Ioh. V. 7, & quidem § VI. Addimus vero ex Laurentio *Valla*, Iacobo Fabro *Stapulenſi*, Theodoro *Beza*, aliis, codicum Græcorum teſtimonia: & codicem *Camerarianum*, quem Ioach. *Camerarius* in annotationibus ad IV Evangeliſtas (hos enim continet,) ut *veterem librum diligenter exaratum* laudat p. 47, 129, & ad Eraſmi collatum editionem ſæpius ipſe citat, quam ex Camerario alii: & *Dionyſianum*, ex Ioh. Gagneio: & *Pariſinum decimum*, ex R. Simonio: & *Gehlianum*, Evangeliſtas complexum, perſcriptum A. M. 6514, indictione quarta, id eſt, anno æræ Dionyſ. 1006: cujus cum editione Rechenbergiana collationem Auguſtinus Gabriel *Gehlius* (huic enim codicem donarat *Damianus Sinopeus*,) anno MDCCXXIX ſeorſum edidit.

§ VII.

Accedunt opera curaque noſtra codices manuſcripti quindecim potiſſimum, *Aug. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. Baſ. α. β. γ. Byz. Hirſ. Moſc. Vff. 1. 2.* de quibus ſeorſum dicenda ſunt aliqua. *Aug. 1*, habet IV Evang. eſtque cod. probus. *Aug. 2*, ſincerus, retinet Matthæum & Marci partem. *Aug. 3*, diſſutæ ſunt plagulæ IV Evangeliſtarum. *Aug. 4*, eſt Evangeliſtarium, ſcriptum literis grandioribus: facitque ad notandas varietates ex rationibus eccleſiaſticarum lectionum ortas. *Aug. 5*, exhibet Epiſtolam ad Rom. a cap. VII ad finem, cum Catena ex patribus Græcis plus viginti, qualem *Millius* habet in Proleg. ſect. 1448. *Aug. 6*, complectitur Acta apoſtolorum, Epiſtolaſque Catholicas & Paulinas, toto horum librorum textu interpretationi *Oecumenii* inſerto. Atque hi ſex ſunt membranacei: de *Aug. 7*, chartaceo, dicemus ad Apocalypſin; hanc enim continet cum Exegeſi *Andreae* Cæſarienſis. Horum nullus certa ætatis ſuæ habet indicia: omnes tamen idonei ſunt, neque ob vetuſtatem (qua *ſecundi* quidem ſcriptura excellit,) admirandi, neque ob novitatem aſpernandi: hos omnes (excepto *tertio*) memorat Ant. *Reiſeri* Index mſſ. biblioth. Aug. p. 9. 23. 28. 42. ac *primus* eſt etiam, cujus meminit Iacobus *Le Long* P. I. Biblioth. S. p. 390 ex Ehingero; & *quartus*, ni fallor, quem laudat C. A. *Heumannus* T. II. Pœciles, lib. II. p. 198 ex *Rittershuſio*. copiam horum codicum fecit nobis vir clar. *Phil. Iac. Crophius*. De *Baſileenſibus* dicemus ineunte criſi in Matthæum. *Byzanti-*

zantinum, qui hodie Posonii asservatur, concessu inclyti Conventus ecclesiastici A. C. misit *Matthias Marthius*, minister Evangelii probatissimus. Codex est membranaceus, & continet IV Evangelistas: fuitque quondam bibliothecæ Budensis portio; sub calcem autem hæc exstat notula, ἄυτη ἡ βίβλος ἐγράφη μὲν ὀλε δὴ καὶ ἐγράφη· ἐξωνήθη δὲ παρὰ μιχαὴλ ἱερέως τῦ πεπαγωμένυ ἐν ἔτει ,ςχϟά. ἐπὶ τῆς βασιλείας τῦ ἐυτεβεςάτυ πορφυρογεννήτυ κυρίυ ἀλεξίυ τῦ κομνηνῦ κατὰ μῆνα ἄυγυςον, διδασκομέυ ἀυτῦ τὰ ἱερὰ γράμματα παρὰ ἀντωνίυ ἐυτελῦς μοναχῦ καὶ ἱερέως τῦ τζιρι, καὶ κατὰ θεὸν πατρὸς ἀυτῦ. Itaque veniit liber A. C. 1183. nescio an jam tum aliqua vetustatis specie commendabilis: emtus autem fuit in usum Alexii II Comneni, (qui tamen eo ipso anno, cum quindecim annos haberet, interfectus est,) & ornamenta adolescente illo possessore non indigna, aurum literis initialibus & picturis haud parce illitum, foliaque serica cærulea Eusebianis canonibus & quatuor Evangelistis interjecta hodienum retinet, præter marginem amplissimum, quem ante ligaturam iteratam habuisse noscitur. *Byzantini* ergo nomen sibi vendicat. adde Var. Luc. VIII. 15. *Hirsaugiensis* continet Evangelium secundum Iohannem, scriptumque se fatetur per Nicolaum (cognomine, ut arbitramur, Basellium monachum Hirsaugiensem: convenit autem singulariter cum cod. *Trit.* apud Millium. *Moscuensis* continet quatuor Evangelistas in membranis; & ex literarum pictura, Niconisque patriarchæ documentis, plus mille annorum æstimatur. quanquam ab Ioh. VII & manus recentior est & cura librarii minor. In extremo, scriptionis notatur annus *M. C.* 6508 æræ nostræ millesimus,) *indict. 13.* Facultatem hujus codicis evolvendi, a *Theophane* archiepiscopo Novogorodensi & a Synodo Moscuensi impetravit vir S. R. G. B. *Bulfingerus:* excerpta vero, magno labore & studio ad Leusdenianam editionem adornavit V. C. Frid. Christ. *Grossius* P. P. Vnus hic ex recluso noviter climate exortus codex, vel hoc nomine instar multorum est, quod quum & antiquissima illa & minus antiqua ejus portio ex alio & alio exemplari deducta sit, neutra tamen cum ullo de codicibus adhuc collatis singulariter congruit: ceterisque adeo codicibus, quippe abs quibus in nullam notabilem varietatem discedit, hoc ipso suo consensu pondus addit. Porro *Vff. 1*, servatis Bibliothecæ Vffenbachianæ manuscriptæ numeris, est fragmentum pervetus epistolæ ad Hebræos, magnis duobus constans foliis, literisque rubris. Præcipuas ejus varietates eadem Bibliotheca prælibavit: quod si integer hic exstaret codex, hodie vix parem haberet. *Vff. 2*, chartaceus, Epistolas canonicas, Apocalypsin, Paulinas XIV & Acta Apost. habet, manu duplici; quippe quæ mutatur in Eph. III. 7. Fuit antea Romæ penes Ioh. *Ciampinum;* estque parum accurate scriptus, sed tamen ex optimis codd. deductus, plura genuina omittens, quam aliena admiscens. Addi poterat *Vff. 3*, qui habet Evang. Ioh. & σιχήρης quidem est, sed plane recens, & cum edd. priscis Basileensibus ita congruit, ut ex earum aliqua descriptus existimari debeat. quapropter vix unquam citavi. Tres hosce, & *Hirsaugiensem* illum, & alia complura, impertiit nobis vir & consulari dignitate in imperiali civitate Francofurti ad Mœnum, & beneficiis in literas inclutus, Z. C. ab *Vffenbach*, cui, & reliquis fautoribus, lectorum non minus, quam mea causa gratias ago, divinumque in omni munerum curarumque genere au-

 xilium

xilium apprecor, ut debeo. Cetera, quæ nobis obtigerunt, paſſim indicat Apparatus præſens, præſertim Parte hác prima exeunte.

§. VIII.

Omnibus codicibus ut recte utamur, primum de ſuffragiis eorum conſtare debet. Rari totum N. T. deſcripſere librarii: & qui totum deſcripſere, duo fere volumina fecerunt, quorum poſtea alterum ab altero diſtractum eſt. itaque de tribus *tomis*, quorum *primum* dicemus Evangeliſtas; *ſecundum*, Acta & Epiſtolas; *tertium*, Apocalypſin; multo plurimi codices primum tantummodo habent; pauci primum & ſecundum, ut *Colb.* 8 idemque 6 idemque 7, *Laud. 2. Magd. 1. Steph. δ. ε. ζ. θ. ια. Vien.* Secundum, plures, ut *Baſ. 2. Cant. 2. Cov. 3. 4. Gen. Lin. Lu. N. 2. Pet. 1. Steph. ï. ιγ.* Secundum & tertium, *Bar. Cov. 2. Hunt. 1. Pet. 2. 3. Seid. Sin. Vff. 2.* Totum N. T. quot habent hodie codices manuſcripti? *Al.* quaſi ſolus: nam *Leiceſtrenſe* Novi teſt. exemplar *recentioris aevi notaeque minus probae* teſtatur eſſe *Millius* Proleg. 67. Pauci codices, partes N. T. varie conjunctas exhibent. Porro aliqui ſunt integri, qui ſermonem ſacrum ordine ſuo nativo & continuo continent, neque ulla foliorum parte truncati ſunt: cæteri mutilati, quorum initio, medio, fini, per temporum injuriam, plura aut pauciora folia detracta ſunt. atque his accenſenda ſunt *Lectionaria*, & *Evangeliſtaria*, quæ non continuum Evangeliſtarum ſermonem, ſed periochas habent, & multas partes prætermittunt, aliasque viciſſim plus ſemel reddunt, ut *Aug. 4. Bodl. 3. 4. 5. Laud. 4. M. 2. Seld. 4. 5. Wh. 3.* Denique alii ſunt accurate collati, ut varietates eorum etiam minutiores conſtanter notatæ ſint: alii minus accurate collati, ubi excerptor, alias fortaſſis peritus, tamen per imperitiam in hac parte, (in qua ſubactum diſcuſſorem plus ſane docere poteſt vetus liber, quam ceteros,) vel per contemtum, ſubinde aliquid præteriit, quod vel alius, vel etiam ipſe alio tempore & loco, notatu dignum agnoviſſet. & his tuto annumerantur ii codices, de quibus, ſi forte accurate ſint collati, tamen, ita eſſe, minus conſtat: v. gr. ii, qui non per ipſum Millium, ſed per amicos abſentes collati ſunt: item, iis duntaxat in locis, ubi editiones inter ſe differunt, ii codices, de quibus nullum exſtat indicium, quam ad editionem collati ſint. Hinc duæ nobis veniunt ad ſingulos N. T. libros conſtituendæ codicum Claſſes: quarum prior codices habet ejuſmodi, quos & integros & ſatis accurate collatos eſſe conſtat; altera codices minus accurate collatos vel etiam mutilatos. Vbi codices accurate collati, eorumque folia deficientia accurate indicata ſunt, ii claſſi priori poſſent accenſeri: ſed quia ob hiatuum in codicibus frequentiam, (quum v. gr. *Aug. 2*, hiatus quinque; *Aug. 3*, hiatus decem; *Aug. 4*, ut Lectionarium, plus ducentas diviſas periochas habet,) & ob indicia hiatuum etiam a Millio interdum omiſſa, res fieret intricatior; nobilioribus duntaxat codicibus mutilatis hunc honorem tribui, & gravioribus duntaxat in locis codices hiantes nominatim ſequeſtrari expedit. Sic fit, ut tertiam fere partem codicum prima ſibi claſſis vendicet; altera, reliquam. Iam in priori tantummodo claſſe licet etiam negative concludere plerumque, atque ita dicere: *Hic liber, vel hi libri, non citantur pro lectione variante; ergo ſtant a textu.* In altera claſſe, temerarium eſt ita ratiocina-

tiocinari, interdum etiam periculosum: ubi autem lectio codicum hujus classis expresse notata est, ibi demum valere debent. Disparem hanc apud excerptores curam aperte evincunt exemplaria in locis majoris & simul apertioris momenti, copiose citata; in ceteris, longe parcius. nam quo tenuioris speciei vel momenti varietas quævis aut erat aut esse videbatur, eo pauciores codices (secundæ potissimum classis,) citatos fuisse deprehendas, ante Millianam maxime editionem; cujus ob id ipsum tanta est ab Oxoniensi editione anni 1675 in codicibus utrique editioni communibus differentia. v. gr. 1 Cor. VI. 5. Quare qui paucitatem ejusmodi codicum, lectioni aliis documentis fultæ obvertunt, nonnihil errant: gravius vero errant, qui in locis variantibus eos codices, quos pro lectione marginis citari vident, a tota codicum summa ita subtrahunt, ut reliquos omnes codices sine discrimine pro lectione textus militare dicant. sic enim fit, ut v. gr. in versu aliquo, capitis alicujus, epistolæ alicujus Paulinæ, eorum codicum paulo lectioni varianti eique genuinæ opponatur, quorum multi in eo versu non sunt accurate collati, aliqui totius capitis hiatu laborant, plerique ne epistolas quidem Pauli habent. *Apage istam crisin:* præstat nullam habere, quam talem. Et istæc tamen late, etiam apud primicerios criticorum, dominatur, genuinæ lectionis profectum misere impediens, ipsisque Scepticis frigidam suffundens. *Cum mss. codices*, inquit Whitbius, *quos contulit* Millius, *sint fere nonaginta, quandocunque viginti vel triginta ad summum varianti cuidam lectioni favent, sequitur, vel curam & diligentiam in* Millio *desiderari, vel plures saltem codices congruere cum editis, quam ab illis discrepare.* Exam. f. 16. Optime procederet hoc ratiocinium *Whitbii*, si nonaginta illi codices totum N. T. haberent: at plerique, ut diximus, tomum ejus primum, pauci secundum, paucissimi tertium habent: quare varians lectio, in primo tomo, triginta vel etiam viginti codicibus nixa, prævalere sane multitudine codicum potest; in secundo, quindecim aut duodecim codices *majora vota*, ut ajunt, facile constituunt: in tertio, pusillus numerus codicum *unanimia* efficit. Hic qui dictitant, Apocalypsin habere v. gr. *nonaginta* codices N. T. adeoque quotiescunque lectionem in ea variantem *quinque* codicibus fultam dat editio aliqua parcior, *octoginta quinque* codices textui suo adjudicant: injuste agunt, & lectioni marginis multo minus, lectioni textus multo plus tribuunt, quam par erat.

§ IX.

Interdum duplex in uno codice lectio cernitur: ut quum librarius pluribus codicibus instructus, unam lectionem scribere exorsus, mutata sententia perscripsit alteram: quum uni lectioni alteram vel ipse vel alius, in textu aut in margine adjecit: quum in codice bilingui ad alium Latina conformavit, ad alium Græca. atque ita sæpe unus codex in utramque lectionem suffragia præbet.

§ X.

Nunc quum id agitur, ut ex his monumentis eorumque lectionibus rite perspectis & collectis una eaque vera lectio excipiatur & confirmetur: nihil plane juris

esse debet mero *gustui* & arbitratui humano, id est, mendaci. etenim vagus is est, & temerarius, & timidus, & apud alios alius, & eidem capiti alio tempore alius, & contentiosus, & aut eorum, quæ recepta & placitis suis suorumque apta putat, tenacior, aut eorum, quæ paradoxa sunt, avidior. Solet autem præferri *antiquitas* codicum, & *bonitas*, & *multitudo*. quæ dotes sane contemni non debent, conjunctæ præsertim: immo vero requiri debent, sed tamen rem non conficiunt. Nam sæpe pro utraque lectione (raro enim multiplex est) multi codices, qui & antiqui & boni esse dicuntur, militant. Neque *multitudo* per se multum valet: & quemadmodum ex permultis Latinis codicibus perpauci sæpe cum Græca veritate conveniunt; ita ex permultis Græcis codicibus minor aliquando numerus cum antiquissimo illo interprete Latino, etiam ubi sincerus est, congruit. imo unus codex manus primæ pluris est, quam multæ ex eo propagatæ codicum catervæ: omnisque opera critica in excutiendis quamlibet multis codicibus eo tendit, ut decisis quam plurimis differentiis, ad unam unius codicis primi lectionem redeatur. *Bonitatis* opinio nimis laxa est. nam qui optimi perhibentur codices, ii quoque ipsi totam ferme lectionis varietatem continent, adeoque eam non dirimunt. Palmam obtinet *antiquitas*. nam sane genuina omnis lectio antiquior est, quam depravata: sed tamen antiquitatis jactatio, vereor ut nunquam circulatoria sit. nam tota prope lectionis varietas longo orta est intervallo ante Græcos codices hodie superstites: nec refert, quot secula horum antiquissimus quisque nunc habeat, sed quot seculis, mutationum seracibus, a manu distet apostolica.

§ XI.

Quid ergo est? Spiritualis homo, vere est criticus, 1 Cor. II. 15. sed illa crisis, illud judicium, interiorem rerum spiritualium vim potissimum spectat. Literæ autem sinceritas legitimum subsidiorum, quæ in mundo sunt, usum nullo modo aspernatur. Igitur in ipsum codicum gregem, quasi in cœtum hominum ignotorum, nos committemus. alius bene audit, alius male: illum non mirabimur, hunc non fastidiemus: nil prius statuemus, quam per nos cognoverimus.

§ XII.

In omnibus quidem varietatibus, codices omnes, qui pro utravis lectione militant, instar esse patimur (primo aliquantisper conflictu) duorum duntaxat codicum inter se differentium. Finge ergo, duos tantummodo exstare codices, quorum decidendæ sint varietates; vel æqualem ubique pro utravis lectione numerum esse codicum: tamen plerunque suppetet decidendi ratio, ex ipsa variarum lectionum natura; quam explicare ingredimur.

§ XIII.

Librarius, quo vocabulo quemlibet libros N. T. dictantem, scribentem, recognoscentem complectimur; librarius, inquam, in singulas literas, quum opus facit,

cit, inculcatum ſibi putare debet rabbinicum illud interdictum בצל sic, ut eſt ante oculos, NECESSE EST ESSE, DICI, legi, ſcribi: i. e. debet is totum archetypum ſibi datum, nulla vocula, ſyllaba, litera, nota, addita, omiſſa, trajecta, commutata, etiamſi ipſe minus capiat, exprimere: nil per oſcitantiam deterius facere; nil per facilitatem, quaſi indifferens, ſubſtituere: nil ex ſtudio, quamvis verba aut res ipſi laborare videantur, corrigere ſcilicet: tum omnia, quæ deſcripſit, recognoſcere, & ubi aliquid ab archetypo diſcrepat, mutato folio aut litura adhibita corrigere, ut religioſe ſpondere poſſit, ſe ne in apice quidem diſceſſiſſe, adeoque priſtino exemplari exacte congruere novum. Hoc ubi non fit, præſto eſt lectio varians: quo nomine etiam *jota unicum*, ut in Veteri, ſic in Novo teſtamento cenſendum eſt. Id ſi ſemper omnes in animum induxiſſent librarii, nulla potuiſſet exoriri codicum diſcrepantia: ſed quia id & otium, & ſumtum, & munditiei librariis optatiſſimæ imminutionem, & animum attentum, patientem, ſimplicem, minime obſtinatum poſtulat; exorta eſt magna varietas: &, ut ſemel exorta eſt, quum eadem a librariis apparatum quoque codicum & acre judicium deſideraret, non modo non exemta, ſed etiam cumulata fuit. Si quis eo eſt animo, ut vel voculam textus ſacri ſolicitare reformidet, facile putat, librarios eadem ſemper religione uſos fuiſſe: ſed non ita eſſe, res ipſa loquitur. Omnes tamen aberrationum cauſæ ad duo genera revocantur. nam vel caſu exſtitere, vel conſilio.

§ XIV.

Caſu variat lectio, quum librarius per oſcitantiam, attentionis remiſſionem, curam in res ac non in verba converſam, adeoque per feſtinationem, cujus maxima vis eſt, labitur, nec lapſum, lituræ fugitans, corrigit. facillime autem phantaſia & memoria, vel etiam oculi & aures, alienis rebus feriuntur, & a re propoſita avertuntur. Itaque ſæpe librarius affinitate ſoni aut picturæ, inter dictandum & ſcribendum, vel etiam, dum ſola memoria aliquid a lectione ad ſcriptionem tranſportat, decipitur. Sæpe aliqua, nondum ſcripta putans, iterat: ſæpe literam, ſyllabam, vocem, inciſum, etiam magni momenti (id enim in deſcribendo parum attenditur,) præſertim ſi tamen aliqua ſententiæ plenitudo maneat, per incuriam omittit, ad ſequentia properans. Sæpe librarius vocalem pro vocali, præſertim brevem, feſtinans, pro longa, baſſam pro acuta, ſimplicem pro diphthongo, conſonam ſimplicem pro duplici, & contra, arripit: interdum vocabulum generale pro ſpeciali perſcribit. Porro quemadmodum viator ſua ſponte aliquando in plano hallucinatur, equus ceſpitat, currus ruit; plerumque autem quiddam in via eminens aut ſubſidens, latereulus aut ſcrobs, cauſam alit: ſic ſcribentes ſæpe ſua ſponte alienum quiddam, in mentem veniens, arripiunt; plerumque autem in ipſo contextu offendunt, ut pro eo, quod ſcribendum erat, aliud, quod ante oculos eſt, arreptum ſcribant. *alliterationis* id vocabulo ſignabimus. In omni rerum, maxime vero in hoc literarum genere, puſilla & contemta dictuque abſona cauſa effectus revera habere magnos poteſt & inexpertis incredibiles: ac nemo ſibilabit, ſi ea, quæ ſequuntur, conjuncta, ut fas eſt, expenderit. Sæpe quippe librarius literam, ſyllabam, vocem iterandam, in ipſa offen-

dens, semel scribit: sæpe eodem elemento, verbo, inciso recurrente, intermedia iterat, sæpius omittit. v. gr. Ioh. III, 28 μοι excidit, in cod. quibusdam, ante μαρτυρεῖτε. c. VI. 30 σὺ ante σημεῖον· c. XIII. 9 με ante μόνον· Matth. V. 39 σοῦ ante σιαγόνα· c. XIV. 34 γῆν ante γεννησαρέτ. Sæpe scribendum verbum commutat cum præcedenti, sæpius cum sequenti, properans. atque una hæc causula plurimas ubique aberrationes peperit, ut ostendimus ad Chrysost. de Sacerd. p. 460 seq. Hinc Initio vocis, 1 Cor. XII. 2 pro ἀπαγόμενοι, factum ἀναγόμενοι, prævio ἄν. 1 Cor. X. 13 pro πιστὸς, δυνατὸς, sequente δύναθε. Ioh. IV. 28 pro ἀνθρώποις, πολίταις, prævio πόλιν. In medio, ib. c. VII. 14 pro μεσούσης, μεσαζούσης, sequente ἐθαύμαζον. Rom. I, 30 pro καταλάλους, κακολάλους, prævio κακοηθεῖς. Rom. X. 14 pro ἀκούσωσι, ἀκούσονται, seq. κηρύσσοντος. In fine, Ioh. XIX. 17 pro τὸν, τόπον, seq. τόπον. Act. XXI. 5 pro προσηυξάμεθα, προσευξάμενοι, seq. ἀσπασάμενοι. Act. XXVI. 23 pro μέλλει, μέλλειν, seq. καταγγέλλειν. 1 Cor. X. 13 pro εἴληφεν, ἀληφέτω, prævio βλεπέτω. Eph. IV. 18 pro ἐσκοτισμένοι, ἐσκοτωμένοι, seq. ἀπηλλοτριωμένοι. Ap. XI. 1 pro ἔγειραι, ἔγειρον, seq. μέτρησον· & pro μέτρηον, μέτρησαι, prævio ἔγειραι· id possis *Rhythmum* dicere. Et sic in verbis, Matth. XII. 36 pro ἀργὸν, πονηρὸν, prævio πονηρα. Ioh. VII. 21 pro πάντες, ὑμεῖς, seq. ὑμῖν· 1 Cor. II. 12 pro λαλοῦμεν, ἐλάβομεν, prævio ἐλάβομεν. Hebr. XII. 9 pro πνευμάτων, πατέρων, prævio πατρί.

§ XV.

In Græca præsertim lingua frequenter aberratum est a librariis, ob multa promiscua & subtilia, in orthographia, in articulis, in simplicibus & compositis, in modis verborum, in pronomine ἡμῶν & ὑμῶν, in syntaxi; ob multitudinem vocalium, diphthongorum, casuum, temporum, synonymorum, particularum, figurarum grammaticarum, dialectorum, compendiorum scriptionis. Hæc si ad codd. LXX Interpretum traduxeris, reperies, in illorum varietatibus, ex veritate Hebraica facillime decidendis, vitiosas lectiones, præ genuinis, ad has, quas exponimus, causas, perspicuo totius considerationis emolumento, revocandas esse. Hodieque si quis græcæ linguæ non imperitus ipsum N. T. propere describat, in relegendo reperiet, errata sibi obrepsisse & simillima erratis iis, quæ in mss. occurrunt, & ex iis causis, quas modo diximus, resolvenda.

§ XVI.

Consilio abit librarius, quum aliquid in exemplari pristino sibi, vel jure vel injuria, displicitum vitiique suspectum, de suo corrigit. Idque consilium fuit vel perfidum, vel curiosum, apud hæreticos & quosvis alios. Nam vel immutarunt, vel adjecerunt, vel etiam expunxerunt, si quid vel in oratione, vel in sententia, obscurum, mancum, superfluum, male cohærens, offensibile, durum esse putarunt. Sæpe tamen lectionis varietas, quæ revera casu orta erat, consilio exstitisse visa, mutuas hæreticorum & orthodoxorum insimulationes, gravesque errores, suspiciones, contro-

controverſias peperit. exempla vide infra, Luc. II. 14. Ioh. I. 13. 18. 1 Cor. X. 9. XV. 47. & in Millii Proleg. § 737. 811. 826. 1362, collato illo Indicis verſiculo, *Haeretici an ſcripturas corruperint.*

§ XVII.

Maxime omnium proclives fuere mutationes in N. T. Græco : ut quum librarii nomen proprium, v. gr. *Ieſu*, pro pronomine αὐτῷ poſuere : quum *Dei* & *Domini* vocabulum promiſcue ſcripſerunt : quum *Domini noſtri Ieſu Chriſti* nomen variis modis, ut animus ferebat, brevius pleniuſve expreſſerunt : quum idiotiſmum apoſtolicum, aut elegantiam, anapodoton, ellipſin, ſyllepſin, orationem ſuſpenſam, pro vitio ſermonis habuerunt, & complanarunt: quum ſcholia hermenevtica, liturgica, in memoria aut margine hærentia, pro verbis nativis ſubſtituerunt vel addiderunt: quum initiales periocharum eccleſiaſticarum formulas aut clauſulas, e lectionariis in codices ipſos traduxerunt : quum paralleliſmum ſeptuaginta interpretum aut evangeliſtarum aliarumque partium, de quo vide Whitby ſ. 88. 89, olim per verba ipſa, non ut hodie per allegationes, in margine notatum, aut animo obverſantem, quum item patrum gloſſas, in codices admiſerunt : quum ſermonem, quem Chriſto ejusve apoſtolis non ſatis dignum putabant, mitigarunt : quum Hebraica nomina ad ſonum Græcum flexerunt. In Evangeliſtis ſingularem paralleliſmus vim habuit : ac v. gr. prima Lucæ capita multo minorem varietatum ſilvam, multo frugaliorem in Millio marginem ferunt, quam poſtrema ; quia horum argumentum a pluribus evangeliſtis deſcriptum eſt, illorum non item. Agnoſcit hoc inprimis Mareſchallus, quum in Epilogo obſervationum ad Gothum ait : *In diſcrepantiis diſtinguendis atque conciliandis, vel codicum mſſ. Graecorum fidem implorari ; vel ad interpretes vetuſtiores ac priſcos eccleſiae patres provocavi ; vel etiam, quod PRINCIPEM locum obtinet, ad* harmoniam evangelicam, *tanquam ad ASYLVM FIDISSIMVM, aramque longe tutiſſimam confugi.*

§ XVIII.

Sæpe varietas caſu cœpta, conſilio cumulata fuit ; librariusque aberrans, lituræ fugitans, aliquid omiſſum, omiſſione animadverſa, mox repoſuit : unde trajectiones, partim literarum, inprimis mutæ & liquidæ, partim vocum, partim ſententiarum : vel obrepente mutatione, verba inſequentia ad eam accommodavit, ut conſtructio conſtaret.

§ XIX.

Sæpe librarii ſphalma ſphalmate correxerunt : neque id ſolum ejuſmodi in locis, ubi aliquod v. gr. nomen proprium in uno inciſo omiſſum, ſtatim in proximo ſupplerunt ; ſed etiam in aliis. qui mos ut pleriſque hodie permirus videri poſſit, tamen olim tam frequens fuit, ut vim legis obtineret. Sæpe, inquam, ſphalma obrepens ſphalmate eodem vel contrario ſcienter admiſſo, aut e veſtigio, aut ex intervallo, indica-

indicarunt & compenſarunt, & eo ipſo curioſe correxerunt: quanquam interdum alii librarii, *compenſatione* (ſic enim appellamus) non obſervata, mutationis duplicis partem unam ſecuti ſunt, alteram abjecerunt. Exempla e multis variisque deſumta codicibus rem commonſtrabunt: quæ facilius quidem in iis codicibus, quos egomet evolvi, notata ſunt. *Auguſtanus 1*, σὺ admiſit pro σοὶ, ſed mox diphthongum rependit in ἀντικαλέσωσοι, Luc. XIV. 9. 12. *Aug. 2*, τὸ pro τῷ, & mox, ἐισῆλθων, Marc. V. 11. 13. *Aug. 3*, παράδωσιν, &, ἐὰν μὴ βαπτίσονται, Marc. VII. 3 f. *Aug. 4*, νοσιὰν, & paucis interjectis, νόσσων. *Aug. 5* αὐτὸ omittit Rom. IX. 17. & ibidem v. 23 poſt δόξαν addit αὐτῆ. *Aug. 6* habet ἀπόσατο & κατελιπων Rom. XI. 2. 4. & ἀγνοήματα νοσῦμεν 2 Cor. II. 11. *Byz.* & al. pro ἐξ αὐτῆ, ἀπ' αὐτῆ, & idem mox, pro ἀπ' αὐτοῦ, ἐξ αὐτῆ Luc. IV. 35. *Vff. 2*, pro ἐκπειράζωμεν, πειράσωμεν 1 Cor. X. 9. & mox pro ἐπείρασαν, ἐξεπείρασαν. Quin etiam *Vff. 3*, pro λέγει, λέγοι, & pro πλοῖον, πλεῖον. Ioh. VI. 12. 21. Accedunt alii: *Moſcuenſis*, Marc. I. 14. ὁ ἰησῆς omiſſum, verſu 35 ante εἰς reponit: & altera manus particulam ἐ pro ὁ poſitam Ioh. IX. 37, omittit in c. X. 26. *Colb. 8*, pro ὡσάυτως, ὁμοίως, & contra, Luc. XIII. 3. 5. *Complut.* cod. pro ἔιγε κὴ, ἔιγε, Gal. III. 4. & pro ἔιγε, ἔιγε κὴ, Eph. III. 2. *Cov. 2*, pro ἀἰχύνη, ἀχημοσύνη, & ex longo intervallo, pro ἀχημοσύνην, αἰχύνην Ap. III. 18. XVI. 15. *Gehl.* τί ποιήσω ἀγαθὸν, ἵνα ζωὴν αἰώνιον ἔχω; Matth. XIX. 16. prius verbum præpoſuit nomini, alterum poſtpoſuit. *L.* pro λέγει, ἀπεκρίθη, & mox contra, Ioh. I. 21: *Lin.* pro χριςῆ, θεῆ, & e veſtigio, pro θεῆ, χριςῆ, 1 Cor. IV. 1. *Magd. 1*, pro συνελάλητε, ἐλάλητε, & pro ἐξωμολόγησε, συνεξωμολόγησε Luc. XXII. 4. 6. *Par. 3*, pro ποιήσῃ, ποιήσει, & mox, ἐκκόψεις, ἐκκόψῃς, Luc. XIII. 9. *Vien.* pro ἐξαποςελω, ἀποςελῶ, & pro ἀποςελω, ἐξαποςελῶ, Act. XXII. 21. XXVI. 17. *Wo. 1*, pro ἐσθίει κὴ πίνει, ἐσθίει τε κὴ πίνει τε Marc. II. 16. τὲ priore ſpecioſo per alterum τὲ alienius retractato. *Wo. 2*, pro αὐτὸν, αὐτῷ, & ſtatim contra. Matth. XVI. 22. Sic quoque codd. antiquiſſimi: *Al.* ἢ οἴδεις, pro εἰ ἤδεις, Ioh. IV. 10. *Idem* & al. pro ζητειτε, ζητεῖτε, & pro κρίνετε, κρίνεται 1 Cor. IV. 2. 5. *Cant.* & al. pro ἀπέσαλκε, ἀπέσειλε, & contra, Ioh. V. 36. 38. *Idem*, pro ποιῶμεν, ἐργασώμεθα· & mox pro ἐργαζώμεθα, ποιήσωμεν Ioh. VI. 28. *Idem*, pro μήτι, μὴ, & pro μὴ, μήτι. Ioh. VII. 31. *Idem*, pro βάψας, ἐμβάψας, & pro ἐμβάψας, βάψας Ioh. XIII. 26. Hanc compenſandi rationem Latini quoque adhibuere librarii. Nec valde abludit, quod interdum literam, ſyllabam, voculam, bis legendam, ſemel ſcripſerunt, ut τὸν ἀασσὼν *Eph.* Matth. I. 4, pro τὸν ναασσών. περιπατειτε ὡς *Al.* Ioh. XII. 35, pro περιπατεῖτε ἕως. μὴ ἀνθῶσιν pro μὴ μιανθῶτιν *Moſc.* Ioh. XVIII. 28.

§ XX.

Hæ aberrandi cauſæ uſque adeo proclives & lubricæ ſunt, ut non modo in ſcriptione, ſed etiam in typographia, in recitatione, in loquela quotidiana, ſi attendas, ubique occurrant. quæ omnia ſi perpendas, codicumque N. T. multitudinem, & eruditorum in iis excutiendis ſedulitatem adjungas, paucas potius quam multas eſſe dixeris varias lectiones N. T. præſertim ubi ad cætera antiquitatis monumenta

menta eorumque falebras contuleris. Multitudinem tamen varietatum satis molestam, fateor, atque odiosam enumeratæ modo causæ pariunt : sed non pepererunt illam qui colligunt & dirimunt ; neque hodierno die postulare quisquam debet, ut nos discrepantias, pridem exortas, plane infectas reddamus.

§ XXI.

Ceterum multa hinc jam fluunt ad aberrationes a lectionibus genuinis secernendas idonea. Summa autem est hæc : *Vide, utra lectio prae altera sit explicabilis ?* id quod facile cernitur. tum quære tecum, *utra lectio potius orta sit ex altera ? consiliumque, an casus, ortum ei dederit ?* quæ duæ quæstiones quolibet fere loco ex mutuo ipsarum conflictu item resolventur. ubi *una* tantum lectio est explicabilis ; altera cœco casu orta postponi debet. ubi *utraque aeque* est explicabilis ; ea præferenda est, ex qua pronior librarii in alteram lapsus fuit. ubi altera *magis*, altera *minus* facilis est ; ea, quæ quiddam priscum, grave, breve habet, præponitur : ea, quæ majore perspicuitate & plenitudine blanditur, tanquam consilio introducta, plerumque postponitur. In omni scriptorum genere, quicquid paululum reconditæ erat elegantiæ, librarii planius subinde & plenius facientes, lectoribus sui similibus commodarunt : sed nusquam magis, quam in N. T. Quocirca hoc loco semel dicendum est, quod millies dictum putari debebit : QUISQUIS EO SENSU EST, UT PLANIORA AC PLENIORA OMNIA PRO GENUINIS HABEAT, IS SE APTUM NATUM ESSE SCIAT AD OMNES FERE DETERIORES LECTIONES, QUÆ A VOLUNTATE HUMANA QUIDEM SUNT, SANCTIS DEI HOMINIBUS TRIBUENDAS. Librarios ad addendum promtissimos fuisse, multa additamenta in nullam editionem admissa evincunt : nonnulla tamen in editiones quoque irrepserunt interdum, quæ idoneis convicta argumentis, sancta cum confidentia expungere debemus. Plerique lectores valde lenti sunt in delendo ; & promti ad tuendum, quicquid semel typis excusum est : eoque nomine alios audaces & profanos, se autem εὐλαβεῖς & religiosos putant. Atqui periculosius etiam est addere verbis Dei ex humano sensu, quam demere. defectus aliunde compensatur : mixtura sinceritati inimicior est.

§ XXII.

Vbi non modo duplex, sed multiplex occurrit lectio, *media* est optima. Ex hac enim una, tanquam ex centro, discessum est in ceteras : habetque medium hoc elegantiam fere, sed reconditam, cui librarii mederi conantes, huc illuc ad planiora sese verterunt. Exempla viginti in uno *Chrysostomi* opusculo de Sacerdotio, notata dedimus p. 511 illius dialogi, Stutgardiæ editi. Vide infra P. IV, n. I, § II, L. VIII.

§ XXIII.

Causas aberrationum, quas diximus, interdum Græca lingua, interdum aliæ linguæ proprias habent. Vbi Græca ; in versiones aut manavit tamen varietas, &

tum agnoſcitur eſſe vetuſta: aut non manavit, & tum a verſionibus potentiſſime redarguitur. Vbi aliæ linguæ cauſas illas habent, tum aut varietas eſt in una verſione; & hæc tum ſe ipſa refutat: aut eſt etiam in alia verſione, vel in aliis verſionibus; & tum verſio una ad aliam conformata noſcitur: aut eſt in verſione, v. gr. Latina, & ſimul in codicibus Græcis quibuſdam; & tum lectiones Græcæ ad Latinas refictæ produntur. Plura de verſionibus infra.

§ XXIV.

A Compenſatione, de qua diximus, poſſemus adminiculum petere ad ipſos codices diſcriminandos. nam codex, qui compenſat, uno certe gradu propius abeſt ab origine prima, quam qui non compenſat: librariusque, qui primus varietatem admiſit, facti conſcius, compenſationem adhibuit; ceteri, qui compenſationem non obſervatam prætermiſerunt, ſunt poſteriores. ſed hanc inveſtigationem non putamus eſſe neceſſariam. In Trajectionibus vocum hoc notari poteſt, genuinam fere eam eſſe lectionem, quæ ſyncategoremata præmittit, librario terminos categorematicos, ſenſum explentes, per feſtinationem præ iis arripiente. Initio & fine pericoparum, lectio plenior, qualem habent Evangeliſtaria, tantum non ſemper cedit breviori. In ſumma: *Criterium ſanae lectionis eſt color quidam nativus, priſcus, ſimplex, cum decora auſteritate & recondita ſuavitate.*

§ XXV.

Interdum tamen varietas eſt ejusmodi, ut diverſi librarii, quorum alius ex alio non pendet, aliquid variare, aut ex utravis æque lectione in alteram diſceſſio fieri potuerit, denique ut neutra lectio per ſe melior aut deterior videatur eſſe, quam altera. tum vero res abit ad accuratius codicum ſcrutinium; quo ſcrutinio etiam deciſio a variarum lectionum cauſis petita plurimum confirmabitur. Ergo illuc progredimur.

§ XXVI.

Omnium teſtium, qui præſto ſunt, quædam quaſi comitia debent haberi, hac lege, ut *univerſi codices ipſi ſint norma ſingulorum:* quæ lex, opinor, ipſa rerum natura nititur. Itaque ipſis varietatibus, ut ſunt, excuſſis, videndum, quinam codices potiſſimum inter ſe bini, terni, quaterni & amplius, per minores majoreſque *ſyzygias* (ſic enim appellabimus) in utramvis partem congruant. nam ſic via patefiet ad decidendum, id eſt, ad varietates, quæ ſupereverant, reſecandas, quo facto genuina lectio non poterit non ſuperare.

§ XXVII.

Propinqui inter ſe ſunt codices, qui ſectiones priſcas, ſubſcriptiones, & alia acceſſoria, eadem habent. Exemplum vide in Var. 2 Tim. in extremo. Ipſæ ve-

ro

ro lectiones si excutiantur, in *Evangeliſtis* simul ambulare solent *Comp. Aug. 1. Gehl. Go. Laud. 2. Par. 1.* Sic *Er. Par. 3.* Sic *Aug. 2. L. Par. 6.* Sic *Baſ. γ. Cant. Par. 9.* Sic *Bodl. 1. Laud. 1.* Sic *Bodl. 6. Lin.*, *Mont. N. 1.* Sic *Byz. Colb. 3. Eph. Par. 2.* Sic *Gon. Seld. 1. Wo. 1.* In *Actis & Epiſtolis*, *Comp. Laud. 2. Seid.* Sic *Er. Baſ. 2. Oecum.* &, media sui maxime parte, *Hunt. 1.* Sic *Er. Cov. 3.* Sic *Al. Colb. 6.* idemque *Colb. 7. Cov. 2. Lin. Steph. ια.* Sic *Al. Roe. 2.* Sic *Aug. 6. Bar.* Sic *Boern. Clar.* Sic *Cant. 2. Cov. 3.* Sic *Cov. 4. Gen.* Sic *N. 2. Vſſ. 2.* In *Apocalypſi*, *Comp. Seid.* Sic *Er. Andreas Caeſ.* Sic *Cov. 2. Vſſ. 2.* Exempla harum concurſionum, maxime Millii Kusterique paginas implent. ibi ergo, quotiescunque manipulus codicum in aliquo loco notabilis videtur, similes ei manipulos reperias sine magno labore.

§ XXVIII.

Cum omnibus colludunt, ab omnibus, & a se ipsis, aberrant maxime, hoc loco propterea considendi, codices græcolatini, *Cant. Laud. 3. Boern. Clar.* revera bilingues. namque ita ultra omnem modum luxuriant, ut non tam pro codicibus *Evangeliſtarum*, *Actorum* & *Pauli*, haberi debeant, quam pro rhapsodiis, exhibentibus collectas de industria & in unum contextas varias lectiones, & codicum & patrum, & Græcorum & Latinorum, vel etiam apertas corruptelas utrisque obtrusas; cum multis paralleliſmis, paraphrasibus, synonymis Græcis facilioribus, animi causa, vel in gratiam lectoris, Græcarum literarum minus periti, injectis. Ordiamur ab exemplo evidentissimo. *Cyprianus* sic habet, *In Evangelio Dominus dicit*, Non relinquetur in templo lapis super lapidem, qui non dissolvatur. Et, Post triduum aliud excitabitur sine manibus. l. 1. Test. c. lud. c. 15. Conjunxit duo testimonia Cyprianus: id imitatus *Cantabrigienſis* Marc. XIII. 2 post καταλυθῇ addit, καὶ διὰ τριῶν ἡμερῶν ἄλλος ἀναςήσεται ἄνευ χειρῶν. Non obscuriora exstant in var. Matth. XX. 28. 29. Ioh. VI. 56. Eundemque *Cantabrigienſem*, affectam comitemve, ut ex Millianis & interdum ex nostris patebit notis, habet Matth. I. 23. IV. 18. XXVII. 43 *Euſebius.* c. IX. 28 *Chryſoſtomus.* c. XIX. 1. XX. 23 *Hilarius:* etenim Evangelistæ, ut in codice, qui *S. Hilarii* dicebatur, quemque *Druthmarus* se vidisse testatur, hoc ordine erant, Matth. Ioh. Luc. Marc. sic sunt in *Cant.* Hunc trahit Matth. XXVIII. 7 *Chryſologus.* Marc. XVI. 2 *Gregorius Nyſſenus.* Luc. IV. 41 *Origenes.* c. XII. 11 *Clemens Al.* ib. v. 38 & passim *Irenaeus.* c. XIII. 27 *Clemens Romanus.* c. XVI. 31 *Irenaeus.* c. XVIII. 30 *Cyprianus.* c. XX. 34 *idem.* c. XXI. 28 *Tertullianus.* c. XXIII. 29 *Leo M.* ib. v. 40 *Epiphanius.* c. XXIV. 32 *Origenes.* ib. v. 38 *Dialogus contra Marcion.* ib. v. 47 *Cyprianus.* Ioh. I. 13 *Tertullianus.* c. VI. 63 *Tertullianus.* c. VII. 35 & innumeris in locis, *Vulgatus.* c. VIII. 58 *Epiphanius.* c. IX. 18. 35 *Chryſoſtomus.* c. XIV. 5 *Cyrillus.* In Actis passim, v. gr. c. I. 2. 5. 9 *Auguſtinus.* ibid. c. III. 14. 17. IV. 22. V. 31. XV. 15. 29. XVII. 27. 29. 31 *Irenaeus*, & aliquando etiam *Tertullianus* & *Lucifer Calaritanus.* c. III. 13. & IV. 31 apertam adoptavit *Irenaei* glossam: & c. VIII. 24 παρακαλῶ inserui ante δεήθητε, ex *Conſtit. apoſt.* c. XV. 4 *Cassiodorum* vel potius *Ambrosium* refert. Quin etiam

verſionem *Syriacam*. Luc. VI. 10. 23. 42. 43. VIII. 5. 8. Act. XII. 15. 17. XIII, 1. 20. XIV. 14. 21. XV. 13. XVI. 4. &c. Multa alia notari poſſunt apud Millium, atque in ipſis patrum ſcriptis : nec dubium eſt, quin longe plura fuerint in ſcriptis eorum deperditis aut nondum prolatis. Certe cum aliis quoque verſionibus vetuſtiſſimis, Latinæ affinibus, hunc codicem congruere, infra videbimus : ne uno loco lectores fatigemus. Ex uno fonte hæc omnia in tot latinos, in tot græcos manaſſe ſcriptores, nemo dixerit : ſupereſt, ut ex aliis aliisque monumentis in unum hoc florilegium varias lectiones agnoſcamus eſſe congeſtas, quas lector pro ſuo judicio arbitrioque vel amplecteretur vel vitaret. Eadem ratio codicis *Laud. 3.* de quo ineuntibus Actis ; & codicum *Boern. Clar.* de quibus ineunte epiſtola ad Rom. Patria eorum eſt *Britannia*. Certe codicem *Cant.* illic eſſe conſcriptum, ſingularis convenientia ejus cum verſione *Angloſaxonica* IV Evang. demonſtrat : & quidem, ubi verſio Angloſaxonica ex idiotiſmo ſuo conciſius loqui ſolet, *Cantabrigienſis* eam ſæpe imitatur : quo ipſo ſimul antiquitatis ſuæ opinioni haud parum detrahit. *Laud. 3* in Britannia quin ſcriptus ſit, nemo dubitat. Vt in qualibet N. T. parte bilingues codices aut nulli ſunt, aut, quaſi nulli eſſent, amoventur, ſic illa variis minus eſt obruta lectionibus. Antiquitas hiſce codicibus ſumma paſſim adſcribitur : ſed de ea amplius videbimus § XXXIII. Tanta certe eſt, quæ pondus non mediocre addat lectionibus iis, quas juſti codices exhibent. Accedit, quod & Græcus ille & Latinus textus, quem hi bilingues licentius compaginaverunt, ex Græcis & Latinis codicibus eſt deſumtus longe antiquiſſimis & ſinceriſſimis : quibus obſecundaſſe cenſendi ſunt, quotieſcunque cum aliis codicibus idoneis congruunt. Conſer de his codicibus Millii Proleg. paſſim, & Proleg. Amſt. N. T. cap. IV.

§ XXIX.

Poſſet variarum lectionum ortus, per ſingulos codices, per paria codicum, per ſyzygias minores majoreſque, per familias, tribus, nationeſque illorum, inveſtigari & repræſentari : & inde propinquitates diſceſſionesque codicum ad ſchematiſmos quoſdam reduci, & ſchematiſmorum aliquæ concordantiæ fieri ; atque ita res tota per tabulam quandam quaſi genealogicam oculis ſubjici, ad quam tabulam quælibet varietas inſignior cum agmine ſuorum codicum, ad convincendos etiam tardiſſimos dubitatores, exigeretur. Magnam conjectanea noſtra ſilvam habent : ſed manum de tabula, ne riſuum periculo exponatur veritas. Bene eſt, quod prætergredi montem hunc, & planiore via pervenire datur ad codices diſcriminandos. Datur autem per hanc regulam æquiſſimam : *Quo ſaepius non modo ſinguli codices, ſed etiam ſyzygiae minores eorum vel majores, in aberrationes manifeſtas tendunt ; eo levius ferunt teſtimonium in diſcrepantiis difficilioribus, eoque magis lectio ab eis deſerta, tanquam genuina retineri debet.* Non eſt ordiendum a dubiis vexatis : eas cuique aberrationes, quæ cuique minime probentur, eligere integrum eſt, regulamque iis applicare ; quæ quidem declarationes porro aliquas admittit.

I. Vbi

I. Vbi pro utraque lectione magnus est numerus codicum, videndum est, utra ex parte concurrant syzygiæ inconstantiores. ea enim pars cedit consensui codicum graviorum.

II. Duæ pluresve syzygiæ, sæpe concurrentes, pro una valent: duo pluresve codices, unius syzygiæ, ubi congruunt, pro uno valent. Vbi autem inter se dissentiunt; syzygia vel codex cum pluribus consentiens, præsentem comitum aberrationem perimit. idem judicium de codd. græcolatinis, ubi alia lectio Græca, alia Latina est.

III. Codices duo pluresve, qui in libris & capitibus quibusdam singulariter congruunt, in aliis aliquando diversi sunt: ut plurimum tamen ii, qui totidem & eosdem libros N. T. continent, (de quibus vid. § VIII.) itemque Evangelistaria, (de quibus ibidem) fere ab una stirpe communi descendunt, & fere pro uno codice numerari possunt.

IV. Vbi syzygiæ (ut etiam codices singuli) ex uno quodam causæ genere, v. gr. ex parallelismo, deviant; suspicio contra earum probitatem non est ad alias varietates extendenda.

V. Codices, in quibus lectio occurrit, a qua nulli certo antiqui codices Græci, nullæ versiones, nulli patres stant, sunt recentes. Sic copia superstes codicum græcorum in eam partem adhibenda est, ut ipsa sphalmata se invicem jugulantia in veræ lectionis victoriam vertantur, & per vestigia varietatum, omnibus deductis & resectis, ad unitatem priscam redeatur. Primum decidumtur ea loca, in quibus codices singuli, duo, aliquot, multi aberrant: deinde, in quibus in utramque partem æquus fere numerus est codicum: postremo, in quibus genuina lectio minore, interdum etiam pertenui codicum hodie numero nititur.

§ XXX.

Exempla rem illustrabunt.

Matth. II. 6 pro γὰρ, γάρ μοι *Er. Barb. 1. Cypr. Hunt. 2.* ex Micha: nec μοι habent codd. plurimi cum versionibus. Ergo alibi, ubi *Er.* cum illis codd. aut uno eorum alterove congruit, nihilo plus roboris ab illis accipit.

2 Cor. II. 3 pro λύπην, λύπην ἐπὶ λύπῃ, & inde porro λύπην ἐπὶ λύπην, *Comp. Colinaei ed. Cov. 2. Laud. 2. Lin. Rhodius, Seid. Steph. 1α. Lat.* & inde codd. *graecolatini* & patres *Latini* plerique. Aperte ex parallelismo Phil. II. 27. Ergo multo magis, ubi pauciores horum codicum, v. gr. *Comp. Laud. 2. Seid.* seorsum abeunt, facessant.

Ibid. verſu 16 pro θανάτου, & ζωῆς, habent ἐκ θανάτου & ἐκ ζωῆς *Al. Barb. 2. Cov. 2. Leic. Roe. 2. Clemens Al. Orig.*, *Dial.* contra Marcionitas, *Copt.* Vtroque modo, *Cyrillus Al.* Sapit particula ſedulitatem Alexandrinam: breviorem editionum lectionem defendunt cod. optimi & *Irenaeus* cum *Lat.* &c. Ergo aliis in locis, pari in cauſa, codici *Al.* cum ſimili comitatu minus tribuemus.

Ap. IV. 8 ἅγιος novies habent *Comp. Barb. 2. Baroc. Hunt. 1. M. Pet. 2. Steph. 1. & Vallae* codd. ſed verſio nulla, non *Al.* &c. Habent illi videlicet ex uſu liturgico. Igitur iidem, eorumve nonnulli, etiam in aliis locis, ubi non alios comites idoneos habent, cedere debent.

Quotieſcunque ejuſmodi ſyzygia, uno loco obſervata, aliis locis in partes diſtrahitur: non opus eſt omnes codicum excitari copias; ſed pars ejus ſequior oppoſito commilitonum teſtimonio ſuperatur, & horum conſtantia probitasque fit commendabilior.

§ XXXI.

Hactenus per codicum hodie ſuppetentium diviſiones ad ſummam rei *aſcendimus*: nunc vero etiam *deſcenſum* a manu prima ad noſtram ætatem experiamur. Deſcenſum quidem aliquem faciunt etiam Millii Prolegomena: ſed illorum utilitas (quæ quidem major eſſet, ſi, ut patres, ſic etiam interpretes codicesque pro ætate ipſorum, non pro annis editionum, recenſeri res pateretur,) a Millio peti poteſt; nos aliter incedemus. Nam ſi quis omnem codicum varietatem probe ſecum reputaverit, perſpiciet, librarios Græcos in quaſdam quaſi nationes ſive familias diſceſſionem ante etiam feciſſe, quam verſiones, de quarum antiquitate mox agemus, exſtitiſſent. eaſque differentias, ſemel ortas, alia ſuper alia lectionum divortia, variis ex cauſis, non uno tempore, cumulaverunt. Rurſum ex codicibus ita diverſis alii codices ſtudio librariorum quaſi eclectico ſunt propagati: ſic tamen, ut quælibet natio ſive familia certas originis ſuæ notas retineret. Tanta tamque confuſa moles quomodo diſcriminabitur? Id fiet, ſi prius verſionum ac patrum ſuperadditus erit cumulus.

§ XXXII.

Hîc igitur, conſulto dilata hactenus, differri longius recuſat, *verſionum* conſideratio ac *patrum*: inſtrumentum autem ad initia diſcuſſionis aptiſſimum, & quaſi diſcerniculum perpetuum erit *Alexandrini* codicis, & *Latinae*, præſiſcine, verſionis collatio. Atque hoc caput quam accuratiſſime evolviſſe, operæ pretium fuerit: quare in *Obſervationes* ſubdividemus.

Obſerv. I. Verſiones ſunt complures.

Sunt

Sunt hæ potiſſimum : *Æthiopica*, *Arabica*, *Armena*, *Coptica*, *Gothica*, *Latina*, *Perſica*, *Saxonica*, *Slavonica*, exeunte ſeculo IX in uſum Bulgarorum facta, *Syriaca*. Nil attinet, hoc loco *Arabicas* &c. plurali numero dicere.

Obſerv. II. Patres in ſcripturis N. T. producendis frequentiores, ſunt vel Græci vel Latini.

Patres uberius recenſentur a multis in Patrologia & in omni hiſtoria eccleſiaſtica, &, quod ad criſin N. T. ſpectat, in Prolegomenis Millianis & Wetſtenianis, nec non in libro III Hodii de Bibliorum textibus & verſionibus : nos appellabimus duntaxat copioſiores. Ex Græcis ſunt, *Clemens* Alexandrinus, *Origenes*, *Euſebius*, *Athanaſius*, *Epiphanius*, *Chryſoſtomus*, *Cyrillus* Hieroſolymitanus, *Cyrillus* Alexandrinus, *Theodoritus*, *Euthalius*, *Oecumenius*, *Theophylactus*, *Euthymius* : ad quos accedit *Ephraim Syrus*, *Græce* redditus. Ex Latinis, *Irenaei* interpres, *Tertullianus*, *Cyprianus*, *Hilarius* Pictavienſis, *Hilarius* diaconus, *Ambroſius*, *Auguſtinus*, *Hieronymus*, *Caſſiodorus*, alii. Quo quiſque tempore vixerit, aliunde vel conſtat, vel facile diſci poteſt.

Obſerv. III. Sæpe, quid interpres, quid ſcriptor eccleſiaſticus legerit, dubium eſt.

Dubium eſt, quæ fuerit interpretis in Græca varietate lectio, ubi aliquid omittit, addit, mutat, vel ob diverſam linguarum naturam, vel per ſuam imbecillitatem, incuriam, curioſitatem : ubi verſio utrique lectioni Græcæ æque reſpondet : ubi eadem varias ipſa lectiones contraxit, magis etiam dubium, ubi rara ſunt verſionis exemplaria ; (unde defectus Æthiopicæ proprios apud Mill. Proleg § 1213 ſeqq. credibile eſt in aliis exemplaribus Æthiopicis recte ſe habere :) ubi editores verſionem v. gr. eandem Æthiopicam, ad Latinam immutarunt : ubi variæ lectiones non ex verſione ipſa, ſed ex verſionis verſione diſcuntur. Dubium eſt, quid patres legerint, ubi unus ſcriptor unum Novi teſt. locum aliter aliterque citat : ubi ſenſum magis, quam verba curat : ubi exemplaria ſcriptoris inter ſe variant, vel rara & negligenter ſcripta & ad alios codices immutata ſunt : ubi a commentario differt textus interjectus. Dubium, quid legerit Irenæus, ubi aliam ei lectionem adſcribunt Græci eum allegantes, aliam Latinus ejus interpres. Huc fere recidunt, quæ de patrum allegationibus differit Heinſius in Proleg. Exx. ſacr. Croius in Obſerv. ſacr. cap. XVIII ſeqq. Rechenbergius in Exerc. de Var. lect. N. T. cap. I. § 9 ſeqq. Whitbius lib. I. contra Millium, cap. I. & alii.

Obſerv. IV. Plerumque tamen, quid legerint, liquido apparet.

Apparet, quid patres legerint, ubi unus unam lectionem ſæpius eodem modo citat : ubi ipſe nervus ſermonis una lectione præ altera nititur : ubi varietatem lectionis

nis diſerte indicant. Neque a textu abire cenſendi ſunt, ubi ex hypotheſi theſin educunt. v gr. *Oportet haereſes eſſe*, omiſſo *in vobis*, ut Whitbius ſcite obſervat. Apparet, quid interpretes legerint, ubi vernaculæ ſuæ obliti, Græca preſſius referunt. Neque textum noſtrum non legiſſe cenſendi ſunt, ubi verba, ſynonyma præſertim, interpretatu difficilia, prætermiſerunt: ubi a textu Græco abire eos coegit linguarum indoles: ubi in ipſis ſuis linguis proclivitatem ad hallucinandum habuere. Irenæi Græca quid habuerint, apparet, ubi Latinus ejus interpres a Latinis codd N. T. differt. Apparet, quid legerint & interpretes & patres, ubi plures interpretes inter ſe, ubi plures patres inter ſe, ubi hi cum illis, & illi cum his, quin etiam utrique cum codd Græcis, antiquis præſertim, congruunt. Ac plerumque tam clarum eſt, ex communi eos fonte hauſiſſe, ut ne ſcepticus quidem reniti poſſit. Quin etiam ipſa hic quoque lectionis duplicitas uſum quendam præbet, & inſtar eſt duorum ſuffragiorum pro duabus lectionibus, quarum altera eſt interpretis vel doctoris, altera librarii, vel utraque unius doctoris alios alioſque codices nacti. præcipue in exegetis vetuſtis commentarius fere lectionem ipſorum; contextus, interjectus a librariis, prolixus præſertim, ubi a commentario differt, lectionem tempore librariorum uſitatam exhibet. Rurſum ubi plura verſionis alicujus exemplaria unam lectionem Græcam diverſis verbis exprimunt, expreſſio e diverſis deducta Græcis codicibus Græcam lectionem eo magis firmat.

Obſerv. V. Alexandrini codicis & Latinæ verſionis collatio, unam breviſſimam, certiſſimam, facillimam decidendi rationem partim per ſe miniſtrat, partim ad eam deducit.

Ex omni monumentorum genere, unde variæ lectiones petuntur, duo quædam juverit deſumſiſſe, videlicet Græcum aliquem codicem excellentem, & verſionem aliquam inſignem: & codicem quidem, *Alexandrinum* potiſſimum; verſionem, *Latinam*. nam patres, quia non continuum N. T textum habent, huc minus apti ſunt. At ex codicibus Græcis omnibus unus præſto eſt, divino utique miſſu, Alexandrinus, ad deciſionem eximie accommodatus. hic enim omnes tomos N. T. continet: hic bene antiquus eſt, & accurate collatus a multis. Eædemque fere cauſæ ſunt verſionis Latinæ ceteris hîc verſionibus anteponendæ: ad quas cauſas accedit, quod hæc ſola verſio ab omnibus intelligitur. Alexandrinus igitur codex, & Latinus interpres, Par bene compoſitum: qui etiam, quod ad internam attinet indolem, inter omnia monumenta N. T. medium tenent. Etenim hos duos circumdant undique omnes copiæ, quæ in *duo* fere agmina diſpeſcuntur, inter ſe magis, quam ab his duobus diviſa: & aliorſum Græci communiores tendunt codices, cum patribus Græcis minus antiquis; aliorſum antiquiſſimi & patres & interpretes alii, & Græci quidam codices minime proletarii, ſe recipiunt. itaque nulla commodiore ratione, quam ex codicis Alexandrini & Latini interpretis conflictu mutuo, & ex horum ceterorumque teſtium compoſitione, elici poterit, quæ quæritur, lectio germana.

Nunc

Nunc seorsum spectare debemus & Latinum interpretem, & Alexandrinum codicem; deinde utrumque horum conjunctim: tum ea, quae hac Observatione declaravimus, etiam demonstrata dabuntur.

Observ. VI. Latina lectio quam sinceriſſima quærenda est, adeoque communior examinanda: varietas lectionis ex editionibus, ex manuscriptis &c. petenda: varietatum vel consilio vel casu ortarum decisio eruenda.

Habes hic, Lector, lemmata ex Summario hujus Introductionis, si illuc respicere vacat, repetita, & methodum, quam in Græcis adhibendam explicavimus, ad Latina traductam. Fuit Latinus interpres, imo multi fuere interpretes, *primis*, ut Augustinus docet, *fidei temporibus*. vid. lib. II de Doctr. Christ. c. XI. Vetustissimus ille interpretis interpretumve textus multas corruptelas contraxit, ante tempora Hieronymi, quem interpolationes etiam ex Luciano & Hesychio notantem videbimus Observatione XXII. Mederi conatus est Hieronymus: sed hujus quoque recensionem multis rursum temporibus multi vel præterierunt vel immutarunt. Hinc tanta hodie in Latinis manuscriptis impressisque codicibus varietas, quæ & antiquissimorum Latinorum, & Hieronymi, & citeriorum lectiones complectitur. Quare non obvio quocunque exemplari Vulgatæ versionis contenti esse, sed latius debemus circumspicere. Latina Biblia per typographos ab Anno MCCCCLXII & deinceps excusa, ex variis manavere manuscriptis: & ea quidem lectio Latina, quæ hodie viget, passim sequior est. porro extra textum varietatem Latinæ notare lectionis pauci sunt conati. Notavit aliqua Erasmus, ex codicibus sane memorabilibus, sed obiter: plura dedit Rob. Stephanus (postea demum ad Græcum textum progressus,) plurima Ioh. Hentenius, nec pauca T. Nic. Zegerus, Corn. Iansenius, ac Lovanienses. At hi aut nullum exemplar Græcum, aut unam editionem aliquam Græcam respexere tacite, melioresque codices Græcos aut non adhibuere, aut ne habuere quidem. unde non mirum, multa eos Latina pretiosa, quæ hodienum reperiuntur, neque agnovisse, quum idonea norma destituerentur, neque annotasse. Singularem curæ dexteritatem & exquisitum codicum apparatum adhibuit Franciscus Lucas Brugensis: sed selectiora tantummodo loca tractavit in suis Notationibus, easque a medio prioris epistolæ Petri, imo post epistolam ad Romanos, ut ipse ingenue docet, propter calamitatem bellicam attenuatiores dedit. Supervenerunt Sixti V & Clementis VIII editiones: quæ quanquam prudentiorum judicio ulteriorem codicum veterum collationem non sustulerunt, tamen post correctionem Romanam Romanenses otium fere putarunt sibi factum. Vnus Epistolarum lectiones curatissime examinavit G. Estius: at Iohannes De la Haye in Maximis Bibliis vix quidquam novæ opis attulit, & Henrici de Bukentop industria potissimum in consideratione editionis Sixtinæ & Clementinæ versatur. Protestantes vero Vulgatum aut eo magis spreverunt, aut, cum laudarent, non tamen repurgarunt. Millius demum Latinorum interdum, sæpius Græcolatinorum codicum, (ad quos postea *Boernerianus* accessit,) lectiones indicavit; milique

Latinorum item quorundam usus obtigit, & ex aliis compluribus locorum maxime necessariorum excerpta sum nactus: quæ Erasmi, Stephani, Belgarumque illorum notationibus adjecta nunc, non multorum lectionem locorum prorsus immedicatam relinquent. Plerisque locis, quid Latinus interpres dederit, satis jam firmiter constare confidimus: uberiora autem multa reddi possent ex tot aliis manuscriptis, modo ne in amictum novorum voluminum consumerentur; ut iis maxime fit, quorum magna sunt folia; sed potius excuterentur, & quidem accurate. Vide, quantos talium codicum acervos memorent, præter Erasmum & alios modo citatos, *L. Valla* ad Ioh. XVIII. 28. *Iac. Faber Stapulensis* in Comm. ad Evang. fol. 203. *Io. Saubertus* in Var. lect. Matth. p. 264. *R. Simonius* in Observ. novis Gallicis capp. I. XX. XXI. *H. Hodius* in Hist. text. & versionum, maxime f. 663. *I. Millius* in Proleg. N. T. § 379. & in Not. ad Ioh. VII. 53. *F. E. Kettnerus* in Hist. Dicti Ioh. de S. Trinitate, p. 207 seqq. *I. F. Schannat* in Vindem. lit. f. 218 seqq. *Iac. Le Long* in Biblioth. sacr. Part. I. pag. 524 seqq. 534 seqq. Part. II. pag. 434 seqq. *E. Martene* & *V. Durandus* in Itin. liter. T. I. p. 151 &c. *R. Bentlejus* in Specimine edit. N. T. Græcolatini: *I. C. Harenbergius* in Vol. II Musei Brem. Part. III. artic. IV. *Auctor* Proleg. Amstel. N. T. p. 85, 121, & alii. mitto enim plurimos eosque notissimos Bibliothecarum insignium Catalogos. Notat Simonius passim *Graecum vulgare atque ordinarium*, illud præsertim, quod Stephanus edidit; *Graecam*que ei *manuscriptorum* lectionem, melius cum *Latino* congruentem, opponit, ita, ut modo hoc, modo illud agnoscat esse præstabilius. vide inprimis Observ. ejus novas, p. 418 seq. Pari autem jure notamus *Latinum vulgare atque ordinarium*, quod is in sua versione Gallica reddidit: cui *Latinam manuscriptorum* lectionem, melius cum *Graecis* congruentem, opponi debere, ipse ignorare non potuit. Interea, si quid ex manuscriptis etiamnum Latinis exspectandum restat, repræsentat id aliquando (non enim perinde curamus *Hebraicam* Matthæi versionem ex Latino minime antiquam,) Anglosaxonica quatuor Evangeliarum versio, *Saxonica*, breviore verbo, a Marescallo & Millio; *Anglica*, ab ipso interprete, Matth. XXVII. 46 appellata: quæ, ipsa fortasse superior Caroli M. ævo, certe in codice ante annum MLXXIII scripto, & in aliis, ex Latino textu valde probo deducta, exstat, & cum Thomæ Marescalli observationibus recusa est. Neque nihili est, ab eodem Marescallo interdum citata, *Anglica* N. T. versio, tota etiam ex Latinis deducta, cujus origo ad Wiclefum ipsum vel certe ad tempora illa refertur, cujusque exemplar nitide quondam in membranis descriptum ex Bibliotheca Vffenbachiana (quæ id Tomo III. p. 73 memorat,) ad me pervenit. Plus vero juvant editiones Latinæ, & item Germanicæ, ex optimis Latinis codicibus deductæ, & per priscos typographos excusæ. Magnam hæc omnia monumenta varietatum congeriem nobis offerunt: quomodo autem discernetur ea, quæ est Latini interpretis ipsius, a quavis alia lectione? Hic quoque methodus in Græcis explicata codicibus, ad Latinos traduci debet: in quibus non valde proficit *multitudo* codicum. nam multæ Latinæ lectiones sequiores recte improbatæ sunt & ab Hentenio, qui tamen magnos ad eas codicum Latinorum numeros adjecit; & ab ejus successoribus, qui eosdem subinde numeros delerunt, in præfatione sua generatim monentes, meliorem numerum codicum fæ-

pe

pe a majore vinci. Nec *bonitas* codicum ſeorſum aut *antiquitas* nimis urgenda eſt. quanquam enim ei codici, qui certis in locis ſe præter alios ſincerum præſtitit, in locis incertis prærogativa aliqua competit; tamen boni ſuos quoque nævos habent: & antiquiſſimis hodie codicibus antiquiores ſunt ipſæ varietates. Valet ad lectionem ipſius Latini interpretis diſcernendam multitudo, bonitas, antiquitas codicum conjunctim. Et quicquid ſic quoque negant codices ad varietates vel colligendas vel diſcernendas, id abundantiſſime ſupplent patres Latini & ſcriptores eccleſiaſtici, præſertim ii, qui commentarios dedere, textus veteris, quo gaviſi erant, indiciis refertos ſæpe irrefragabilibus. Qui ſi dextre adhibeantur, Latina lectio accuratius etiam, quam neceſſe eſt, dignoſcetur. Non enim huc una continua verſio N. T. Latina requiritur: ſed Latinum quum dicimus interpretem, eum dicimus tantiſper, abs quo præſentis cujuſque loci ſingulatim vel facta eſt vel quoquo modo relata interpretatio; quæ ſive Hieronymi eſt, ſive antiquioris anonymi cujuscunque, Græcam lectionem refert antiquiſſimam. nam etiam Hieronymus ante exitum ſeculi IV adhibuit codices Græcos & vetuſtos jam tum, & iis quoque, ut ex mutuis Auguſtini & Hieronymi epiſtolis patet, probatos, qui operam ejus in libris V. T. recognoſcendis improbabant. Nunc etiam, quæ Hieronymi lectio ſit, quæ antiquior Hieronymo, diſpaleſcit. nam verſionem Hieronymo antiquiorem, quæcunque erat, adhibuere patres utique Hieronymo antiquiores, & alii, Hieronymiana, quum ea exſtaret, tamen non utentes, vel non ſola. Quicquid eorum eſt, ubi ſinguli ſeorſum ambulant, ſibi indulſiſſe videri poſſunt: ſed ubi plures, etiam in ſubtiliſſimis ſtricturis, inter ſe congruunt, communem ſcilicet interpretem ſunt ſecuti: cujus lectiones, quæ in codicibus Latinis N. T. exſtant, tali pacto confirmantur; quæ amiſſæ erant, reſtituuntur. Plura in progreſſu accedent Latinæ lectionis & perſpiciendæ & ponderandæ adjumenta, non ſine ſpe Italæ illius verſionis, ſi quid refert, dignoſcendæ.

Obſerv. VII. Latina lectio eſt valde antiqua.

Exorta eſt partim ante exitum ſeculi IV, partim primis fidei temporibus, ut Obſervatione præcedente vidimus. *Veriſimile eſt*, inquit Alſtedius, *ſtatim poſt A. C. 100. verſiones illas Latinas adornatas eſſe.* Theſ. chron. p. 107. nec longe aliter Kettnerus in Hiſt. Dicti Ioh. de S. Trin. p. 37. Itaque hæc verſio ceteras antiquiſſimas verſiones non mediocribus intervallis præceſſit: & Græcum exemplar, ex quo Latinus verſionem derivavit, pleraque Græca exemplaria, quæ hodie ſuperſunt, annis 700, 800, 900, 1000 anteivit. conf. cel. Pfaffii Syntagm. p. 135, 186. Tam antiquum bonum publici juris eſt: ſine injuria, ſine ſtudio partium utimur.

Obſerv. VIII. A genuina lectione Græca ſæpe diſcrepat Latina lectio.

Vulgatæ mendoſitas a multis notata eſt, quorum recenſum præbent Ramburtii Diſp. Sedan. Tom. II. p. 150 ſeqq. Hottingeri Theſaurus philol p. 380 ſeqq. & Pfeifferi critica ſacra cap. XII. § 4. Accedit Petrus Picherellus (in Opuſc. theol. p. 125. 340 ſ.) Theod. Thumm. Exeg. Matth. l. II. p. 268 ſeq. C. Kortholtus,

H. Hodius, I. Frickius (in egregia præfatione Bibl. Germ. maxime § IX.) I. G. Carpzovius, ceteri: Latinorumque codicum cum Græcis collatio, a Valla, Stapulenſi aliiſque inſtituta, magna ex parte huc ſpectat. quanquam res non debet ultra modum exaggerari, ut multi faciunt, qui, quum Iſidorus Clarius ad *octo* mendorum *millia* in Bibliis Latinis annotata ſibi atque emendata dicit, nec tamen omnia ad vivum reſecata; *octoginta millia* ſupponunt. Ipſum tot ſeculorum ſtudium, curioſitas, incuria, immanem Vulgato lectionis vel labem vel varietatem affricuit. de temporibus ante Hieronymum, queſtus eſt Hieronymus, cujus querelæ veritatem comprobant ea, quæ Rich. Simonius in Obſerv. novis, maxime p. 449 notavit, quæque ex Hilario diacono collegit Whitbius in Examine, ejuſque præſertim appendice ſecunda; ubi tamen multa notantur, Hilario ejuſve deſcriptoribus propria, nec Latinis codicibus N. T. imputanda. de temporibus poſt Hieronymum, Rogeri Baconi aliorumque quiritationes exſtant. Veruntamen pleraque, ſive ſimpliciter vitioſa ſunt, ſive per lectionis varietatem ſucata, Græcæ lectioni non adverſantur. Quæ vero Græcæ lectioni adverſantur, eorum magna pars ſub Latinam demum irrepſit manum; aliqua tamen in ipſo Græco exemplari, ex quo Latinus eſt interpretatus, exſtabant. Exempla dantur in Prolegomenis Millianis § 327. 383 &c. & in Wetſtenianis p. 87. Atque hoc loco vigilantiſſime obſervandum eſt, quomodo Millius in Prolegomenis paulatim in eam deveniat orbitam, ut veteri interpreti Latino nimium tribuat. Dabimus hoc ei, ut § 285 Latinum ex Polycarpo confirmet: (vide Var. 1 Petr. I. 8.) Clemens certe Romanus, quem § 141 eandem ob cauſam allegarat, alienior eſt. (vide Var. Rom. I. 32.) quanquam non mirum foret, ſi interpres, utique etiam Græce doctus, Clementem & Polycarpum legiſſet, vel etiam in interpretatione loci ab illis allegati imitatus eſſet. Quum vero mox § 290 ſeqq. ſubinde vel Latinus ipſe, vel Marcion, vel Tertullianus, vel Ambroſius ſuum quoddam iter tenent, aſſeclamque nanciſcuntur codicem Cantabrigienſem: ea certe conjunctio minime ſufficit ad Latinam lectionem protinus Græcæ præferendam. Bivium eſt hoc, in quo unus paſſus longos errores vel poſt ſe trahit vel præcidit.

Obſerv. IX. Vt plurimum tamen cum genuina lectione Græca, Latina congruit lectio.

Hoc vel ex antiquitate interpretis exiſtimari poteſt, quæ longiſſime ſupra pleraſque cauſas varietatum poſtea exortas poſita fuit.

Obſerv. X. Alexandrinus codex valde eſt antiquus.

De hoc codice multa habent, præter Millium, *Humfredi Hodii* libri quatuor de Bibliorum textibus originalibus, verſionibus Græcis & Latina Vulgata, Oxonii A. MDCCV editi: & Prolegomena LXX interpretum, quorum ex eodem potiſſimum Alexandrino codice editionem *Ioh. Erneſtus Grabius*, &, eo defuncto, *Franciſcus Lee*, &, poſt hujus obitum, *Anonymus* eruditus adornavit; noviſſimeque V. C. *I. Iac. Breitingerus* Tiguri egregie locupletandam ſuſcepit. Vtrumque opus inſigne, &

poſt

post clausos Millii rivos (quanquam recentior est Millii , quam Hodii titulus ,) luci expolitum. utrumque adeat , qui rationes pro codicis Alexandrini antiquitate & præstantia a viris illis doctis prolatas cognoscere avet : nos historiam duntaxat ab illis mutuabimur , nostrasque inde rationes , quas cum illorum rationibus non inutiliter contuleris , eliciemus & muniemus. Prolegomena igitur illa sua *Grabius* sic orditur : *Quem nos* Alexandrinum *appellamus codicem , ei id cognominis haesit , quod* Alexandria *eundem secum Constantinopolin detulerit Cyrillus Lucaris , primum in illa , post in hac urbe Graecae ecclesiae patriarcha : qui pro eximio erga Anglicanum regnum atque ecclesiam affectu vetustissimum hunc librum manuscriptum Carolo I piissimo regi atque martyri per Dn. Thomam Roe , equitem auratum ac laudati regis ad imperatorem Turcicum legatum , dono , sane egregio , LXX abhinc & quod excurrit annis , misit ; addita scheda , qua brevem dicti codicis notitiam propria manu tradidit sequentibus verbis :* Liber iste Scripturæ sacræ N. & V. Testamenti , prout ex traditione habemus , est scriptus manu *Theclae* , nobilis fœminæ Ægyptiæ , ante *mile* (pro *mille*) *& trecentos* annos circiter , paulo post concilium *Nicaenum.* Nomen *Theclae* in fine libri erat exaratum : sed extincto Christianismo in Ægypto a Mahometanis , & libri ma Christianorum in similem sunt redacti conditionem. Extinctum ergo & (*lege* est) *Theclae* nomen & laceratum ; sed memoria & traditio recens observat. *Cyrillus Patriarcha Constantinopolitanus.* Super his verbis multa disputari solent : dignum est certe viri spectatissimi testimonium , quod serio examinetur. Primum exstat in ipso codice Epistola *Clementis* Romani , utraque ; sed de priore tantisper loquemur. Photius de Clemente , *Hic etiam epistolam memorabilem ad Corinthios scribit , quae apud multos* ἀποδοχῆς ἠξιωθη , *ὡς καὶ δημοσίᾳ ἀναγινώσκεσθαι· recipi digna est habita , ut etiam publice legeretur : at quae secunda dicitur ad eosdem , ut spuria reprobatur.* cod. CXIII. quanquam Photii ætate lectam fuisse epistolam , hæc verba non ostendunt. At Hieronymus *valde utilem* dicit *Epistolam , quae & nonnullis locis etiam publice legitur.* Catal. cap. XV. & Eusebius de eadem epistola , *Hanc in multis etiam ecclesiis palam ac publice IAM OLIM & apud nos quoque legi cognovimus.* l. III. Hist. eccl. c. 14. Plane ergo propter publicæ in ecclesia lectionis usum epistolam Clementis insertam habebat cod. Alexandrinus : & quia nullus codex Græcus ms. N. T. (quanquam ii codices , qui solos Evangelistas habent , in hanc comparationem trahi non possunt) epistolam Clementis habet , nisi Alexandrinus : hinc colligimus , omnes ceteros eo tempore esse scriptos , quum epistola Clementis publice legi desita esset , hisque omnibus vetustiorem esse Alexandrinum ; cujus vetustati quantum detrahatur, tantundem ceterorum quoque vetustati pro portione detrahatur. Deinde propius definiri codicis poterit ætas , si adhibeatur *Index* librorum , quem ipsa ei librarii manus , ut Grabius testatur , præfixit : Γενεσις κόσμ κτλ. ῥϑϑ , ὁμῦ βιβλία ἡ· βασιλειων ά κτλ. παραλιπομενων β́ ; ὁμῦ βιβλια ϛ́ , προφηται ις́ , ὡσηὲ κτλ. δα-νιὴλ ις́. κτλ. ἡ καινὴ διαθήκη· ἐυαγγελια δ́. κατὰ ματθαῖον , κατὰ μαρκον , κατὰ λεκᾶν , κατὰ ἰωάννην· πράξις αποςολων , καθολικαὶ ζ́ , ἐπιςολαὶ παύλ ιϑ́ , ἀποκάλυψις ἰωάννε , κλήμεντος ἐ . . . λὴ ά , . . . εντος ἐ . . . λὴ β , ὁμῦ βιβλία . . . (nota numeri , fortasse ϛ́ , detrita :) ψαλμοὶ σολομῶντος πὴ. Abruptus est hodie quidem codex Al. in Epistola Clementis secunda : sed tamen Index indicat,

descriptum hunc esse codicem eo tempore, quum & Epistola Clementis legebatur publice, & Psalmi Salomonis (quos codex Cæsareus apud Lambecium inter librum Sapientiæ & Siracidem locatos habet,) a lectione publica recens erant segregati. id tempus indagare juvat. Ac Clementis quidem epistolas libris N. T. venerabilibus & sanctis accenset canon LXXXV, qui in apostolicis habetur, & inde concilium Trullanum: sed de Salomonis Psalterio silet. Rursus Psalmos Salomonis in apocryphis recenset Indiculus librorum V. & N. T. in cod. ms. Baroc. apud Hodium, f. 649. (itemque Zonaras & Balsamon in Fabric. cod. pseudepigr. V. T. p. 974.) sed Clementis nil nisi διδασκαλίαν cum plurimis aliorum apocryphis habet. Vnum occurrit monumentum, in quo *conjunctim*, perinde ut in Al. codice, citantur Epistolæ Clementis & Psalmi Salomonis: videlicet *Scripturae sacrae* apud Athanasium *Synopsis*. Hæc inter libros V. T. quibus contradicitur, ponit *Psalmos*, &, non Canticum, quod eà suo loco agnoscit, sed *Odam Salomonis*: hæc inter libros N. T. quibus contradicitur, *Clementina* ponit, Epistolis non obscure exceptis: κλημέντια, ἐξ ὧν μετεφράσθησαν ἐκλεγέντα τὰ ἀληθέστερα καὶ θεόπνευστα. Et Clementina & Psalmos Canticumque Solomonis habet Stichometria Nicephori (initio Seculi IX) & Anastasii, in libris ἀντιλεγομένοις & qui non recipiuntur ab ecclesia: habet videlicet utrumque, juxta cum aliis id genus multis, ex ipsa Synopsi, & cum hoc discrimine, ut pretiosa Clementina a vilioribus olim distincta non distinguat. Singulariter ergo conveniunt cod. Alexandrinus & Synopsis, & quidem ita conveniunt, ut non solum Clementem ac non Psalterium Salomonis, sed etiam utramque Clementis epistolam probent, (κλημέντια habet Synopsis, pluraliter,) cum ceteri omnes priorem tantummodo Clementis epistolam probent. Accedit simillimus ordo librorum, quum & in Al. & in Synopsi Catholicæ ante Paulinas, & epistola ad Hebræos ante epistolas ad Timotheum ponitur. Quæ vero *Synopseos* ætas? Primum antiquior est editione illa Actorum & Epistolarum, quæ ab Euthalio circ. A. 460 adornata est, & Hypotheses sive argumenta librorum, atque in iis aliqua ab Euthalii sententiis diversa, ex *Synopsi* videlicet, adjecta habet, ut docet Millius in Proleg. § 994. Deinde memorat Synopsis editionem Luciani Græcam V. T. tanquam *septimam* & *ultimam*; adeoque Pamphili eandemque Eusebii, & Hesychii editionem ignorat. Et Luciani quidem editio ita celebris fuit, ut nonnulli appellationem τῆς κοινῆς ei tribuerent: sed tamen talem auctorem, qui Synopsin & in ea enumerationem interpretum Græcorum V. T. dedit, Hesychii certe interpretatio fugere non potuisset, nisi Synopsin ante scripsisset, quam Hesychius Alexandriæ & in Ægypto reciperetur. Alexandrinum enim fuisse auctorem Synopseos, cum alia multa, tum ordo epistolarum modo memoratus (coll. Obsery. XX. Consid. VII.) ostendit.

Vetustatem codicis Al. nemo acrius impugnat, quam *Casimirus Oudinus*, qui eum in seculum X detrudit, *Epistolam* illam urgens ad Marcellinum, εἰς τὰς ψαλμὰς, sive *de Psalmorum titulis*, ut Hieronymi catalogus appellat. negat enim, uno exstare tempore epistolam potuisse genuinam, quæ in concilio Nicæno II. A. 787. citetur; & supposititiam, quæ sit codici Al. inserta. Epistolam vero ad Marcellinum,

num, ut hodie exſtat, cur non pro valde antiqua habeamus, cauſa nulla eſt. Vocabulum τῆς τριτεύχε, quo ea Ioſuam, Iudices, Ruth, complectitur, rariſſimum, ne Suicero quidem notatum, ad imitationem τῆς πενταteύχε καὶ τῆς ὀκταteύχε formatum; plane redolet auctorem ab Origenis ævo non longe remotum. Initio epiſtolæ ſcriptor *magno* ſe confitetur *Pſalmorum*, *ſicut etiam OMNIS SCRIPTURÆ ſtudio teneri:* ac plane idem videtur dediſſe antea Scripturæ Synopſin, de cujus vetuſtate modo egimus. namque Synopſis, in capite de Pſalmis, quod amplificationem quandam Hypotheſeos Euſebianæ Pſalmorum repræſentat, & Epiſtola in Pſalmos, eandem plane ſedulitatem ſubtilitatemque ſapit: & utraque videri poſſet auctorem habere anonymum Alexandrinum, Athanaſio coævum, niſi ipſe eſſet Athanaſius, cui utrumque opuſculum tribuunt antiqui codices, & cujus ſtudium erga ſacras literas vel hinc conſtat, quod & Conſtans imperator eum juſſit ſaeros adornare libros, & ipſe paruit. ſic enim ait in Apologia, πυκτία τῶν θείων γραφῶν κελεύσαιτος αὐτὲ μοι ΚΑΤΑΣΚΕΥΑΣΑΙ, ταῦτα ποιήσας ἀπέφειλα. Etenim Hieronymum, & concilium Nicænum II, eam quæ hodie exſtat, ac non aliam Athanaſii reſpexiſſe epiſtolam, complura docent, collata, ſi placet, Antonii Vita, cui Epiſtola ſimilitudine quadam ſingulari reſpondet. namque in illa, Antonii; in hac, anonymi ſenis ſermonem inducit Athanaſius, præcipuas utrinque tractationis partes exhaurientem: in utraque locum 1 Reg. XVIII. 15, qui apud LXX, etiam in codice Alexandrino, ſic habet, ζῇ κύριος τῶν δυνάμεων, ᾧ παρέφην ἐνώπιον αὐτὲ, ὅτι σήμερον ὀφθήσομαι αὐτῷ· aliter legit, ζῇ κύριος, ᾧ παρέφην ἐνώπιον αὐτὲ σήμερον, & huic lectioni ſingularem in utroque opuſculo doctrinam ſuperſtruit. Sed quorſum tam multa? ad vetuſtatem Synopſeos potius, de qua ſupra, quam Epiſtolæ confirmandam collegimus. finge enim, Epiſtolam illam interpolatam vel plane ſuppoſititiam eſſe in Al. codice: id vetuſtati codicis nil obeſt, niſi mutatio vel fraus illa noviter facta demonſtretur. nam hodienum dupliciter exſtant Ignatii epiſtolæ, & Ephraimi Abrahamius, & alia: imo ipſa ad Marcellinum Epiſtola in Pſalmorum numeris v. gr. ιή & ιθ', hodienum variat. Minus definite Iacobus Le Long *tantam* negat eſſe codicis *vetuſtatem*, *quantam ei vulgo Angli tribuant.* In ipſa Anglia anonymus, qui N. T. Græce & Anglice edidit, codicem annorum 800 vel 1000 cenſet p. 921. Ac Simonius, *valde antiquum* ceteroqui codicem agnoſcens, minus tamen Cyrillo Lucari credit, quam præter ceteros Grabius: quanquam Grabius quoque a Cyrillo aliquantum declinat. nam codicem haud diu ante annum 396 exaratum arbitratur, aut ſaltem paulo poſt; quo pacto ſcriptionem non modo poſt concilium œcumenicum primum, A. 325 habitum, ut Cyrillus, ſed etiam poſt ſecundum, quod A. 381 fuit, collocat: Theclæ, opinor, cauſa, quam Grabius eſſe putat a Gregorio Nazianzeno celebratam. Sed hæc ratio non magis, quam ulla alia, nos cogit a relatione Cyrilli recedere. Propius cum *Ægyptia* Thecla ab illo memorata conjunctus eſt idem *Athanaſius*, cujus *Vitam S. Theclae* habere ſe, David Colvillus Madrito ſcripſit A. 1626 ad Pariſinos Athanaſii editores: (coll. Baron. not. ad Martyrol. Rom. d. 23 Sept. pag. 434.) nec ſane ab eo ſcribendi genere abhorruiſſe Athanaſium, rurſum Antonii vita commonſtrat. fortaſſe etiam Theclæ in libris ſacris deſcribendis induſtriam illa ejus vita prædicat. cognoſcant alii, ſi adhuc

huc facultas eſt. Neque enim Thecla Pauli Apoſtoli, cujus vitam Baſilius Seleucienſis retexuit, innuitur, ſed Thecla Athanaſio coæva innui videtur.

Eadem Epiſtola ad Marcellinum ineunte & exeunte Athanaſius dicitur *archiepiſcopus;* quod verbum contra vetuſtatem codicis allegatur: ſed eo verbo non vetuſtiorem ipſum eſſe Athanaſium, Suicerus probat. Specioſius novitatis veſtigium videntur objicere ὑπογραφὰς ſive *ſubſcriptiones* illæ, quas demum ab Euthalio, quo etiam Stephanus eſt uſus, confectas ſtatuunt multi, quæque inde omnibus Pauli epiſtolis ſubjectæ exſtant in mſſ. & impreſſis noſtris. Eæ vero ipſæ antiquitatem codicis Al. non modo non infringunt, ſed etiam egregie confirmant, qui ſubſcriptionem habet vel nullam, ut in utraque ad Corinthios: vel non tam ſubſcriptionem, quam ſubſcriptionis rudimentum & anſam, πρὸς ῥωμαίους, πρὸς γαλάτας, πρὸς κολασσαεῖς ἀπὸ ῥώμης, & ſic fere in ep. ad Epheſios, ad Philippenſes, in utraque ad Theſſalonicenſes, in quibus quatuor tantummodo epiſtolis codicis Al. ſimplicitatem ſervat Euthalius. In ceteris & uberior eſt Euthalius, nec tam cum eo, quam cum aliis codd. & monumentis vetuſtiſſimis convenit Alexandrinus. Vide Millii notas in fine epiſtolarum ſingularum Pauli, & in Proleg. § 936. 940. 943. 993. Prima ſubſcriptionum ſtamina & Euſebius dediſſe videtur, & ex Euſebio, ut alia complura, ita hæc, ſumſiſſe primum cod. Alexandrinus; deinde, multis novis additis, Euthalius. Pari modo ἀμὴν particulam clauſulis librorum a pleriſque poſtea non ſolum in codd. Græcis, ſed etiam in verſionibus addi ſolitam, *Alexandrinus* omittit, in prima Petri & prima ſecundaque Iohannis, cum pauculis cod. Gr. & cum verſionibus modo pluribus, modo paucioribus: in ſecunda ad Cor. Eph. Col. utraque ad Tim. Tit. cum *Colb. 7. Æth. Lat.* in Marco & Iohanne, cum verſionibus pleriſque, ſed cum Græco fere nullo codice. In Apocalypſi omittit non ſolum τὸ ἀμὴν, cum *Latino* & *Andrea* Cæſ. ſed etiam τὸ ὑμῶν cum *Latino* & *Æth.* quum ceteri habeant τῶν ἁγίων, ἀμήν· vel ὑμῶν, ἀμήν· ex Paulo. Evangeliſtis tempus ſcriptionis, & reliqua, permulti veteres ſubjiciunt codices: Alexandrinus hac quoque in parte priſcam ſimplicitatem ſervat. neque ſtichometriam ullius libri habet. Quæ cum ita ſint, ſalva manent argumenta, quæ pro vetuſtate codicis Al. ex codice Al. ducuntur: v. gr. quod nullas habeat ſectiones in epiſtolis Paulinis. nam ſi eas ignoravit librarius, quæ A. 396 factæ ſunt, & ab Euthalio poſtea memoratæ: eas certe, quas Euthalius ipſe, Alexandrinus, fecit, minus ignorare potuiſſet, ſi recentioris ætatis eſſet codex Alexandrinus. Firmiſſimum vero illud eſt, quod de continuo literarum ductu, ſine verborum diſtinctione, ſive accentuum ac ſpirituum notis, quodque de dialectis antiquis, Waltonus, Millius, Grabius Grabiique ſucceſſores narrant atque diſputant. Quodſi quis neque his argumentis, neque Cyrilli Lucaris relatione movetur: liberum ei eſt, ad ſeculum V vel etiam inferius deſcendere. nam modicus vetuſtatis gradus non perimit codicis auctoritatem, quæ certe ſingularis eſt, & ex indole ipſius potiſſimum debet æſtimari.

Obſerv. XI. Codex Al. non caret vitiis.

Evol-

Evolve N. T. Millii : quotus quiſque verſiculus eſt, a quo non ſemel aut ſæpius, ſolus aut pæne ſolus abludat Alexandrinus ? Evolve LXX int. Grabii : obvii cujuſque folii marginem, non modo Prolegomena, videbis ejuſdem Alexandrini ſcoriis conſpergi. Et quidem in Novo teſt. etiam minus ille emendatus cenſeri debet, quam in Veteri. nam Alexandrinis verſio LXX viralis domeſtica fuit ; unde Alexandrini codicis in ea parte præſtantiam recte demonſtrant paſſim editionis Grabianæ Prolegomena : ſed in libris N. T. prævalet domeſticus item Aſianis antiquioribus tenor. *Codex ille*, inquit Tho. Gatakerus Britannus, *tot in novi inſtrumenti locis mendoſus, mutilatus, implicatus, interpolatus deprehenditur, ut adverſus lectionem receptam exilis admodum aut nullius potius omnino ponderis eſſe videatur.* iterumque, *mſ. illius non eſt tanti* ἀυθεντια, *ut tot Græcorum* τῶν παλαι καὶ παναρχαιων *etiam refragantium teſtimoniis diſertiſſimis objiciatur. certe enim habet exemplar illud vitioſa haud pauca, gloſſemata vero interjecta paſſim quam plurima.* Adv. miſc. poſth. c. 4 & 17. *Et optimas & peſſimas lectiones in eo reperiri* cenſet Artemonius de Init. Evang. Ioh. p. 172. *Plurimae in eo ſane occurrunt lectiones prorſus abſurdae & falſae, quod conferentibus varias lect. editas non poterit non liquere.* Proleg. Wetſt. p. 11. & hoc judicium approbat *Wolfius* in Curis ad IV ep. Pauli priores, p. 812. conſ. *Pfaffii* Syntagm. p. 63. 64. 137. ubi in eandem ſententiam citat Georgium Bullum. Prudenter Whitbius & ſuo convenienter inſtituto eum nec laudat nec vituperat : ſimilique moderatione utitur Leonardus Twells adverſus anonymum, qui N. T. Græce & Anglice edidit. nam fere medius hic eſt codex inter Millium & inter Whitbium, inter editorem διγλωτσον & inter Twells. Si videtur, excudatur etiam Novum teſt. ex hoc codice ſcorſum, & quidem ad apicem uſque, cum omnibus hiatibus & hallucinationibus, ſine ſpiritibus, accentibus & interſtitiis, præciſe : philologorum videlicet in gratiam, quos tamen accurata excerpta ſatis juvant : bene autem eſt, quod nulla editio totius N. T. ex hoc uno tam mutilato codice fieri poteſt. nam communem textum & primæ manui & ſibi ipſi ſimiliorem, multitudinis utilitas poſtulat. Non miramur, huic nonnullos codici, præſertim aſpectu ejus captos, primas deferre : miramur, hoc ab iis interdum fieri, qui receptam lectionem vehementius defendunt. nam vix ullus codex receptæ lectioni, re bene cognita, exiſtimabitur inimicior, eâque modo melior, modo deterior.

Obſerv. XII. Idem tamen perbonas ſæpe lectiones habet.

Nemo negat : res ipſa loquitur. Recte cum *auctoritate nulli ſecundum* dicit Hodius ſ. 231. *meritoque hunc docti codicem cunctis aliis praeferunt*, ut cenſet Ger. a Maſtricht, qui etiam omnes noſtros codices ad hunc unum examinari optat. vid. ejus Proleg. § 35, 91. ſed tamen primas hodie in codicibus cum multorum locorum tenet exceptione, quam paulatim explicare ingreſſi jam ſumus.

Obſerv. XIII. Nonnulli codices Græci ſunt ad Latinos reficti.

Quinam ii ſint, infra conſiderabimus. Vnum hoc loco monendum eſt, tales codices in lectionibus ita refictis nullum ſcorſum a Latinis pondus habere.

Obſerv. XIV. Lectiones Latinæ vetuſtiſſimæ & codicis Alexandrini ſingulariter conveniunt.

Aperi Millium: quolibet folio, *Al. Lat.* & alii teſtes, etiam vetuſtiſſimi, concurrunt; ſæpe etiam hi duo ſoli incedunt, aut pæne ſoli; idque per omnes æque, quod maximopere notabile eſt, Novi teſtamenti tomos ac libros. Non huc evocari opus eſt vexatas lectiones latinas: ſumat eas quiſque primum, quas ipſe quam maxime priſcas & ſinceras agnoſcit, & inde ad reliquas deſcendat gradatim. Fuere plane totius Græci V. & N. T. exemplaria duo, inter ſe proxime cognata, & inde valde congruentia, quorum ex altero Latina ante Hieronymum interpretatio eſt facta, ex altero Alexandrinus codex deſcriptus. Richardus Simonius in notis Gallicis ad Novum teſtamentum Græcos codices cum Vulgato congruentes citans, nullum ſæpius, quam Alexandrinum, appellat.

Obſerv. XV. Cod. Alexandrinus non eſt ad Latinos refictus.

Vbi varietates in Latinis codd. primum ortæ, & in codices revera Latinizantes derivatæ ſunt, *Alexandrinus* eas non ſequitur. Vbi *Al.* a pleriſque codd. Græcis abeſt, non congruit ſemper cum *Lat.* ſed cum aliis monumentis Græcis Alexandrinis. Vbi *Al.* & *Lat.* in ſequiorem partem congruunt, cauſa ſemper in Græcis, nunquam in Latinis hæret. v. gr. Act. X. 36, ubi λόγον *Al. Lat.* λόγον ὃν *ceteri* habent, varietatis ratio in Græcis eſt, ον poſt ον iterato, vel potius omiſſo. 2 Cor. XII. 19 πάλαι eſt in *Al.* ex πάλιν. *olim*, in *Lat.* ex πάλαι, non ex *iterum*. Ap. XV. 6 pro λίνον, λίθον eſt in *Al.* ex alliteratione ad ſubſequens θ in καθαρόν· ubi *Latine* eſt *lapide*, a *lino* valde remotum. Quod ſi ſemel iterumve *Al.* ad *Lat.* refictus videatur, aliæ varietatis cauſæ ſuis locis, v. gr. ad 2 Cor. III. 13 indicabuntur, in Græcis ſitæ. Denique Epiſtolæ Clementis Romani, & Pſalmi Salomonis, in nullis Latinis codicibus occurrentes, ortum codicis Alexandrini, qui & illas & hos partim habet, partim habuit, mere Græcum, egregie confirmant.

Obſerv. XVI. Conſenſus Al. & Lat. eſt perpetuum lectionis longe antiquiſſimæ indicium.

Vtriuſvis antiquitatem ſeorſum probavimus: ubi autem concurrunt, ea multo magis comprobatur. tum enim lectio, ſive genuina Græca eſt, ſive minus, certe non longo ſub primam manum intervallo exſtabat. Nervoſe dicam: Latinus oſtendit, Alexandrini lectionem non eſſe ſub ipſa ſcriptoris ſui manu, neve paulo ante natam, ſed potius Latino antiquiorem: Alexandrinus viciſſim oſtendit, codicem Græcum, quem Latinus interpres eſt ſecutus, revera ſic habuiſſe.

Obſerv. XVII. Lectio illa antiqua non ſemper eſt genuina, ex cauſis quibuſdam ſpecialibus.

Nævis

Nævis non caruiſſe codicem Græcum, ex quo Latinæ lectiones ortæ ſunt, probavimus Obſervatione VIII. Eo codice antiquius etiam fuit utique exemplar illud, ex quo & Græcus interpretis Latini liber & Alexandrinus propagati ſunt: & tamen rurſum antiquius illud exemplar, manente fortaſſis Iohanne deſcriptum, ſuos habuit nævos, illos videlicet omnes, qui Græco interpretis & Alexandrino codici communes ſunt. Etenim avide, feſtinanter, non exactiſſime, illud deſcriptum fuiſſe, multis veſtigiis cernitur. neque nulla jam tum gloſſemata fuere adſperſa, ex paralleliſmo certe, Rom. XII. 17. 2 Cor. I. 20. II. 16. 1 Pet. V. 6. Ap. XXII. 14. Adde alliterationes, 1 Cor. XIII. 3. Hebr. XII. 7. Iac. III. 5. nec non Luc. II. 14. Ioh. XIX. 14. Phil. I. 16. 17. Nec mirum. tales quippe mutationes operi cuilibet aut opuſculo, ſcriptoris hodie manibus emiſſo, per lectorem & deſcriptorem calidum, mox eras & perendie poſſunt inferri. Nonnulla tamen gloſſemata, quæ Alexandrinus & plerique Latini communia habent, non a primo interprete profecta, ſed aliquanto poſt ex Græcis codicibus Africanis deſumta eſſe, ex idoneis deprehenditur indiciis. qua in re inprimis opportunam Tertulliani ſimplicitas operam præſtat. Vtut eſt, conſenſus *Lat.* & *Al.* non plane ſufficit ad deciſionem: talibuſque locis ea eſt adhibenda methodus, quam in locis conſenſu *Lat.* & *Al.* carentibus adhibendam, infra ſuppeditabimus.

Interea, ubicunque *Lat.* & *Al.* ſingulariter conveniunt, Alexandrini codicis, cujuſcunque is ætatis eſſet, excellentia certe atque auctoritas ſingularis elucet. nam ipſa errata, in Græco orta ſermone, in nullo alio codice Græco reperienda, & Latino interprete antiquiora, evincunt, Alexandrinum codicem, qui unus ex Græcis ſimilem ſibi non habet, quamlibet multorum inſtar eſſe.

Obſerv. XVIII. Sed tamen ut plurimum genuina eſt, & pondus habet incomparabile, ad concordem editionum lectionem ſtatuminandam; quin etiam ad differentias, quæ inter editiones intercedunt, decidendas.

Latina lectio per ſe, ut Obſervatione IX diximus; ſed multo magis conſenſio ejus cum Al. longe eſt antiquior plurimis graviſſimiſque varietatum deinceps enatarum, & in nonnullis Græcis manuſcriptis editionibuſque occurrentium cauſis, quas ſupra enumeravimus.

Obſerv. XIX. Imo interdum etiam ad recenſionem Comp. & Er. & Bezæ ſimul emendandam.

Comp. & *Er.* ſequuntur codices plus ſatis inter ſe propinquos: & ab utriſque non admodum diſcedit *Beza*. Exempla emendationis illis conjunctim adhibendæ vide in Ioh. VI. 22. Col. I. 14. Ap. XI. 17. Rectiſſime Clovius ait, *modernos Græcos codd. quorum integritatem aſſerimus, non eſſe præciſe editiones Græcas neotericas, hu-*

jus vel illius opera divulgatas, ſecluſis codicibus manuſcriptis antiquioribus & probatioribus: ſed reſpici hic univerſos cod. Graecos & manuſcriptos & typis editos. Crit. ſacr. p. 492.

Obſerv. XX. Verſionum ac patrum ingens huc accedit utilitas.

Confuſiſſima hæc maſſa in eum tamen redigi ordinem poteſt, ut ſingula quaſi fila ſeorſum extrahantur: vereor autem, ne, quo extricatiora dentur omnia, eo intricatiorem tractationem dicant lectores minus patientes. nam ſcriptori, qui ſuperficiem doctrinæ alicujus lambit, & nodos diſſimulanter prætermittit abjicitque, parata laus eſt facilitatis: ſed qui interiora perquirit, a lectore aliter animato quaſi deſeritur, facileque reprehenditur. Subibo oneri: fideliter, ſimpliciter, &, quoad potero, dilucide agam. malo ſcribere, quod pauci legant; quam reticere, quo vel unus dextre uſurus foret. Hic igitur demum in *bivio* nos videmus conſtitutos, ubi alius editionem ſibi tritam ita ubique defendit, ut ea defenſione *arbitretur obſequium ſe praeſtare Deo:* alius contra, quo longius ab receptis refugit editionibus, eo ſe propiorem veritati putat. Sic in extrema fit diſceſſio: veritas in medio relinquitur, cui ſine favore, ſine odio, in excuſos, in manuſcriptos codices, velificari debemus. Etenim lectio *Al. Lat.* iis in locis, quæ Obſervatione XV & XVII & XIX citavimus, & in ceteris omnibus, ita plus minuſve roboris habet, uti antiquiſſimi patres & antiquæ verſiones aliæ vel congruunt vel diſſonant. Proinde hic uſu venit nobis, ut complura de aliis verſionibus, & de patribus, quod conſulto adhuc, quantum licuit, diſtulimus, dicenda ſint. Primi editores N. T. Græcis Latiniſque tantummodo codicibus & patribus, iiſque paucioribus inſtructi, quod poterant, præclare fecerunt, ſine Alpha illo Alexandrino, ſine tot verſionibus & patribus. Nos hæc omnia adhibere fas eſt. Lectiones quidem abſtruſiorum verſionum pedetentim dedere Beza, De Dieu, Waltonus, De la Haye, Mareſchallus, Fellus, Simonius, Millius, Wilkinſius. Iidemque, & Vſſerius, Hottingerus, Pfeifferus, Kortholtus, Fabricius, Le Long, & apud hunc Renaudotius, auctoreſque Lexici Hiſtorici, Baſileenſis maxime, tit. *Biblia*, Whitbius item, a Maſtricht, Pfaffius, Klemmius, Rumpæus, Prolegomena Wetſteniana, de his verſionibus, alio alioque ſenſu & inſtituto, ceteris etiam argumenti hujuſce ſcriptoribus indicatis, diſſeruerunt: nos ea, quæ ad deciſionem rerum pertinent, cernemus, patrumque ſimul rationem habebimus. Singulorum patrum, ſingularum verſionum, quamlibet veterum, lectio, nil hic ſibi tribui poſtulat: binorum patrum, binarum verſionum, ſæpe concurrentium, non multo plus. Sed ubi diverſi patres, diverſi interpretes concurrunt, permultum valent. Etenim perſæpe verſiones duæ plureſve, in una eademque lectione paradoxa, eaque vel meliore vel deteriore, & item patres codiceſque Græci minus communes, inter ſe conveniunt: & talium lectionum collatio nos juvabit, in *Conſiderationes* aliquas diſtributa.

Conſid. I. Multis in locis aliam lectionem habent Græci codices plerique hodie ſuperſtites : aliam , eamque modo meliorem , modo deteriorem , interpretes plerique & patres.

Silvam ejuſmodi locorum damus.

LOCUS I. Matth. I. 18 *ἰησῦ*) ~ *Lat. Iren. Cant. Perſ.*

II. Matth. II. 18 *θρῆνος καὶ*) ~ *Barb. 1. Colbert. num. 2467. Cypr. Æth. Arab. Copt. Lat. Perſ. Syr.*

III. Matth. VI. 13 *ὅτι* uſq. *ἀμὴν*) ~ *Baſ. γ. Petrus* Laodicenſis & alii, *Arab. Copt. Lat. Tertullian Auguſtin.* & alii.

IV. Matth. IX. 8 *ἐθαύμασαν*) *ἐφοβήθησαν Barb. 1. Cant. Colb. 8. Gon. Æth. Copt. Lat. Perſ. Syr.* Iungit *Gothus.*

V. Matth. IX. 12 *ἰησῦς*) ~ *Æth Cant.*

VI. Matth. X. 4 *καναναίτης*) *καναναῖος* vel *χαναναῖος Barb. 1. Bodl. 5. Cant. Steph. n. Lat.*

VII. Matth. X 23 *φεύγετε εἰς τὴν ἄλλην*) *Lat.* aliqui addunt , *& ſi hinc perſequantur vos , fugite in aliam.* idque ſequuntur *Cant. Par. 6.* aliis & aliis verbis Græcis.

VIII. Matth. X. 23 *γὰρ*) ~ *Cant. Magd. Per. Vſſ. 2. Æth. Arab. Lat. Perſ.*

IX. Matth. XI. 2 *δύο*) *διὰ Cant. Armen. Goth. Lat.* olim , *Perſ. Syr.* Voculis Græcis inter ſe ſimilibus.

X. Matth. XI. 19 *τῶν τέκνων*) *operibus* habent *Æth. Copt. Evangelia* quædam apud Hieronymum , *Perſ. Syr.* Affini literarum ductu , *τεκνων : ἔργων.*

XI. Matth. XII. 31 *τοῖς ἀνθρώποις*) ~ *Gon. Laud. 1. M. 1. Colbert.* num. 2467. *Æth. Arab. Armen. Lat.*

XII. Matth. XIII. 51 *κύριε*) ~ *Lat. Cant. Par. 6.*

XIII. Matth. XIV. 24 *ἤδη μέσον τῆς θαλάσσης ἦν*) *ἀπεῖχεν ἀπὸ τῆς γῆς σταδίους ὡσεὶ εἰκοσιπέντε Copt Arab ἤδη σταδιους πολλοὺς ἀπὸ τῆς γῆς ἀπεῖχε Par. 6. Syr.*

XIV. Matth. XVII. 20 *ἀπιστίαν*) *ὀλιγοπιστίαν Barb. 1. Colb. 8. Cypr. Par. 6. Copt.* Compoſitum Græcum in aliis linguis raro imitabile.

XV. Matth. XVII. 21 *τοῦτο* uſq. *νηστείᾳ*) ~ *Colb. 8. Æth. Copt.*

XVI. Matth. XIX. 17 *λέγεις ἀγαθὸν*) *ἐρωτᾷς περὶ τοῦ ἀγαθοῦ Barb. 1 Cant. Colbert. n 2467 Steph. n. Vaticanus , Euſebius , Dionyſius* Areopagita , nec non *Cyrillus Al. Æth. Arab. Arm. Copt. Lat.*

XVII. Matth. XIX. 20 *ἐκ νεότητός μου*) ~ *Colb.* n. 2467. *Lat.* olim.

XVIII. Matth. XX. 5 πάλιν) πάλιν δὲ *Er. Laud. 2. Æth. Arab. Lat. Cant. Syr.*

XIX. Matth. XX. 15 ἐν τοῖς ἐμοῖς) ~ *Armen. Lat.*

XX. Matth. XX. 22 ἢ τὸ usq. βαπτισθῆναι) ~ *Barb.* neſcio qui, *Cant. Colb. n 2467. Steph. n. Æth. Copt. Lat. Sax.*

XXI. Matth. XXI. 31 ὁ πρῶτος) ὁ ἔσχατος (trajecto verſu 29 & 30) *L. Par. 6. Arab. Arm. Copt.* Dialogus apud *Athanaſium* : & ſic (verſu 29 & 30 non trajecto) *Lat.* olim, *Hippolytus.*

XXII. Matth. XXII. 10 ἐκεῖνοι) αὐτῷ *Roe. Lat. Iren. Cant.*

XXIII. Matth. XXV. 1 τῷ νυμφίῳ) καὶ τῆς νύμφης addunt *Armen. Lat. Cant. Perſ. Syr.*

XXIV. Matth. XXVII. 9 ἱερεμίου) ~ *Colb. 8. Lat.* aliqui, *Perſ. Syr. Neograeca* verſio.

XXV. Matth. XXVIII. 18 γῆς.) καθὼς ἀπέσταλκέ με ὁ πατὴρ, κἀγὼ πέμπω ὑμᾶς addunt *Armen. Perſ. Syr.* Ex Iohanne.

XXVI. Marc. III. 21 οἱ παρ' αὐτοῦ) περὶ αὐτὸν οἱ γραμματεῖς καὶ οἱ λοιποὶ *Copt. Goth. Cant.* Affinia παρὰ & περὶ in Græco.

XXVII. Marc. III. 29 κρίσεως) ἁμαρτίας *Cant. L. Athanaſ. Copt. Goth. Lat.* nec non *Arab. Armen.* ἁμαρτήματος *Barb. 1. Colb. 2. 8.*

XXVIII. Marc. VII. 2 ἐμέμψαντο) ~ *Al. Aug. 2. Baſ. 1. Bodl. 2. Laud. 5. Moſc. Par. 5. Wo. 2. Æth. Arab. Copt. Goth. Perſ.* nec non *Cant.*

XXIX. Marc. VII. 31 καὶ σιδῶνος, ἦλθε) ἦλθε διὰ σιδῶνος *Barb. 1. Cant. Colb. 8. Steph. n. Æth. Arab. Copt. Lat.*

XXX. Marc. XII. 14 κῆνσον) ἐπικεφάλαιον *Cant.* græce, *Syr.*

XXXI. Marc. XIII. 18 ἡ φυγὴ ὑμῶν) ~ *Armen. Lat. Cant.* unde ταῦτα alio alioque loco inſerunt *Colb. 2. Laud. 1. L. Par. 6.* unus apud *Bezam.*

XXXII. Marc. XIV. 14 κατάλυμα) κατάλυμά μου *Bodl. 5. Colb. 2. Cant. Gon. L. Par. 6. Steph. 5. n. Lat.*

XXXIII. Marc. XIV. 35 ἔπεσεν) ἔπεσεν ἐπὶ πρόσωπον *Bodl. 5. Cant. Gon. L. Par. 6. Steph. 5. Wo. 1.* ἔπεσεν ἐπὶ πρόσωπον αὐτοῦ *Colb 2. Armen.* Ex Matth.

XXXIV. Marc. XIV. 43 παρὰ) ἀπεσταλμένοι παρὰ *Gon. Steph. 5. Lat.* aliqui.

XXXV. Marc. XV. 8 ἀναβοήσας) ἀναβήσας *Copt. Lat.* ἀναβὰς *Barb. 1. Vatican.* & ὅλος addit *Cant. Goth.* ἀναβήσας καὶ ἀναβοήσας *Æth.* junctim.

XXXVI. Luc. I. 3 κἀμοὶ) & *mihi* & *Spiritui ſancto* habet *Goth.* & *Lat.* aliqui.

XXXVII. Luc. II. 14 εὐδοκία) εὐδοκίας *Al. Goth. Lat. Cant.* & al.

XXXVIII. Luc. II. 38 ἐν ἱερουσαλὴμ) ἐν τῷ ἰσραὴλ *Magd. Med. Steph. δ.* τῦ ἰσραὴλ *Vaticanus*, *Lat.* aliqui, *Arab.*

XXXIX. Luc. IV. 19 δεκτὸν) *& diem retributionis* addit *Armen. Lat. Arab.* ed. Rom.

XL. Luc. VI. 1 δευτεροπρώτῳ) — *Barb. 1. Colb. 8. L. Æth. Arab. Copt. Perſ. Syr.*

XLI. Luc. VI. 12 τῦ θεῦ) — *Tertull. Cant. Perſ.*

XLII. Luc. VIII. 15 ὑπομονῆ) *verſiones* omnes, cum paucis mſſ. ὁ ἔχων ὦτα ἀκούειν ἀκουέτω addit *Comp.* & (quanquam *Stephanici* & *Barberiniani* in pauſa ſunt) 34 mſſ. Gr. Sic fere etiam Luc. XXI. 4.

XLIII. Luc. IX. 4 καὶ ἐκεῖθεν ἐξέρχεσθε) καὶ ἐκεῖθεν μὴ ἐξέρχεσθε *Steph. θ. Lat. Perſ.* & ſic *Æth.* ſed addit, *donec diſcedatis*, ex Matth. κἀκεῖ μείνατε, ἕως ἂν ἐξέρχησθε *Copt.*

XLIV. Luc IX 50 ἡμῶν, ὑπὲρ ἡμῶν) ὑμῶν ὑπὲρ ὑμῶν *Barb. 3. Cant. Colb. 8. Cypr. Eph. Magd. Par. 1. 2. 4. Synopſis* Script. ſacræ, *Æth. Arab. Goth. Lat. Perſ. Syr.*

XLV. Luc. IX. 52 κώμην) πόλιν codd. aliq. *Eraſmi*, *Barb. 1. Colb. 2. L. Steph. θ. Lat. Perſ.* Ex Matth.

XLVI. Luc. XI. 4 ἀλλὰ ῥῦσαι ἡμᾶς ἀπὸ τῦ πονηρῦ) — *Barb. 1. Magd. Orig. Armen. Copt. Lat* Qui ibidem verſu 2 non diſſimili conſenſu, etiam *Vaticano* accedente, aliqua omittunt.

XLVII. Luc. XI. 7 δῶναί σοι) *& ſi perſeveraverit pulſans* addunt *Lat.* plerique, *Armen.* edd.

XLVIII. Luc. XII. 1 ἐν οἷς ἐπισυναχθεισῶν) *circumſtantibus autem* vertit *Lat.* unde περιεστηκότων δὲ *L.*

XLIX. Luc. XIV. 24 πολλοὶ γάρ ἐισι κλητοὶ, ὀλίγοι δὲ ἐκλεκτοὶ aliis ex locis addunt mſſ. circiter 30 Græci: verſio nulla.

L. Luc. XV. 17 ἐγὼ δὲ) ἐγὼ δὲ ὧδε *Barb. 1. Cant. Hunt. 2. Par. 6. Steph. η. Æth. Arab. Armen. Copt. Lat. Perſ Sax. Syr.*

LI. Luc. XIX. 26 λέγω γὰρ) καὶ εἶπεν αὐτοῖς, λέγω *Æth. Arab. Perſ Syr.*

LII. Luc. XIX. 26 δοθήσεται) καὶ περισσευθήσεται addunt *Laud. 2. L. Par. 6 Steph. θ. Æth. Lat.* multi. Ex Matth.

LIII. Luc. XXI. 10 τότε ἔλεγεν αὐτοῖς) — *Cant. Perſ. Syr.* unde poſt ἐγερθήσεται addunt γὰρ cum *Bodl. 4. 5.*

LIV. Luc. XXI. 15 ἀντειπεῖν οὐδὲ) — *Lat.* aliqui, *Cant. Syr.*

LV. Luc. XXI 25 ἐν) καὶ *Syr. Cant.*

LVI. Luc. XXI. 25 ἤχους) ἤχος *Al. Colb. 8. L. Med. Par. 2. Vatican. Arab. Lat. Syr.* Hoc loco omnes Græci codices peræque ἤχους habent ex antiquioribus Græcis: nam ex Latino ſine dubio vertiſſent ἤχου.

LVII.

LVII. Luc. XXIV. 36 ὑμῖν.) ἐγώ εἰμι, μὴ φοβεῖσθε addunt *Æth. Arab Armen. Copt. Lat Perſ Syr.* Ex parall.

LVIII. Ioh. I 16 καὶ ἐκ) ὅτι ἐκ *Barb. 1. Cant. Colb. 8. Cyrillus* Al. *Nonnus*, *Armen.* vel etiam *Iren.* & *Orig.*

LIX. Ioh. III. 5 καὶ εἶπεν αὐτῷ inſerunt *Colb. 1. Cypr. Laud. 4 Med Par. 6. 8. Æth. Arm Copt. Syr.*

LX. Ioh. III. 20 αὐτοῦ) ὅτι πονηρά ἐϛι addit *Colb. 8. Hunt. 2. Arab. Copt.* ὅτι πονηρὰ ἦν *Vien.* ſed non *Irenaeus.*

LXI. Ioh. VII. 32 ἀρχιερεῖς) ἄρχοντες *Lin. Per.* principes *Lat.*

LXII. Ioh. VII. 40 τὸν λόγον) αὐτοῦ τῶν λόγων τούτων *Cant. Cypr. Med. Lat.*

LXIII. Ioh. X. 8 πρὸ ἐμοῦ) ~ codd. Græci multi, *Baſilius* & alii, *Goth. Lat. Perſ. Sax. Syr.*

LXIV. Ioh. X. 14 γινώσκομαι ὑπὸ τῶν ἐμῶν) γινώσκουσί με τὰ ἐμὰ *Barb. 1. Cant. Steph. n. Cyrill. Epiphan. Nonnus*, *Æth. Arab. Copt. Goth. Lat.*

LXV. Ioh. XI. 37. τοῦ τυφλοῦ) *nati* addunt *Copt. Lat. Perſ.*

LXVI. Ioh. XIV. 28 εἶπον) ~ *Al. Barb. 1 L. Cant. Colb. 8. Med. Æth. Arab Arm. Copt. Goth, Lat. Perſ. Syr. Orig. Chryſ Nonnus.*

LXVII. Ioh. XIX. 3 καὶ ἤρχοντο πρὸς αὐτὸν habent *Barb. 2. Colb. 1. 8. Lipſ. Med. Par. 8. Steph. γ. n. θ. Wheel. 1. Cyrill. Nonnus*, *Æth. Arab. Copt. Lat.*

Plures Evangeliſtarum exſtant verſiones, quam ceterorum librorum N. T. unde ex Evangeliſtis promtius de verſionibus judicium fieri, atque inde ad ceteros libros transferri poteſt. colligemus tamen etiam aliqua loca ex ceteris libris.

LXVIII. Act. XVI. 1 Ἰουδαίας) *Iudaeae* habet *Lat.* unde alii, *viduae.* hinc χήρας Ἰουδαίας *Cov. 2.*

LXIX. Act. XVII. 28 ποιητῶν) ~ *Æth. Copt. Iren. Cant.*

LXX. Rom. III. 3 καταργήσει) *evacuabit* reddidit *Lat.* pro quo *evacuavit* ſcripſere aliqui. unde κατήργησε *Baroc.*

LXXI. Rom. VI. 9 κυριεύει) *dominabitur* habent *Lat.* aliqui. unde κυριεύσει *Baroc.*

LXXII. Rom. XI. 6. εἰ δὲ uſq. ἔργον) ~ *Al. Roe. 2. Copt. Lat.*

LXXIII. Rom. XII. 18 πάντων) ~ *Lat.* aliqui. unde τῶν reponit *Baroc.* vel etiam *Pet. 2.*

LXXIV. Rom. XIV. 10 σοῦ prius) ἐν τῷ μὴ ἐθίειν addit *Clar.* græcolatinus, ex *Hilario* diacono: & ſic *Pet. 2.*

LXXV.

LXXV. 1 Cor. VI. 20 καὶ ἐν τῷ πνέυματι ὑμῶν, ἅ τινά ἐσι τῦ θεῦ) ~ *Al. Barb 1. Colb 7. Pet. 3 Epiphan Euthal. Æth. Copt. Lat. & codd graecolatini*

LXXVI. 1 Cor. VII. 3 ὀφειλομένην ἔυνοιαι) ὀφειλὴν *Al Barb. 1. Boern. Clar. Pet 3. Steph. ε. Clemens Al. Orig Methodius, Chryſoſt Euthal. Æth Lat.*

LXXVII. 1 Cor. VII. 5 τῇ ιησείᾳ καὶ) ~ *Al. Colb. 7. Cov. 2. Pet. 3 Roe. 2. Steph. ε. ια. Clemens* Al. & alii, *Æth Copt Lat.* & *codices graecolatini.*

LXXVIII. 2 Cor. XII. 11 καυχώμενος) ~ *Al. Barb. 1. Cov. 4. Gen. Magd 2. Pet 3. Steph. δ. ε. Euthal. Æth Copt. Lat* & *codd graecolatini.*

LXXIX. Gal. III. 1 τῇ ἀληθείᾳ μὴ πείθεσθαι) ~ *Al. Colb. 7. Copt. Lat. Syr. Cyrill. Chryſ. Hieronymus, Adamantii* fretus exemplaribus, & alii.

LXXX. Gal. V. 11 ἔτι prius) ~ *Laud. 2. Lat.* aliqui.

LXXXI. Col. IV. 12 ςῆτε) *ſtetis* habet *Lat* & inde *ſitis* mſ. *Colon.* & al. ἦτε *N. 2.*

LXXXII. 1 Theſſ. V. 27 ἁγίοις) ~ *N 2. Æth. Lat.* aliqui.

LXXXIII. 1 Tim. III. 16 θεὸς) *quod* habent *Æth. Arab. Armen. Lat. Syr.*

LXXXIV. 2 Tim. II. 14 κυρίῳ) θεῷ *Barb. 1. Baroc. N. 2. Pet. 2. Æth. Lat.* aliqui, vel etiam *Steph. ια*, quem ſequitur *Colinaei* editio.

LXXXV. Philem. v. 2 σῷ) *ejus* habuere *Lat.* aliqui: ſic enim habet *Hilarius.* ἀυτῷ *Laud. 2.* ἀυτῶν *Copt.*

LXXXVI. Hebr. I. 12 ἑλιξεις) ἀλλάξεις *N. 2. Lat.*

LXXXVII. Hebr. II. 9 χάριτι) χωρὶς *Vſſ. 1. patreſque* Græci & Latini antiquiſſimi, *Syr* olim.

LXXXVIII Hebr. XII. 7 εἰ) εἰς *Al. Barb. 2. Clar. Cov. 3. 4. Gen. Hunt. 1. L N. 2. Pet 2. Arab. Copt.* nec non *Æth. Lat. Syr.*

LXXXIX. Hebr. XII. 18 ὄρει) ~ *Al. Roe. 2. Chryſ. Theophyl. Æth. Copt. Lat.* multi. *Syr.*

XC. Iac. III. 5 ὀλίγον) ἡλίκον *Colinaei* ed. *Al. Barb. 1. Oecumen. Lat.*

XCI. Iac. V. 7 ὑετὸν) ~ *Steph. ιγ. Æth. Lat.*

XCII. 1 Petr. III 9 εἰδότες) ~ *Al. Colb. 7. Cov. 4. Gen Æth. Copt Lat. Syr.*

XCIII. 1 Petr. III. 19 τοῖς ἐν φυλακῇ) κατακεκλεισμένοις addunt *Cov. 2. Steph. ια. Lat.* aliqui.

XCIV. 2 Petr II. 12 γεγεννημένα) ~ *Steph. ιγ. Lat.*

XCV. 2 Petr II. 21 ἐπισρέψαι) ἐς τὰ ὀπίσω ἀνακάμψαι *Al. Cov. 2. Steph. δ. ια.* unde *retrorſum converti* habet *Lat.* εἰς τὰ ὀπίσω ἐπισρέψαι *Steph. ιγ.*

XCVI. Ap. II. 16 fin. καὶ ἐν τῇ ἀπειλῇ ἡ φιλανθρωπία. Exegeſis *Andreae* Cæſarienſis, pro textu arrepta in *Cov. 2. Vſſ. 2. Arab.*

XCVII. Ap. IV. 8 ἅγιος ter) *Verſiones* cum *codd. opt.* ἅγιος novies, *Comp. Barb 2. Baroc. Hunt. 1. M. Pet. 2. Steph. 1.* omnes cod. Gr. apud *Vallam.*

XCVIII. Ap. IX. 17 καὶ ὑακινθίνας) ~ *Æth. Arab.*

XCIX. Ap. XVII. 17 οἱ λόγοι) ὁ λόγος *Æth. Arab.*

C. Ap. XXI. 24 τὰ ἔθνη) τὰ ἔθνη τῶν σωζομένων Exegeſis *Andreae* Cæſ. quam pro textu admiſerunt etiam *Syr.* aliqui.

Centum hæc loca ſine ſollicito delectu, adeoque ſine favore & odio adverſus hunc illumve codicem, interpretem, ſcriptorem eccleſiaſticum, ex ordine poſuimus: alia, ut uſu venit, addamus.

CI. Act. XV. 4 αὐτῶν) καὶ ὅτι ἤνοιξε τοῖς ἔθνεσι θύραν πίστεως addunt *Cov. 2. Sin. Vff 2. Arab.*

CII Act. XI. 8 πᾶν κοινὸν) κοινὸν *Al. Cant. Colb. 6. Laud. 3 N. 1. Pet. 3. Epiphan. Chryſ Euthal. Æth. Lat.* unde κοινόν τι *Cov. 4. Gen.*

CIII. Marc. II. 17 εἰς μετάνοιαν) ~ *Al. Aug. 2. Baſ. γ. Cant. Colb. 2. 4. Cypr. Med. Steph. η. Vff. 1. Euthym. Æth. Armen. Copt. Goth. Lat. Perſ. Syr.*

CIV. Act. VIII. 37 confeſſionem eunuchi, a pleriſque codd. & verſionibus omiſſam, retinent *Lat. Cov. 4. Gen. Laud. 3. N. 1. Arab.* quæd.

CV. Act III. 26 ὑμῶν) αὐτῶν *Copt. Lat. Colb. 6.*

CVI. Act. X. 11 καθιέμενον) *de cælo* addunt *Æth. Lat. Syr.*

CVII. Act. III. 11 τῷ ἰαθέντος χωλῷ) αὐτῷ *Al. Barb. 1. Cov. 4. Gen. Laud. 3. N. 1. Æth. Arm. Copt. Lat. Syr.*

CVIII. Ioh. XIV. 30 ἐκ ἔχει) εὑρήσει *Colb 1. Cypr. Med. Par. 5 Steph. γ. δ. Wh. 1. Baſilius, Æth. Armen. Goth. Lat.*

CIX. Matth. III. 11 καὶ πυρὶ) Græci codd. pauci; ſed Verſiones magno conſenſu, & patres. ~ Græci codd. plurimi.

CX. Luc. XXII. 36 πωλησάτω & ἀγορασάτω) πωλήσει & ἀγοράσει codd. Græci quinquaginta circiter, (invitis verſionibus,) opinione mitigandi ſermonis.

CXI. 1 Cor. XIII. 7 στέγει) στέργει *Cyprian. Æth.* vel etiam *Ephraim Syrus.*

CXII. Act. XIX. 12 σιμικίνθια) σημικίνθια *Steph 1.* uti *ſemicinctia* habet *Lat.*

CXIII. Luc. X. 15 καταβιβασθήσῃ) *demergeris* reddit *Lat* unde καταδύσῃ *Barb. 1.*

CXIV. Luc. XVI. 30 σῷ τὸν βίον) *ſubſtantiam ſuam* habent *Lat. Copt.*

CXV. Marc. IV. 32 σπαρῇ) *natum* habent *Lat.* aliqui. unde φυῇ *Vff 1. 2.*

CXVI. Luc X. 32 κατὰ τὸν τόπον) *ſecus viam* (ex Matth XIII. 4.) *Lat.* (in mſ. Charitino:) unde κατὰ τὴν ὁδὸν *Colb. 2.*

CXVII.

CXVII. Act. VIII. 12 καὶ) *in* (pro &, permutatione frequenti ob compendium ſcriptionis,) *Lat.* aliqui: & exinde (nam Græca longe diſtant,) *Syr. Arab.*

CXVIII. Hebr. XIII. 17 ἀλυσιτελὲς) *expedit* (*non* omiſſo,) *Lat.* aliqui pridem, & inde *Copt.*

CXIX. 2 Cor. I. 6 εἴτε παρακαλούμεθα κτλ.) *ſive conſolamur, pro veſtra conſolatione: ſive exhortamur, pro veſtra exhortatione* (duabus interpretationibus in unam conflatis) *Lat.* cod multi: & ſic *Armen.*

CXX. Iac. II. 20 νεκρὰ) ἀργὴ *Lat.* multi, & inde *Cov 4. Gen.*

Plura pro lubitu notare quiſque poteſt vel ex notis Millii vel ex Prolegomenis, in quibus ſingulas verſiones cum ceteris monumentis confert: ſed quæcunque vel colligi poſſunt amplius, vel hic collecta ſunt, ita inter ſe congruunt, ut hæc ex illis confirmaturus ſis, & illa ex his dijudicaturus.

Conſid. II. Varietas quælibet vel in ipſis Græcis codicibus orta primum eſt, vel in verſione demum aliqua.

Eorum locorum, quæ modo collecta dedimus, utra genuina vel non genuina ſit lectio, hic nondum quærimus: utracunque genuina eſt, ſane varietatem in Græcis natam dat Locus 9. 10. 26. 29. 35. 37. 42. 44. 49. 50. 56. 83. 87. 88. 90. 92. 97. 101. 103. 104. 107. &c. At nil prohibet, quo minus varietatem in verſione demum aliqua natam habeat Locus 25. 34. 48. 68. 70. 71. 73. 74. 81. 82. 84. 93. 98. 99. 105. 106. 114. &c. ut ſubinde in Parte II hujus Apparatus oſtenditur clarius.

Conſid. III. Verſiones ſunt vel immediatæ, vel mediatæ, vel mixtæ.

Immediatam verſionem dicere liceat, quæ ex Græcis eſt facta codicibus: *mediatam*, verſionem verſionis, ex alia tanquam ex matre ortam: *mixtam*, quæ ex Græcis deducta libris, multum tamen ex altera aliqua verſione trahit. *Immediata* eſt *Latina;* nemo negat: immediata, ſi ulla alia, *Gothica* quoque eſt, quam Vlferius & ceteri ex Græcis factam agnoſcunt. Ex Itala tamen verſione prodiiſſe exiſtimatur in Proleg. Wetſten. p. 85, ac poſtulat verſionis dignitas, ut loca & argumenta ibi collecta expendamus. In locis nonnullis ea eſt Græcorum verborum proprietas & emphaſis, quam non modo Gothica & Latina, ſed ne aliæ quidem linguæ aſſequantur: Matth. VI. 11 ἐπιούσιον. ibid. v. 16 σκυθρωποί ubi Gothus eodem certe verbo, quo Marc. X. 22 pro συγνάζων utitur. Marc. I. 10 χιζομένας. VII. 3 πυγμῇ. XIV. 8 ἐνταφιασμόν. Luc. I. 3 ἄνωθεν. præſertim compoſitorum, Matth. VI. 7 βαττολογεῖν. Marc. I. 38 κωμοπόλεις. In aliis locis Græci olim codices, ut Gothus, habuere: id quod aliæ verſiones minime Latinizantes docent. vid. Conſid. I. Loc. 9. 26. 35. & Var. Matth. VIII. 18. X. 29. In aliis Græci codices & patres hodienum, ut Gothus, habent. Vide Conſid. I. Loc. 37. 64. & Var. Luc. XVII. 15. Ioh. XII.

32. Quod ad Luc. II. 8 attinet, φυλάσσοντες ut Latine, ſic Gothice variat a nomine φυλακὰς, quia vox ἀγραυλοῦντες id nomen ſibi apud Latinum & Gothum vindicarat. v. Junii Gloſſ. p. 390. *Ex Latino converſum eſſe*, inquiunt Prolegomena illa, *prodit titulus*, Incipit Evangelium ſecundum Marcum, Incipit Evangelium ſecundum Lucam; *quae formula Latinorum, non Graecorum eſt.* Item, *Habet voces & terminationes Latinas, faſciis, carcer, lucerna, ſenex, aes, acetum, oleum, annona, milites, ſol, arca, Bethlehem, Iohannes, Eſaias, Moſes, Paracletus, Pilatus.* Perſpicitur hinc duntaxat, ex Latina literatura manaſſe quiddam in Gothicam: ſed Latinos codices in Evangeliſtis pro norma fuiſſe interpreti, non probatur. Etiam in pictura literarum maxime cum Græcis Gothus; in poteſtate earum numerali, de qua vid. Mareſchall. p. 423, unice cum Græcis congruit: terminationeſque Græcas retinet, γαλιλαίας, ἰουδαίας, ἱεροσολύμων Luc. V. 17 &c. Certius autem argumentum ducitur ex eo, quod Gothus aliud interdum Græcum pro alio ſumſit ſolus, ut Luc. VII. 25 pro τρυφῇ, τροφῇ. Ioh. XVI. 6 pro πεπλήρωκεν, πεπώρωκεν. quod ordinem Græcorum verborum preſſe tenet: ut Matth. XXVII. 43 θεοῦ εἰμὶ υἱὸς, *Goths im ſunus.* at Ioh. X. 36 υἱὸς τοῦ θεοῦ εἰμι, *ſunus Goths im.* utroque loco Latinus, *Filius Dei ſum.* ſic Marc. XV. 39 υἱὸς ἦν θεοῦ, *ſa ſunus vvas Goths:* Lat. rurſum, *Filius Dei erat.* Luc. IV. 3. 9 ει υἱὸς εἶ τοῦ θεοῦ, εἰ ὁ υἱὸς εἶ τοῦ θεοῦ. *gabai ſunus ſigais Goths:* Latin. *ſi filius Dei es.* Tali modo ordinem verborum Græcorum Gothus præ Latino ſervat Marc. XI. 14. XII. 6. Luc. II. 15. XIV. 26. 27. & paſſim. Si quis hæc ſubtiliora putat, longiores ſumat periochas. nam clauſulam orationis Dominicæ, Latinis ignotam, e Græcis ponit Gothus: hiſtoriam adulteræ Ioh. VIII. Latinis lectam, cum Græcis diſſimulat. Græcoſque ſequitur, etiam ubi complures alii cum Latino faciunt interpretes. vide Var. Luc. VI. 45. Plane iis, quæ Millius in Proleg. § 384 ſeqq. ex Latino collegit, ad Gothum collatis, perſpicies, unum ex omnibus interpretibus a Latino remotiſſimum eſſe Gothum. Fortaſſe & Latina Gothus & Græca habuit exemplaria, & in varietate Græcorum lectiones Græcas cum Latinis congruentes antepoſuit: ſed nullus reperietur locus, ubi liquido lectionem mere Latinam antepoſuerit Græcæ. Hæc non contentionis, ſed veritatis amore dicta ſunto. *Mediata* verſio maxime eſt *Saxonica*, *Anglica* vetus, *Germanica* vetus, ut diximus. *Coptica* verſio & *Syriaca* valde & inter ſe & cum Latina congruunt: (vid. Conſid. I. Loc. 114. 117.) ambæ tamen permultis in locis Græcos codices a Latinis deſertos ita ſequuntur, ut fere pro *immediatis* haberi mereantur. Reliquarum, magis anceps & varia eſt conditio. *Æthiopicae* editio certe Romana interdum ex Latinis ſeſe fatetur interpolatam: nec tamen ipſe interpres Æthiops Latinæ linguæ Latinorumve codicum expers fuit. vide Var. Act. III. 11. XIV. 12. *Arabicam*, Romæ editam, & Polyglottis Londinenſibus inſertam, item latinizare, obſervat Caſaubonus, De Dieu & Simonius. *Biblia* Armenica, *quae typis excuſa habentur, ex Lat. Vulg. tradu&ta* ait Hodius f. 650: ſaltem *mutata* ad Lat. Vulg. paſſim, cenſet Kohlreiſſius in Chronologia denuo illuſtrata, p. 388 ſeqq. Quanquam ſi quis has verſiones, conjunctas præſertim, & totas cognoverit, non tam refictas eas ad Latinam lectionem hodiernam, quam Latinum, & Æthiopem, Arabem, Armenium, Græcis codicibus inter ſe valde reſpondentibus uſos fuiſſe deprehende t

hendet. Quotiescunque igitur justa datur suspicio, de versione *Æth. Arab. Armen.* ad Latinam excusa; sequestretur, dum appareat, quid Æthiopes, quid Arabes, quid Armenii olim legerint. Veruntamen hæ quoque versiones cum Latinis lectionibus priscis potius, quam novis congruunt: & ubi Latinizant, non id conjunctim faciunt, sed alibi *Æth.* alibi *Arab.* alibi *Armen.* Proprium vero quiddam singulæ potius habent passim & vernaculum: interdum una earum cum altera vicinitatem colit: plerumque cum Græcis æque ac cum Latinis, vel etiam cum Græcis magis, quam cum Latinis congruunt. Nullum est igitur immodicæ interpolationis indicium: & ubi plures versiones orientales simul cum Latina congruunt, non Latinos, sed Græcos codices sequi censebuntur. Etenim *Æthiopica*, filia putatur Copticæ: certe ita ei similis est, ut ambæ sint unius instar. *Arabicae* (sunt enim plures) ex Æthiopica, ex Coptica, ex Syriaca, deductæ feruntur; nec tamen non Græcos codices, parum vetustos, interdum redolent. vid. Consid. l. Loc. 96. 101. *Armena* olim ad Syriacam quoque conformata perhibetur. *Persicae* duæ feruntur: altera immediata; altera mediata, e Syriaca. Plures unius linguæ versiones, pro una; & *Æthiopicam*, *Arabicam*, *Armenam*, *Persicam*, sive immediata quælibet, sive mediata, sive mixta est, pro *mixta* habebimus, minori labore, sine veritatis detrimento.

Consid. IV. Versiones, immediatæ præsertim, eximiam habent antiquitatem.

Priscis quoque seculis complures exstitisse versiones, ex Eusebio aliisque constat: sed ex his versionibus, quæ hodie supersunt, vix duæ treve Eusebio sunt antiquiores. Sane immediatæ versiones, antiquiores sunt, quam reliquæ ex iis petitæ versiones vel versionum mixtarum lectiones. De *Latina*, diximus & dicemus. *Syriaca* item apostolico ævo proxima fuisse traditur: neque ea hodie lineamentis tanta vetustate dignis caret; sed per interpolationes, ex Græcis codicibus citeriorum seculorum, aliam sese fere totam esse factam confitetur. Sæpe cum *Chrysostomo* singulariter congruit: quod quidem codicibus Græcis Antiochenis, & a Syro interprete primum, & a Chrysostomo deinceps adhibitis, tribuendum videri poterat: sed similitudo etiam ad Exegesin Chrysostomi, eamque postumam, descendit. vide Var. loh. V. 27. VII. 38. Rom. I. 4. 1 Cor. VII. 7. Gal. V. 25. & omnino Hebr. III. 16. quin etiam *Andreae* Cæsarienlis Exegesin admittit. vid. Consid. l. Loc. 100. Quod si ea, quæ Le Long Part I. Biblioth. sacr. p. 172, 186, & toto illo capite collegit, conferantur, non procul a vero aberit, qui statuerit, Novum testamentum, sine Petri secunda, Iohannis secunda & tertia, Iudæ epistola, & Apocalypsi, antiquissimis temporibus, fuisse Syriace versum: deinde Novum testamentum totum initio seculi VI, temporibus Philoxeni episcopi Hierapolitani, fuisse denuo Syriace versum, veteri tamen versione passim retenta, & novam versionem A. 615 studio Thomæ Heracleensis ad Græcos codices Alexandrinos recognitam. Confer Io. *Lami* de erud. apost. p. 299 s. Tali pacto recte cel. *La Croze* antiquiorem Syriaca Armenam Versionem statuit. Veterem versionem non plane esse obliteratam, ar-

gumento ſunt codices, qui quatuor illis epiſtolis canonicis & Apocalypſi carent: ſingulis autem in locis major minorve lectionis Syriacæ antiquitas unde propius cognoſcatur, poſtea eruemus. *Copticam* verſionem Kircherus factam ſtatuit ſub tempora Concilii Nicæni, quibus temporibus ſtudium ſacrarum literarum maxime floruiſſe Nicephorus teſtetur: additque ex martyrologio Coptico Arabice ſcripto, præcipuam monachorum ejus temporis occupationem fuiſſe, ſacra Biblia e Græca, Chaldaica, & Hebraica in linguam ipſis propriam, Coptam nimirum, transferre; quæ prototypa ſuccedentibus ſeculis alii deſcribentes, numerum librorum pro multitudine cœnobiorum & monachorum magnopere auxerint. Reprehendit id Renaudotius: recte, ſi majorem etiam verſioni Copticæ vetuſtatem tribuit. Wilkinſius eam Origene antiquiorem cenſet: & quidem Antonio, vel ex parte, vel ex toto, antiquior eſt, quem Athanaſius in Vita ejus memorat ex Lectionibus, publicis videlicet in eccleſia, plurimum profeciſſe, ipſaſque periochas illas indicat, nempe Act. IV. Matth. VI. & XIX. (unde periocha a Matth. XIX. 16 in Commemoratione patris Antonii & ſanctorum ſociorum ejus legitur apud Syros, neſcio an etiam apud ipſos Ægyptios:) atque eas Athanaſius *Recitationes* ſive Lectiones publicas (ἀναγνώσματα) non ſemel appellat. qua mente etiam Antonius in ſermone Ægyptiaco ad multos habito ait, *Habemus ſacras ſcripturas.* Antonium autem literarum, Græcarum præſertim, expertem fuiſſe, Auguſtinus Palladiuſque, & Athanaſius ipſe confirmant. Coptice igitur legebantur in Eccleſia periochæ illæ N. T. idque jam ante annum 170. nam Antonius natus erat anno 151. & aliquanto ante annum ætatis ſuæ XX eas lectiones auſcultavit. vide Athanaſ. T. II Op. f. 452. 453. 461. 467. *Perſicae* lectiones, a Syriacis differentes, excellentem redolent antiquitatem. *Æthiopica* verſio concinnata fertur circ. A. 330 per Frumentium: *Gothica* circ. A. 360 per Vlphilam: *Armena* circ. A. 410 per Mieſrobum, cujus adjutor fuit Moyſes Chorenenſis. *Arabicae* omnes, ſeculorum ſunt minus multorum. Congruit, quod apud Chryſoſtomum *Syri*, *Ægyptii*, *Perſae*, *Æthiopes* in iis populis numerantur, qui doctrinam v. gr. ab Evangeliſta Iohanne propagatam εἰς την αὐτῶν μεταβαλόντες γλῶτταν ſua lingua interpretati, a barbarie ad ſapientiam tranſierunt: quibus *Gothos* alio loco Chryſoſtomus, & *Armenios* deinde Theodoritus addit. Vide Acoluthi præloq. Obadiæ Armeni, Suiceri T. I Theſauri, col. 792. & Le Long Biblioth. ſacr. præf. in extremo. Non tamen plurimi refert, quæ fuerit ætas cujuslibet verſionis: plurimi refert, quæ fuerit Græcorum ætas codicum, unde illæ vel immediate vel mediate fluxerunt. reſpice ergo, Conſideratione I, Locum 9. 10. 23. 26. 35. 50. 83 &c. agnoſces varietates in paucis hodie, nulliſve, Græcis codicibus obvias, imo Chryſoſtomo aliiſque exegetis veteribus ignotas, & tamen in Græco primum textu ortas, atque in verſionibus compluribus, quarum ſæpe alia non ex alia pendet, exſtantes. reſpice ibidem Locum 42. 49. 97. 103. 107. 108. 109. 110. 111. &c. agnoſces additiones & detractiones in Græcis hodie pleriſque codicibus obvias, ſed in nullam aut raro in ullam admiſſas verſionem. Ergo verſiones præcipuæ, quæ hodie exſtant, revera ſunt antiquæ illæ, de quibus Euſebius aliique loquuntur, & ceteræ iis ſunt propinquæ: codicesque Græci, unde deductæ ſunt, quamlibet modica ſinceritate præditi, a manu prima quam proxime abſuerant.

Ex

Ex gradibus antiquitatis, quibus verſiones inter ſe differunt, conjici poteſt, quæ loca prius, quæ poſterius, præſertim ubi a patribus quoque allegantur, mutationem ſubierint. nam quo & antiquiora & pauciora ſunt monumenta, quibus genuina nititur lectio, eo citius huic affricta eſt mutatio. itaque mutatus primum videtur v. gr. locus 1 Ioh. V. 7. deinde Act. VIII. 37. tum Ioh. VIII. 1 ſeqq. &c.

Conſid. V. Lectionem, in qua *Lat.* cum *Al.* convenit, corroborant aliæ *Verſiones.*

Verſiones antiquæ nondum penitus ſunt excuſſæ: quantum vero ſubſidiorum vel in Europæis bibliothecis jaceat, copioſe docet Iacobus *Le Long.* Adde, quod poſtea de Armenæ verſionis differentiis ab hodiernis Græcis exemplaribus peculiarem tractatum memoravit, haud ſcio an ediderit, Ioh. Ioach. *Schroederus* in Theſauro linguæ Arm. in Diſſert. p. 61. Copticam verſionem ipſam edidit D. *Wilkins*, atque in editionis Wilkinſianæ recenſione Acta eruditorum Lipſienſia A. 1717 confirmant, amplius quiddam ex Theodori Petræi codicibus poſſe proſici. Bene eſt, quod Syriacam verſionem inprimis accurate recognitam habemus, maxime Schaafii & Reineccii opera: optandum autem, ut ceteras quoque ſingulas ſinguli periti homines (ſepoſito tamen favore erga eam, in qua quiſque excellit,) examinent, & ad Græcas lectiones conferant: interea ad deciſionem certe nil neceſſarium deeſſe confidimus. Non enim omnibus peræque verſionibus tantundem tribuitur a doctis. *Latinam*, *Syriacam* & *Arabicam Ludovicus De Dieu* ad complures N. T. libros, *Æthiopicam* ad Matthæum (vid. Comm. ejus in IV Evang. p. 534.) & ad Acta potiſſimum dignatus eſt excutere. *Ioh. Felli* judicium habemus in præf. N. T. ed. Ox. A. 1675: *Verſiones antiquiſſimas pariter & a regionibus, qua patet orbis, maxime diſtantibus prodeuntes*, Copticam *nempe* & Gothicam, *inſerendas hic curavimus. Arabicam, Perſicam, Armenam, Æthiopicam, Syriacam, Anglo-Saxonicam &c. partim omiſimus, quia res modum omnem excederet, partim quod quaedam nuperae fuerint, & paſſim notae, & pleraeque earum a traductionibus aliis petitae. Latinam merito praeteriiſſe cenſebimur, quia ita omnibus nota, ut jure optimo Vulgata audiat, nec poſt lectionem publice receptam, a privatis auſpiciis ſollicitanda videatur.* Copticæ & Gothicæ tribuit ſane Fellus, quod debetur: ſed quia in Gothica ſoli ſunt Evangeliſtæ, neque hi integri; Coptica, præſertim intra Evangeliſtas item ſubliſtens in editione a Fello curata, non ſufficit. Latinam hodie *receptam ſollicitari* hic nil attinet: quod olim quidem Latine lectum fuit, præteriri non poteſt. *Rich. Simonius* in notis Gallicis ex verſionibus tantum modo *Arabicam* interdum, Erpenianæ præſertim editionis, ſæpiuſque *Syriacam* cum *Latina* confert. Prolegomena *Wetſteniana* videntur verſione *Lat. Copt. Syr.* eſſe contenta: atque his tribus *Rich. Bentlejus Æthiopicam* & *Gothicam* adjecit. Neque vero hac in re certi quicquam conſtitui poteſt. nulla verſio ita excellit, ut nuſquam ea carere poſſimus: nulla ita vilis eſt, ut non alicubi notabilem uſum præbeat. Nam immediatæ quoque verſiones multis obnoxiæ fuere mutationibus: & mediatæ ſive mixtæ egregias ſæpe lectiones, aut in verſionibus immediatis obliteratas, ſervant; aut aliunde adſcitas, referunt. Itaque ubi

una verſio cum altera ita congruit, ut lectionem ſuam ex illa trahere videatur; nullum ipſa quidem ſeorſum ſuffragii jus habet, ſed tamen alterius lectioni per ſuam ſubſcriptionem robur addit: ubi autem filia a matre diſcedit, ipſa quaſi emancipata jus proprii aſſequitur ſuffragii. hac lege pondus habet ſæpe *Latina* verſio per ſe; *Syriaca* per ſe; *Coptica* per ſe: *Gothica* per ſe: interdum *Armena*, interdum *Perſica*, ubi videlicet non ex *Syriaca* lectionem trahit: raro *Æthiopica*, ubi videlicet non ex *Coptica* manat: rarius *Arabicae*, ubi videlicet non ex *Æth. Copt. Syr.* pendent: rariſſime *Saxonica*, *Hebraica* hodierna Matthæi, *Anglica;* videlicet ad Latinam lectionem, quæ paucioribus interdum veſtigiis cernitur, aſſerendam. planiſſime hæc fluunt ex Conſiderationibus præcedentibus.

Nunc conſenſui *Al. Lat.* quin verſiones reliquæ, quotieſcunque omnes congruunt, incomparabile pondus adjiciant, nemo dubitabit: ubi autem eæ inter ſe differunt, majore diſquiſitione opus eſt. Quanquam differentiæ, ſepoſitis Græcis codicibus, eadem methodo dirimuntur, qua Græcorum codicum differentias dirimi, ſupra oſtendimus. primum lectionum ipſarum origo, præſertim ex alliteratione Græca, Latina &c. ex paralleliſmo, ex gloſſa, ſpectatur: deinde juvat aliquid verſionum antiquitas, bonitas, multitudo; plurimum vero diverſitas earum. Diverſitas porro perſpicitur, ſi ad unam, v. gr. Latinam, omnium notiſſimam, ceteræ conferantur. Omnes cum ea, adeoque etiam inter ſe, propinquitatem habent, ſed vario gradu. nam modo ſingulæ, modo binæ, modo frequentiores Latinam comitantur: & quidem raro *Gothica*, (vid. Conſid. I. Loc. 35, 36, 37.) ſæpius *Syriaca*, (de qua tale quiddam notavit dudum Saubertus in Proleg. var. lect. Matth. p. 10, 11. Millius vero in Proleg. § 1245. loca ejuſmodi, etiam ab excuſis Græcis abeuntia, plus MLX numerat:) item Armena, (vid. Conſid. I. Loc. 19. 39. 47. 119.) & *Perſica:* (vid. ibid. Loc. 1. 41.) ſæpiſſime *Coptica*, (vid. ibid. Loc. 3.) itemque *Æthiopica*, (vid. ibid. Loc. 5.) & *Arab.* (vid. ibid. Loc. 38.) Itaque a *Latina* primo gradu differunt Africanæ, *Copt. Æth.* at ſecundo, Aſiaticæ, *Syr. Arm. Perſ.* at tertio, Europæa, *Gothica.* ceteras mediatas omittimus. Cauſa differentiæ tam propinquæ, & graduum propinquitatis, in promtu eſt. *Alexandrini* codicis, revera Alexandrini, cum *Latina* neceſſitudinem vidimus plane ſingularem. Alexandrina porro eccleſia, eſt mater *Copticae* & *Æthiopicae*, quibus illa utique etiam textum ſacrum dedit. Neque inepta ſuſpicio fuerit, mutuam *Copticae* & *Syriacae* verſionis ſimilitudinem auctam eſſe a Iacobitis; quorum Thomas certe Heracleenſis Syriacam ad Græcos codices Alexandriæ retractavit: quin etiam Petri Alexandrini commemoratio apud Syros (2 Tim. II. 4 in opere regio) Syriacæ eccleſiæ cum Alexandrina commercium oſtendit. *Armenios* item interpretes Alexandriæ inſtitutos fuiſſe, docet Schroederus in Diſſ. cit. p. 34. Vnus remotiſſimus eſt *Gothus*, cui codices Græcos Græcis ceterorum interpretum codicibus tam ſimiles ſola præſtitit antiquitas. Quæ cum ita ſint, *Latinam* verſionem ab *Al.* diſſentientem, conſenſu ſuo aliæ verſiones Latinis propinquæ raro corroborant; (vid. Conſid. I. Loc. 10. 23. 26. 57. 65. 69. 83. 106) tantum abeſt, ut hæ ſine Latina robur habeant: (vid. ibid. Loc. 3. 25. 51.) ubi vero *Lat. Al.* conſentiunt, eum conſenſum

cete-

ceteræ verſiones, immediatæ præſertim, quo plures & quo inter ſe remotiores ſunt, eo nervoſius corroborant; ac prius etiam ipſæ mutuam ſibi opem ferunt. nam ubi Latini codices inter ſe differunt, vel Syriaci, vel Coptici; ea lectio Latina, aut Syriaca, aut Coptica a primo Latino, Syro, Coptita interprete eſſe profecta, vel certe pridem a ſucceſſore aliquo interpretis ex antiquiſſimis Græcis codicibus inſerta exiſtimari debet, quæ quolibet loco cum aliis potius verſionibus propinquis ac non variatis, adeoque cum Græcis codicibus raris, at antiquis, quam cum Græcis codicibus multis, at novis, congruit. Tali pacto conſenſum *Al. Lat.* maxime corroborant immediatæ verſiones reliquæ, *Syr. Copt. Goth.* & quum Coptica ſingularem cum Latina propinquitatem habet; & *Syriacae* lectio vetus interdum obliterata eſt; & *Gothica* a Latinis remotiſſima, ſed manca eſt: pæne nil valet *Syriaca* interpolata; non nihil *Coptica*; non parum *Gothica*; multum *Syriaca* vetus: plus *Goth. Syr.* citra Copticam Latinæ proximam; vel *Copt. Goth.* ſine Syriaca incertæ antiquitatis; vel *Copt. Syr.* ubi Gothica non contraria eſt, ſed mutila: plurimum, *Syr.* (antiqua præſertim,) *Copt. Goth.* tres conjunctim. Reliquarum verſionum diſſenſus nil nocet: conſenſus pro lucro eſt. Sic non facile ullus occurret locus, cujus deciſionem hæc verſionum, quæ præſto eſt, copia, quoquo modo ea ſe habet, non fulciat: conſtitutumque habere poſſumus, ne unam quidem genuinam lectionem, Græcis & Latinis monumentis non ſatis nixam, nedum prorſus iis ignotam, repertum iri, quæ ex verſionibus abſtruſioribus (provocamus eruditos eoſdemque candidos harum patronos) demum inſtaurari debeat.

Conſid. VI. Lectionem, in qua *Lat.* & *Al.* conveniunt, corroborant *Patres* antiquiſſimi.

Patres ſunt vel antiquiores vel recentiores: & Græcos fere diſterminat Origenes, & Euſebius; Latinos, Hieronymus. Recentiores patres Græci, ſinguli fere codicibus Græcis ſingulis æquiparari poſſunt; Latini, Latinis. Antiqui vero, & Græci & Latini, excellentem habent auctoritatem. Multas ii longe vetuſtiſſimas apocryphas lacinias ex monumentis, quæ cito intercidere, proferunt: atque ut ab Hæreticorum & doctorum minus conſpicuorum, ſic ab apoſtolorum codicibus primævis quam proxime abfuerunt, & per impoſtorum verſutiam exſtimulati, codicum ſinceritatem vigilantiſſime curaverunt. Ad conſenſum Lat. & Al. aggregant ſeſe Latini omnes, & ex Græcis Clemens videlicet Alexandrinus, & Origenes, nec non Euſebius, Epiphanius, Theodoritus, Euthalius, Andreas. Cum ceteris codicibus Græcis ceteri patres, quo ſunt recentiores, eo magis incedunt. ne Chryſoſtomus quidem prorſus excipi poſtulat: neque enim otium ei fuit ad codices data opera excutiendos; ſed eos, in quos incidit, enarravit. Vtriuſque generis codices habuere Athanaſius & Cyrillus, Alexandrini videlicet, ſed inferioris ætatis: qui n etiam Oecumenius. Quod ſi quis dubitat nam diverſa patribus fuiſſe exemplaria, etiam negat Whitbius in præf. ſ. VII.) ei fidem facient, quæ ex Origene,

& copioſius ex Cyrillo notat Millius Proleg. § 687, 926. Citeriorum patrum lectio, ubi cum antiquiſſimis illis congruit, non exiguum eis pondus addit.

Vidimus, quomodo conſenſus *Lat.* & *Al.* per alias verſiones ac patres confirmetur: neque ingratam iis, qui rem ſerio cognoſcent, methodum noſtram fore arbitramur. nam verſiones, quoad fieri poterat, abſtruſiores præſertim, amovimus: & tamen uſum earum, interdum plane neceſſarium, conſervavimus, expeditioremque reddidimus. Æthiops, Arabs, Armenius, Coptita, Gothus, Perſa, Saxo, Syrus, quid habeat, pauci poſſunt cognoſcere, qui documenta illorum videlicet & habent & intelligunt, quibus credendi poteſtatem habent ceteri: at patres, quisquis Græce & Latine intelligit, cum Græcis & Latinis codicibus poteſt evolvere. Reſtat, ut ex hac de verſionibus & patribus obſervatione Conſectaria eliciamus de codicibus aliquot Græcis reconditis, deque codicis Al. & verſionis Lat. rationibus ſupra non explanatis; quæ adjumento ſint futura inſequentibus Obſervationibus.

Conſid. VII. Collatio verſionum & patrum deducit ad Græcos quosdam codices reconditæ utilitatis, & ad Latinas lectiones in patrum Græcorum ſcripta illatas.

Multæ ſunt verſionum lectiones in Græco exortæ, & tamen in paucis aut nullis hodie Græcis codicibus obviæ, ut Conſideratione IV vidimus. ex eo patet, aut non frequenter deſcriptos fuiſſe antiquiſſimos codices Græcos, aut codices quam ſimillimos ex iis deſcriptos pleroſque omnes intercidiſſe. Sunt tamen codices in mundo, quorum modo hi modo illi a gregalibus ſuis ad interpretes & patres antiquos ſeſe recipiunt: quos hoc reſpectu liceat *reconditos* vocare. Tales codices fere conveniunt cum verſione illa primaria, *Latina*, & cum lectionibus ejus vel obviis hodie, vel pridem obliteratis. etenim ad Latinos revera reficti ſunt aliqui: ſed aliqui ſunt pure Græci, ex codd. Græcis, eorum, unde Latinus vertit, quam ſimillimis derivati: aliqui rurſum Græcas Latinis ſimillimas lectiones modo ex Latinis, modo ex Græcis habent. Neque ullus omnino eſt codex Græcus, qui non multo maximam ſui partem ex Græcis trahat. Sed tamen Latinizant primum aperte codices Græcolatini, *Boern. Cant. Clar. Laud. 3.* paſſim. in reconditis autem Græcis non Latinizantibus regnat *Al.* abs quo ſi diſceſſeris, maximam ſui rationem haberi poſtulat *Colbertinus* ille, qui inter ſuos numeratur 2844. & Millio *Colb. 6.* dictus, Acta; idemque *Colb. 7*, Epiſtolas; idemque *Colb. 8*, Evangeliſtas complectitur. Hic plane ſingularis eſt & eximius, lectionemque Græcam interdum ex Latinis codicibus, præſertim in Evangeliſtis & Actis; interdum ex Græcis, præſertim in Epiſtolis, derivatam habet. (vid. Conſid. I. Loc. 4. 14. 15. 24. 29. 40. 58. 60. 66. 67. & 105. & 75. 77. 79. 92.) Vtramvis lectionem, vel Latinizantem, vel pure Græcam, ex monumentis longe antiquiſſimis repetit. unde ἀμὴν particulam, aliquot libris N. T. etiam in *Al.* vel *Lat.* adjectam, tamen omittit. Ceterum Latinizantes codices deprehenduntur, ubi alius aliis Græcis verbis ad Latina accedit; tum enim

vel

vel uterque vel alteruter Latinizat. (vid. ibid. Loc. 7. 27. 31. 95.) item ubi Græcæ ellipſeos ſupplementum, Latinis neceſſarium, Græcus adoptat. (ibid. Loc. 34. 93.) denique ubi proclivitas mutationis, v. gr. ex alliteratione, Latinis propria fuerat. (ibid. Loc. 6. 68. 70. 71. 73. 74. 81. 82. 84. 86. 116.) Ex horum indicio locorum, quibus cetera congruunt, in *Evangeliſtis* Latinizant, *Bodl. 4 5. Colb. 2. Gon. L. Par. 6. Steph. ς. ν.* Citantur ſeorſum, *Barb. 1.* (ibid. Loco 113 & paſſim,) & *Vaticanus*, (Loco 38.) ſed plane videntur eſſe duo unius codicis, ejuſque Latinizantis, nomina. (ibid. Loc. 16. 35. 46.) Neque immunes a Latiniſmo videntur, *Colbertinus* num. 2467. (ibid. Loc. 2. 11. 16. 17. 20. Adde var. Matth. XVI. 3, ubi accedit *Colbertinus* num. 3947.) & *Laud. 2.* (Loco 18. 52.) & *Steph. θ.* (Loco 43. 45. 52. 67.) & *Vſſer. 1. 2.* (Loco 115.) & *Wheel. 1.* (in Var. Ioh. XX. 21. 28.) & *Cypr. Hunt. 2. Med. Per.* uti facile obſervabitur Plerique in unum conveniunt Loco 32. 33. At nil prohibet, quo minus pro reconditis pure Græcis habeantur ſubinde, iidem, juxta cum *Aug. 2. Baſ. γ. Colb. 1. Magd. Par. 5. 8. Steph. γ. δ.* & alii: quos exhibet vel ſingulos, vel raros, ibidem Locus 2. 3. 14. 46. 60 ſeqq. vel majore numero congruentes, Locus 8 28. 38. 50. 56. 59 66. 67. 103. 108. In *Actis Epiſtolis*que (nam Apocalypſin hac quidem in parte minus ſollicitavit minor librariorum frequentia,) Latinizant *Barb. 1. Bar. Cov. 2. Pet. 2. Steph. ι. ια. ιγ.* neque immunes ſunt, *Laud. 2.* (Loco 80. 85.) *Cov. 4. Gen.* (Loco 120. ad quos accedit *N. 1.* (Loco ſingulari 104.) Plerique conveniunt Loco 84. At nil prohibet, quo minus pro reconditis mere Græcis habeantur ſubinde, iidem, *Cov. 2. 4. Gen. N. 1.* & *Magd. 2. Pet. 3. Roe. 2. Steph. δ. ε. Vſſ. 1.* quos exhibet vel ſingulos vel raros Locus 72. 87. 89. vel majore numero congruentes, Locus 75 ſeqq. 92. 95. 107. Nota Millii, quæ otioſa putari poſſet, hîc utilis eſt. epiſtolam ad Hebr. ſub epiſtolas ad Theſſ. habent *Al. Colb. 7. Pet. 3. Roe. 2. tres* apud Bezam, *Stephanici* videlicet, (qui Lutetiæ diſtinctius notari poſſent,) & plerique apud *Epiphanium*, *Synopſis* apud Athanaſium, *Theodoritus*, *Euthalius*, *Copt.* quorum omnium in ipſis lectionibus *reconditis* non mediocris eſt conſenſio. Ceteroqui a Latinizantibus puros reconditos codices diſcernere difficile eſt, nec ſæpe neceſſarium. ſi Latinizant, inſignis eorum uſus eſt ad lectionis Latinæ veteris, ceteroqui obliteratæ, oſtenſionem. (vide Locum 5. 15. 40. 69.) ſi pure Græci ſunt, eximie debent haberi: nam ubi ab obviis Græcis codd. diſſentiunt, non ſemper illi quidem, ſed tamen ſæpe meliores ſunt, atque ita defectum eorum emendant; ubi cum iis conſentiunt, permagno eos pondere augent. Non diſſimili methodo dignoſcuntur Latinæ lectiones in ſcripta patrum vel Græca vel Græce verſa tranſlatæ. Manavit enim aliquid ex Latinis ad *Epiphanium*: vide var. 1 Cor. XII. 11. 27. Gal. V. 14. & ad *Chryſoſtomum*: vide var. Ioh. VII. 1. Rom. XII. 13. 1 Cor. VI. 20 XIV. 33. Eph. V. 14. & ad *Chronicum Alexandrinum*. vide var. Luc. I. 29. III. 1. Et enim quum Latinam verſionem Hieronymianam librorum V. T. nonnulli Græci Græcam facerent, ut ex ipſo conſtat Hieronymo; eodem tempore ad Latinam N. T. lectionem Græci aliquando codices facile conformati fuerunt. Atque Dialogus contra Marcionitas, qui *Origeni* adſcribebatur, nunc, Latine ſcriptus, Græce verſus deprehenditur. vide var. Luc. XVI. 21. 1 Cor. XV. 39. & Proleg Wetſten. p. 82. eademque eſt ratio tractatuum quorundam, qui *Athanaſii* ſcriptis inſerti leguntur.

Conſid. VIII. Verſionum ac patrum collatio omnia, quæ de conſtitutione *Lat.* & *Al.* ſupra diſſeruimus, partim confirmat, partim ſupplet.

Alexandriæ codicem *Al.* fuiſſe aliquando, conſtat: eundem vero ortu quoque atque indole Alexandrinum eſſe, totus ejus loquitur tenor. Convenit enim cum Alexandrinis patribus, Clemente, Origene, Athanaſio, Cyrillo, Euthalio; idque magis, quam cum Chryſoſtomo & aliis aliorum climatum: convenit etiam cum verſionibus, quas Alexandrinis propinquas oſtendimus. Præterea mendæ ipſæ, quas habet, patriam ejus comprobant. nam literaturæ abundantiam, qua Alexandrini excellere ſoliti fuerant, comitabatur ſedulitas quædam nimia, & curioſitas libris non uno modo infeſta, de qua confer Hodium f. 242, & ipſe climatis ardor patientiam deſcribendis libris aptam hebetavit: neque nil ex dialecto illa manavit in codices Alexandrinos. Atque hic unus adhuc tanta ex clade redivivus Alexandrinus, ita ſæpe ſecum, aut cum *Cant.* illo, aut cum pauculis loquitur, ut ex optimis exemplaribus negligentiſſime licentiſſimeque deſcriptus deprehendatur. Adde etiam atque etiam Prolegomena LXX int. edit. Grab. præſertim Tomi II. cap. I. a § 43 ad 70, ubi de Alexandrini codicis ortu vere Alexandrino, deque ejus antiquitate, excellentia, vitiis, copioſiſſime diſſeritur.

Latinam lectionem ex editionibus, ex mſſ., ex patribus Latinis peti, & ex patribus vetuſtatem quoque lectionis ejus perſpici poſſe, univerſe diximus Obſervatione VI. Interea complura acceſſerunt, unde Latina lectio, ubi varia eſt, nunc internoſcatur: ubi amiſſa, reſtituatur: ubi incertæ antiquitatis, aſſeratur amplius. Nam ea Latina cujuſque loci lectio, ſive cum Græcis genuinis conveniat ſive minus, certe antiqua eſt, cum qua (præter codices & patres Latinos) congruit *Saxonica* verſio, quæ juxta cum *Cant.* non raro ab hodiernis Latinis differt, ut Mareſchallus ex profeſſo docet in Obſerv. p. 495 ſeqq. Antiqua eſt, cui reſpondent aliæ verſiones antiquæ, & loca N. T. apud Irenæum alioſque, qui ex Græcis pridem Latini facti ſunt, ad Latinum interpretem N. T. conformata: antiqua, cum qua reconditi codices Græci concinunt, maximeque Alexandrinus. Quæ ſingula quam vim habeant, tota hac Obſervatione explanamus. Tam multa tamque firma monumenta, cum quibus indubitata Latina lectio vetuſtiſſima in toto filo convenit; ceteris quoque locis, neque vitio notabili ullo affectis, neque diverſa patrum lectione labefactis, auctoritatem conciliant: & quæ lectio Latina, in loco præſertim a Latinis antiquiſſimis patribus intacto, ab *Al. Copt.* aliiſque propinquis monumentis abludit; ea demum ſeponenda venit. neque tamen hæc protinus librariorum Latinorum errori debet adſcribi; potuit enim vel Græcus librarius interprete antiquior ceſpitare, vel interpres Græca perperam accipere, vel in Latinis hallucinari. ſic Matth. VI. 24 ἀνθέξεται, *ſuſtinebit*, quaſi fuiſſet ἀνέξεται. Hebr. XI. 25 πρόσκαιρον, *temporalis*, quaſi fuiſſet πρὸς καιρόν. at Gal. IV. 21 *legiſtis*, ex alliteratione ad *l gem;* pro ἀκούετε *auditis.* 1 Petr. I. 22 *caritatis*, ex alliteratione ad *caſtificantes;* pro *veritatis*, ἀληθείας. Talia poſſunt notari non pauca: pauca vero ejuſmodi, ut commoveant lectores multitudine captos Græcorum comicum. Exemplum tamen vide

in

in Confid. I. loco 28, a patribus videlicet intacto. Neque facile ex Græcis codicibus patribusque, & ex verfionibus orientalibus, criticus quamlibet Latinæ infenfus, notabilem ullam comprobarit lectionem, cujus non aliqua faltem veftigia in Latinis dehinc vel codicibus vel patribus fit reperturus, ex ipfis Græcis Orientalibusque documentis vim receptura. Primis mox temporibus Latina exemplaria in regiones longe diffitas pervenerunt: vix ulla notabilis mutatio in illa omnia inferri potuit: ac proinde raro ulla Latinæ verfionis antiquiffimæ particula penitus obliterata atque omiffa cenferi debet, quæ quidem ad genuinas lectiones N. T. Græci eruendas deeidendasque pertineat. Non enim hîc nos fynonymia impedit, in qua potiffimum verfantur diverfæ interpretationes ab aliis interpretibus fuper alios tot feculis adornatæ. Habemus in Matthæo ἐπιούσιον, five *quotidianum* five *fuperfubftantialem* Latini dixerunt: habemus in Paulo περιούσιον, five *abundantem* five *circumvitalem* five *egregium* five *acceptabilem* Latini dixerunt. imo quotuplex fynonymia eft, tot ea codicum Græcorum inter fe convenientium poteftatem habet.

Hactenus fingulis in locis expedita eft Latina lectio: quod fupereft, de tota hac verfione dicemus aliquid, quæ, ut olim Græca Veteris teftamenti ufitatior, κοινὴ five communis dicebatur, fic pridem *Vulgata*, atque interpres ipfe, *Vulgatus*, appellatur, monumentumque Scripturæ exhibet plane eximie æftimandum. Latinos interpretes complures primis fidei temporibus exftitiffe, ex Auguftino didicimus: neque hanc, quæ hodie fupereft, interpretationem, ab iifdem temporibus effe alienam, idoneis conftat argumentis. Cum vetuftiffimis ea Latinis patribus fubinde convenit, & convenit in ftricturis longe fubtiliffimis. vide Var. 1 Cor. VII. 39. IX. 6. Gal. I. 6: ubi Tertullianus, qui fuis multa verbis interpretari folet, tamen fuffragatur. Sequitur porro idem Tertullianus in verbis ipfis etiam Latinum interpretem Irenæi, circ. A. 208. ut docet Mill. in Prol. § 608. & interpres Irenæi, imo Irenæus ipfe, interpretem N. T. Latinum. vid. omnino var. Ap. XIII. 18. Tertullianum igitur vetuftate vincit Irenæi interpres, & Irenæum ejufque interpretem interpres N. T. & hujus magna mature auctoritas fuerit oportet, cui tantum Irenæus ejufque interpres tribuerunt. Rurfum tanta apparet Latinarum N. T. & Irenæi interpretationum fimilitudo, ut unius fere ætatis, unius nationis homines dediffe eas videantur, neque ii Latina lingua vernacula utentes, in illo ætatis argenteæ atque æneæ confinio, fed, ut Guil. Lindanus de Vulgato judicat, Græci. Latina N. T. translatio fuit, qua Marcion circa annum æræ vulg. CXXX (hoc enim tempus figit Millius Proleg. § 198, 307.) abufus eft. vide Var. Luc. V. 14. Gal. V. 9. & alia ex iis, quæ collecta funt in Millii Proleg. § 291 feqq. coll. § 378. & in Wetften. p. 82. Latino item, fub ea tempora, abufus eft Valentinus. Et antiquiffimæ periochæ apocryphæ, quæ Latinis quibufdam codicibus affutæ hodienum reperiuntur, (vid. Mill. Prol. § 766, 860 f.) antiquitatem hujus verfionis comprobant. Eidem antiquitati tribuit Leonardus Twells, quod verfio Italica in V. T. mere τοῖς ὁ, ac non Aquilæ, Symmacho, Theodotioni refpondeat. Aliam atque aliam partem diverfi dedere interpretes, ut Millius docet Prol. § 533, 604 &c. fed tamen tota verfio, unum opus eft. Neque fi auctoritas epiftolæ ad Hebræos,

& Canonicarum, & Apocalypſeos, in occidente tardius agnita fuit, interpretes dicentur eos libros non interpretandos cenſuiſſe. multi enim eos libros, quos plane apocryphos judicabant, traduxere. Ipſa verſio ubique ſui ſimilis eſt, per omnes N. T. libros, a primo ortu ſuo ad hodiernum uſque diem nativos ſuos retinens Græciſmos ac nævos, quorum ſilvam, præter ceteros, *Eraſmus* editioni ſuæ II & III præſtruxit, *Millius* in Proleg. § 514, 527, 545, 550, 555, 588, 1125 &c. congeſſit, & *Maſſejus* ad Caſſiodori Complexiones p. 169 contulit: ut dubitari non poſſit, quin verſionis, quam hodie habemus, ſubſtantia eadem ac ſumma olim fuerit. In Paulo græcum græce reddit, περίψημα, *peripſema*, 1 Cor. IV. 13. εἰδωλείῳ, *idolio*, c. VIII. 10. ἀπορέμενοι, *aporiamur*, 2 Cor. IV. 8. ſic in Petro, σκολιοῖς, *dyſcolis*, 1 Pet. II. 18. ſic Ap. I. 13 ποδήρη, *podere*. c. VI. 5 ζυγὸν, *ſtateram*. Luc. XVI. 26 χάσμα, *chaos*. Verba Græca, uno loco repetita, Latinis ſynonymis exprimit: ut ὑπομενεῖτε, *ſuffertis*, *ſuſtinetis* 1 Pet. II. 20. quod copiæ ſtudium per totum æque Novum teſtamentum Valla in Latino notat. Viciſſim plura Græca uno Latino exprimit, ut ἐμφανισθῆναι, φανερουῦθαι, ὀφθῆναι, *apparere*, Hebr. IX. 24. 26. 28. Vix quiſquam plus in ea interpretatione mutavit, quam *Hieronymus*: qui tamen in Præfatione in Evangeliſtas ad Damaſum ait: ſe *ita calamo temperaſſe, ut his tantum, quae ſenſum viderentur mutare, correctis, reliqua manere pateretur, ut fuiſſent.* In reliquo Novo teſt. longius eum deinde, ut fit, progreſſum fuiſſe, exiſtimare licet: ſed recenſio duntaxat Evangeliſtarum in manus multorum pervenit; ceterorum librorum, aut apud familiares, quibus eam dicavit, oblituit, aut certe minus late eſt dilata. Ne epiſtolarum quidem ad *Gal. Eph. Tit. Philem.* quas commentariis ornavit Hieronymus, Hieronymi eſſe recenſionem, docet Iac. Fabri Stapulenſis Apologia, quam commentariis ſuis in Paulum præmiſit. Ipſe Hieronymus in eadem præfatione ad Damaſum ſcribit, priſtina Latina *exemplaria TOTO ORBE diſperſa fuiſſe*: & in Ep. CII ad Marcellam, *Ad me*, inquit, *repente perlatum eſt, quoſdam homunculos mihi ſtudioſe detrahere: cur adverſum auctoritatem veterum, & TOTIUS MUNDI opinionem, aliqua in Evangeliis emendare tentaverim.* – Quumque v. gr. Pſalterium ejus, ipſo vivente, iterum mutaſſent librarii, in Prologo ſecundæ editionis, quem Hodius f. 351 exhibet, queſtus eſt, *plus* ANTIQUUM *errorem, quam novam emendationem valere.* Antiquus error fuerit; fuerat antiquior veritas, etiam apud Latinos, in N. T. præſertim: & antiqua, ex veritate & ex errore mixta, poſt Hieronymi quoque recognitionem, a paucis admiſſam, fere remanſerunt, in iis etiam codicibus, qui prologos, nomine Hieronymi commendatos, admiſerunt. vide Eſtium ad 2 Cor. l. 4, & Hottingerum, Theſ. phil. p. 385. Maximeque Afri, ſeculo V toto, & VI currente, verſionem Hieronymo antiquiorem adhibuerunt, ut Hodius obſervat f. 399. Atque hæc ipſa cauſa eſt non minima, cur tanta hodienum exſtet inter ipſos Latinos codices vel valde antiquos vel ex antiquis deſcriptos differentia: quippe qui modo Hieronymi lectiones habent, modo poſt Hieronymum interpolatas, ſæpe vero etiam cum Patribus Hieronymo antiquioribus congruentes, vel etiam ab Hieronymo aperte reprehenſas aut prætermiſſas. neque enim ulla ſententia publica quidquam definitum erat. vid. *Eraſmi* annot. edit. quintæ, f. 148. 576. 586 & paſſim, ut index ejuſdem de

de *Hieronymo* oſtendit : & *Pithoei* opuſc. de interpr. Latin. & *Simonii* Obſerv. nov. p. 442 ſeq]. Recte igitur Calovius : *Diffiteri neque poſſumus neque volumus , quod vulgata translatio quoad multas partes reſipiat primam ſui originem.* Crit. ſacr. p. 691.

Quod ſi quis *Italam* illam deſiderat interpretationem , quam Auguſtinus ut *verborum tenaciorem cum perſpicuitate ſententiae , ceteris praeferri* jubet l. 2. de Doctr. Chriſt. c. 15. tota ſane recuperari non poterit : reliquias autem , ut exiſtimare fas eſt , Italici retinent patres. In his *Ambroſius* , epiſcopus Mediolanenſis , in Lucam maxime : & , qui adjungi Ambroſio ſolet , *Hilarius* , eccleſiæ Romanæ diaconus , in Paulum. *Auguſtinus* ipſe , quum Mediolani , voce illa , *Tolle , lege* , invitante , Pauli codicem & omnem Scripturam ſacram fuiſſet amplexus , Italam interpretationem plurimum citaſſe , merito cenſebitur : & ſane lectiones paſſim citat minime obvias , ac valde inſignes. *Caſſiodorus* quoque in Complexionibus in Epiſtolas , Acta & Apocalypſin , Maffeio judice , Italam adhibuit ; etenim in Inſtit. divin. lect. c. XIV ordinem librorum biblicorum translationis Italæ refert : neque tamen Hieronymum non magni fecit. Hieronymum demum *Gregorius* I. epiſcopus Romanus impenſe promovit , nec tamen ipſe antiquam verſionem abjecit.

Una apud pleroſque conſenſui teſtium , de quibus hac Obſervatione egimus , officiet multitudo Græcorum codicum qualiumcunque. eos ergo cernemus.

Obſerv. XXI. Primi codices Græci fuere in Græcia & in Aſia : & ex iis mox alios quam ſimillimos Chriſtiani pararunt.

Ex Græcia Aſiaque , partim in Græciam & in Aſiam multo plurimos librorum ſuorum miſerunt ſcriptores N. T. præſertim Petrus , Iohannes , Paulus. Propterea illæ potiſſimum eccleſiæ , adhibita mediocri diligentia , domi habuere , unde exemplaria quam ſinceriſſima præſtarent : & revera optimis diu floruere codicibus , magnamque iis curam cum ſimplicitate aliqua huic rei valde apta impenderunt. Quare huc quoque Aſros ſuos remittit Tertullianus in graviſſimo libro de Præſcriptionibus. *Percurre eccleſias apoſtolicas* , inquit cap. XXXVI , *apud quas ipſae adhuc cathedrae apoſtolorum ſuis locis praeſident , apud quas IPSÆ AVTHENTICÆ LITERÆ eorum recitantur , ſonantes vocem , & repraeſentantes faciem uniuſcujuſque. Proxime eſt tibi Achaja ? habes Corinthum. Si non longe es a Macedonia , habes Philippos , habes Theſſalonicenſes. Si potes in Aſiam tendere , habes Epheſum. Si autem Italiae adjaces , habes Romam , unde nobis quoque auctoritas praeſto eſt. Graecum authenticum* Tertullianus quidem , Latinæ verſioni oppoſitum , laudat in lib. de monog. c. XI. ſed *IPSAS authenticas* apoſtolorum *literas* in lib. de Præſcr. aut eas prorſus appellat , quas apoſtoli primitus dederint : (nam alia Græca exemplaria epiſtolarum ad Cor. Phil. Theſſ. Eph. Rom. etiam extra Corinthum &c. exſtabant :) aut apographa certe præ ceteris ita firma , ut ſupra omnem corruptelæ exceptionem ſita eſſent. Aperte vero antiquus ſane ſcriptor Alexandrinus , (de quo vide Var. Ioh. XIX. 14.) accurata exemplaria , ne dicam , evangelium ipſius Iohannis manu ſcriptum, Epheſique ad ſua

uſque

uſque tempora cuſtoditum, allegavit. Porro codices ex primis publice lectitatis deſcripti, itemque publice lectitati, non potuere non teſtatiſſimam retinere ſinceritatem, quum apud Ionam vel *hederae* vocabulum pro *cucurbita* per tumultum populi ſurrogari potuiſſe, Auguſtinus ad Hieronymum negat. ſed tam grandævos codices cur nullos habemus? non eſt, quod longinquitatem ſeculorum cauſemur: antequam inveteraſcerent, per hoſtes furibundos, per traditores timidos, deleti ſunt. Infeſtiſſimus fuit, etiam codicibus, apud Afros maxime, Diocletianus: de hæreticis apud Athanaſium querela exſtat: ſucceſſere tot ſtrages bellicæ; Saracenicæ præſertim, quas ſaucius evaſit, ut Cyrillus Lucaris teſtatur, ipſe Alexandrinus. Sunt tamen reliquiæ, ad recentiorum codicum lectiones pleraſque firmandas, nonnullas limandas, oppido utiles. Iiſque potiſſimum in locis, ubi *Lat.* & alia vetuſta monumenta paucitate ſua laborant, quod quidem planiſſime perſpicitur interdum, laudabiles vetuſtiſſimorum illorum codicum Græcorum lectiones in hodiernis Græcis remanentes non poſſumus non agnoſcere. Recte Auguſtinus: *Libros novi teſtamenti, ſi quid in Latinis varietatibus titubat, Graecis cedere oportere, non dubium eſt, & maxime qui apud eccleſias doctiores & diligentiores reperiuntur.* l. 2. de Doctr. Chriſt. c. 15. Olim eccleſia pro conſervanda codicum puritate jam egit curam: de qua Cura præter alios ex inſtituto commentatus eſt *Io. Frickius.* vide etiam *Rumpaei* comm. crit. § XLIII.

Obſerv. XXII. Sed poſtea multum ſibi ſumſere Græci librarii: idque licentiæ multos codices afflavit.

De cura veteris eccleſiæ circa ſinceritatem codicum, deque ejus curæ fructibus, quicquid docetur liquido, avide ac pie tenendum eſt: ſed certe per quas eccleſias ætatesque illa cura ſe extenderit, difficile eſt explicatu; & quæcunque fuit, non prohibuit, quo minus exiſterent varietates illæ, quæ hodie volvuntur, & cognita origine ſua facilius demum eximuntur. Hic utilia inprimis *Hieronymus* miniſtrat documenta. *Alexandria & Ægyptus*, inquit, *in ſeptuaginta ſuis, Heſychium laudat auctorem: Conſtantinopolis uſque Antiochiam, Luciani mart.ris exemplaria probat: mediae inter has provinciae, Palaeſtinos codices legunt, quos ab Origene elaboratos Euſebius & Pamphilus vulgaverunt: totusque orbis hac inter ſe trifaria varietate compugnat.* præf. in lib. Paralip. ad Chromatium. Idem in præf. in Evang. ad Damaſum ſic ait: *De Novo nunc loquor teſtamento, quod Graecum eſſe non dubium eſt; (excepto apoſtolo Matthaeo, qui primus in Judaea evangelium Chriſti Hebraicis litteris edidit:) hoc certe cum in noſtro* (Latino) *ſermone diſcordat, & in diverſos rivulorum tramites ducit, uno de fonte quaerendum. Praetermitto eos codices, quos a Luciano & Heſychio nuncupatos, paucorum hominum aſſerit perverſa contentio. quibus utique nec in toto veteri inſtrumento poſt ſeptuaginta interpretes emendare quid licuit, nec in novo profuit emendaſſe; cum multarum gentium linguis ſcriptura ante translata, doceat falſa eſſe, quae addita ſunt.* At in Catalogo, *Lucianus vir diſertiſſimus, Antiochenae eccleſiae presbyter, tantum in ſcripturarum ſtudio laboravit, ut uſque nunc quaedam exemplaria ſcripturarum, Lucianea nuncu-*

nuncupentur. Quæ loca si inter se conferas, parum quidem distincte explicant, quid ipse Lucianus, ipse Hesychius, quid eorum nomine alii fecerint: sed tamen revera in codd. quibusdam Græcis N. T. mutationem esse factam, sive per Hesychium & Lucianum, sive eorum nomine per alios, diserte affirmat Præfatio ad Damasum; atque iisdem codicibus, totam, quæ adhuc erat, Græci textus discrepantiam tribuit. Quod indicio est, alias variantes lectiones, de quibus multo ante Origenes querelas, Hieronymo non ignotas, dederat, minus multas fuisse, & minus graves. Porro si ferventibus & gentium persecutionibus & sanctorum virtutibus, mutarunt aliqua in LXX int. Lucianus & Hesychius (nam uterque, perinde ut Pamphilus, circ. A. 310 martyrio defuncti sunt,) & in Novo testamento vel iidem vel alii: majore etiam licentia, minori religione, secundis rebus, alii sacros tractasse libros, non injuria existimantur. Nam etiam Hieronymus, quum eodem loco *quatuor evangelia* proponit, *codicum Graecorum emendata collatione, sed & veterum, nec quae multum a lectionis Latinae consuetudine discreparent;* non obscure alios notat a Luciano & Hesychio *nuncupatos*, plus ab antiqua lectionis Latinæ consuetudine discrepantes ac novos codices. Codices eos, quos a Luciano & Hesychio nuncupatos *paucorum* hominum perversa contentio, ut præfatio ad Damasum ait, asserebat, Græcos quidem Millius fuisse putat in Prol. f. 69. sed quia Gelasii & synodi Romanæ nomine Evangelia, quæ Lucianus, quæ Hesychius falsarint, apocrypha judicantur, Lucianique vestigium apud Philastrium quoque notatur; Latinos illos fuisse codices, ex Lucianea & Hesychiana librorum Novi etiam testamenti, vel saltem Evangeliorum recensione, additamentis nonnullis aucta, tralatos, rectius docet Hodius f. 629, 632. In Græcis vero codicibus Lucianeam illam & Hesychianam emendationem aliquanto certe latius esse propagatam, præfatio ad Chromatium, non modo post præfationem ad Damasum, sed etiam post catalogum scriptorum eccles. scripta, luculenter docet: quanquam Antiochiæ majorem, quam Constantinopoli, auctoritatem acquirere potuisse Lucianum, judicavit cel. Ioh. Frickius in Prolegomenis ad Bibliz Græca A. 1697 Lipsiæ edita. Sane Hesychianus tenor LXX interpretum immigravit in librum Iudicum Romani codicis; & Lucianeus in Iobum Alexandrini quoque codicis, ut Grabii eruit demonstravitque sollertia. Nec mirum; quum ad Aquilam conformatus hodie remanet Ecclesiastes, uti τὸ σὺν in eo libro frequens prodit, quod interpretem illum pro articulo את adhibuisse notat Hieronymus: Theodotionisque Daniel certe, si non etiam Paralipomena, in Bibliis LXX viralibus hodie habentur. vide Hodium, f. 576. 584. Facile hinc existimare possumus, singula climata, ut LXX interpretes vel Hesychianos, vel Lucianeos, vel Origenianos, nacta sunt, ita eadem junctos LXX interpretibus libros N. T. vel Hesychii, vel Origenis, vel Luciani nomine sibi commendatos, admisisse. Hinc parodiam præfationis ad Chromatium instituere liceat, & re ad quinque sedes regionesque orbis Christiani prolata, sic dicere: *Habuit* Alexandria *& Ægyptus codices N. T. ab Hesychio;* Constantinopolis, *vel certe* Antiochia, *a Luciano nuncupatos: provinciae circum* Hierosolyma, *Origenis, Pamphili, Eusebii codices legerunt.* Roma, *Graecis codicibus, Luciano, Origene, Hesychio antiquioribus, Latinos debet, multis partim ab ipso ortu, partim deinceps maculis fœdatos, sed ex Origenianis codicibus graecis per Hieronymum emendatos.* conf. Whitbii Examen, f. 27,

ubi Hieronymo in *Palaeſtina* verſanti, bibliothecæ *Alexandrinae* ſcrinia perveſtiganti, *Antiochiam*, *Conſtantinopolin*, variaſque Aſiæ provincias perluſtranti, imo, dum in Ægypto ageret, monaſteriorum Nitrienſium codices evolventi, ſubſidia codicum Græcorum ad *Latinos* emendandos non defuiſſe evincit. Conſtantinus Magnus ut ad eccleſiam ſe aggregavit, quinquaginta ſacrorum librorum exemplaria quam celerrime adornari, literis ad Euſebium datis, & Conſtantinopolin apportari juſſit. vid. Euſeb. l. 4 de Vita Conſt. cap. 36 & 37. quo in negotio, *dubitari poſſe* negat Hodius f. 621, *quin editionem ſuam Palaeſtinam in illis exemplaribus miſerit, etſi paulo poſt uſu vulgari recepta ſit Conſtantinopoli editio Lucianea.* Id quod ſuo modo etiam de N. T. cenſendum eſt. Cumque deinde lectio, præſertim publica, indies in eccleſia frequentior fieret, & codices magis magisque ad uſum illum accommodarentur: ſubinde aliqua, initio præſertim & fine pericoparum, addita, demta, commutata, trajecta ſunt: loca, quæ minus utilia plebeculæ putarentur, diſſimulata: formulæ eccleſiaſticæ illatæ: paraphraſes adhibitæ. vide Var. Marc. II. 17. Luc. VIII. 15. XIV. 24. XXI. 25. XXII. 36. Act. III. 11. 1 Cor. VI. 20. VII. 3. 5. Gal. II. 11. III. 1. Ap. IV. 8. Conſtantinopolitanæ autem eccleſiæ codices, magis quam ceteros, *feſtivis* ejuſmodi luxuriaſſe floſculis, aliiſque additamentis, quæ codicibus a Luciano nuncupatis digna forent; claris hodienum veſtigiis deprehenditur. Nil mirum, ſi codices Euſebiani aliique antiquiores per alios alioſque publicæ lectioni aptatos fuerunt obruti. Accedit quod circ. A. 726 Leo III bibliothecam, quæ trecenta codicum millia habebat, combuſſiſſe fertur: quo incendio, aliisve, quin multa vetera N. T. exemplaria fuerint deleta, non eſt dubium. Sane ſuperſtites hodie codices Græci omnes Origene, imo Euſebio, imo, niſi excipiendus eſt Alexandrinus, Hieronymo; multi etiam Photio, imo Theophylacto, ſunt citeriores. Hanc tantam codicum ab ætate apoſtolica diſtantiam, eorundemque inter ſe arctam propinquitatem, & comparatam ad codices deperditos paucitatem, & Græcorum ingeniorum curioſitatem, quiſquis intelligit: hic nulla ſe lege, nulla ratione adſtrictum putabit, ut præ iis ubique omnes alias genuinæ lectionis indagines, divinitus conſervatas, faſtidiat; neque in numero codicum ineundo moroſe adhæreſcet: ſed deciſionem in lectionibus ſerius invectis & in codices ceteroqui præſtantiſſimos propagatis repetet altius.

Obſerv. XXIII. Afflavit eadem licentia codicem *Al.* ſed parce.

Antiquiores cauſas habent, quæ Obſervatione XI & XVII collegimus, hic non recoquenda: propius autem huc ſpectant, quæ Obſervatione XXII e Grabio notavimus. Præterea licentiæ veſtigium habet Al. in Luc. XXII. 43. Millioque fidem facit, qui in foliis ex eo deperditis etiam adulteræ hiſtoriam Ioh. VIII delideratam fuiſſe, ex foliorum capacitate aperte colligi ait. Sed tamen immunis eſt Al. noſter a mutationibus permultis, atque ab iis omnibus, quas modo Obſervatione eadem XXII collegimus. Quod ſi omnes lectiones, quas Hieronymus aut ignorat, aut reprehendit, evolvas; longe plures earum habent plerique codices hodie obvii, quam Alexandrinus. Quem quaſi in bivio ſtetiſſe, patet ex eo, quod clauſulam

ſulam Rom. XVI. 25 ſeqq. a pleriſque Græcis ſub Rom. XIV. 23 repræſentatam, utroque loco exhibet.

Obſerv. XXIV. Parcius etiam abſtruſiores & *codices* & *verſiones* afflavit ea licentia.

Non modo interpretes, ſed etiam codices reconditos, interdum labare, ſupra diximus: ſed utrique ea fere, quæ in Alexandrino laudat præcedens Obſervatio, communia cum illo habent: quæ in Alexandrino reprehendit, vitant. Adde Obſerv. XX. conſid. I. loc. 24. 27. 44. 46. 50. 87. 108. *Erat codex Æthiopis*, inquit Millius, *minus interpolatus, quam cæteri; fere dixerim, quam Alexandrinus ipſe.* Proleg. § 1218. Id magis etiam de codicibus Græcis Syri veteris, Coptitæ, Gothi dici poſſit. Neque vero deinde minor apud Syros, Ægyptios &c. quam apud Græcos, vernaculorum cura exemplarium fuit.

Obſerv. XXV. Parciſſime vero *Latinam* verſionem.

Propriis ea nævis eſt obſita, ut diximus: ſed quicquid de aliis monumentis prædicavimus Obſervatione præcedente, id Latinæ quoque verſioni competit: cujus propria inſuper eſt quædam, ex ſingulari antiquitate, ſinceritas. Act. VIII. 37. 1 Ioh. V. 7. Si hæc & XXIII Obſervatio cum intermedia XXIV conferatur, fit quoddam Alexandrini & Latini divortium, quod ipſum conſenſioni illorum novam vim addit.

Obſerv. XXVI. Selectis hiſce monumentis non officit promiſcua codicum multitudo.

Multi hac methodo utuntur: Vbi tangitur lectio, quam in omnibus aut pleriſque editionibus exſtare aut ſciunt aut putant, primum eis jam hoc ſatis eſt, ut ſtatuant, defendendam eſſe lectionem: deinde experiuntur, qua ſpecie defendi poſſit. Vbi ea nonnihil præſidii habet, ita dicunt: QVIA hæc lectio exſtat in mſſ., in verſionibus, in Patribus his & illis; IDEO defendemus eam. nec tamen quærunt, utrum pauciores an plures, deteriores an meliores, recentiores an antiquiores mſſ. & verſiones & patres eam lectionem habeant, quæ ipſis diſplicet. Contra, ubi lectio ipſis placita imbecillis eſt, ita dicunt: QVAMQVAM iſta lectio exſtat in mſſ., in verſionibus, in Patribus his & illis; TAMEN eam non admittemus. nec tamen æque codices, verſiones, Patres pro ea lectione, cui favent, producunt. Itaque verſiones exoticas, Clementem Alexandrinum, Origenem, Euſebium, Baſilium, Epiphanium, ſcholiaſtas Græcos, Auguſtinum item & Hieronymum (hos enim præ ceteris laudat Whitbius,) non perpenſis rerum momentis, ſed pro arbitrio, modo advocant, modo explodunt, dum rem deducant, quo ipſi volant, non quo ſpectat res. In ſupplementum autem allegare ſolent contextum ipſum,

emphaſin &c. perinde ac ſi altera lectio virtute ſua careret; perinde ac ſi contextum non legiſſent, qui eum gloſſis auxerunt; perinde ac ſi id demum, quod textui repugnaret, ei aſſui potuiſſet. Gravitati huic atque conſtantiæ locus eſt, ſi abſit partium ſtudium. Supra varietates in gregariis codicibus Græcis obvias, & ſupra earum cauſas longe poſitus eſt Alexandrinus; longius, reconditi codices illi & verſiones exoticæ; longiſſime, Patres antiquiſſimi & Latinus interpres: atque horum priſca & aperta germanitas quantivis pretii & ponderis haberi debet. Re enim vera ſunt ἀντιγραφεῖς (*Controleurs* vocant Galli,) qui ſuo conſenſu multitudinem codicum graviſſime confirmant; diſſenſu autem ſuo ab eadem, genuinæ lectioni neceſſario cavent. Non quilibet ſeorſum locus pro arbitrio tractari, ſed ſumma tota varietatum perpendi, & ex cauſis æſtimari debet. quod ſi feceris, reperies, partim eſſe loca, quorum lectio in antiquioribus, ſed rarioribus monumentis plenior eſt; in pluribus, ſed citerioribus, brevior, publico eccleſiæ uſui attemperata: partim loca, quorum lectio in antiquioribus, ſed rarioribus monumentis brevior eſt; in ceteris plenior, paraphraſin ſibi fatens adhibitam. Et quemadmodum in judiciis, quo plus minuſve neceſſitudinis inter ſe habent teſtes atque ii, quorum res agitur, eo majorem minoremve habent auctoritatem: ſic in hoc negotio Græci codices inferiorum ſeculorum, quaſi ex una domo, acervatim ambulant & loquuntur: ſed antiquiores illi teſtes aliquanto inter ſe ſunt remotiores, minuſque ex compoſito agunt.

Hactenus oſtendimus, quomodo conſenſio Al. *&* *Lat. deciſionem praebeat: exhinc gradum facere licet ad decidenda ea loca, in quibus alteruter horum aut hiat, aut ab altero diſſonat.*

Obſerv. XXVII. Vbi *Al.* aut *Lat.* hiat, proximos utriuſque ſurrogare fas eſt.

Mutilus eſt *Al.* in Matthæo a cap. I. 1 ad XXV. 6. in Iohanne a cap. VI. 50 ad VIII. 52. in Epiſtola ſecunda ad Corinthios a cap. IV. 13 ad XII. 7. *Latinus* item pro mutilo haberi meretur, quotieſcunque, quid is Græce legerit aut Latine dederit, non apparet: ut ſupra diximus. Talibus ergo in locis ſurrogandi veniunt proximi eorum. & quidem proximum omnium Latinum habet Alexandrinus, Alexandrinum Latinus: ab his ſi diſceſſeris, utriuſvis pauſa & defectus per utriuſque propinquos, codices interpreteſque, ſupra memoratos, ſarcitur. Codiceſque bilingues, ubi Latina lectio uni Græcæ lectioni æque atque alteri reſpondet, adeoque Græca eorum lectio non ad Latinam reficta eſt, ſæpe Alexandrinum tenorem & ſequuntur & comprobant.

Obſerv. XXVIII. Vbi *Al.* & *Lat.* inter ſe diſſonant, alter alterum nervoſe refutat.

Si *Lat.* & *Al.* interdum una hallucinantur, ut Obſervatione XVII oſtendimus: multo magis utervis labat ab altero ſeorſum, ut notavimus Obſervatione XI &

XXIII

XXIII de *Al.* & Obſervatione VIII de *Lat.* de quo porro vide var. Marc. VII. 31. 1 Theſſ. II. 7. 1 Tim. VI. 20 1 Cor. XVI. 9. & Philem. v. 6. Tit. III. 10, ubi Irenæus eum refutat: & 1 Ioh. IV. 3, ubi a Polycarpo diſcedit. Quanquam locis ejuſmodi fere omnibus tota vis mutationis in tenui apice aut vocula, (neque enim plus in tantam antiquitatem cadebat,) eſt ſita. Vbicunque ergo diſſonant, alteruter eorum ſine dubio genuina lectione gaudet. uter autem? is, penes quem nulla fuit aberrandi proclivitas: is, quem rationes idoneæ fulciunt: is, quem alii teſtes probi firmant. Non opus eſt omnes ubique codicum excitari copias: ubi hi duo propinqui inter ſe pugnant, plerunque unus alterve interpres antiquus, duo treſve codices Græci idonei, tanquam arbitri, victoriam ei, cui debetur, addicunt. Conſiteamur quod res eſt, ad laudem Dei in providentia ſua de verbo ſuo: Inſigne beneficium eſt in antiquitate & ſinceritate codicis Alexandrini & interpretum veterum, Latini inprimis, conjuncta. Multi ſeorſum Alexandrino codici, multi ſeorſum Latino aliive interpreti palmam decernunt. Quod ſupereſt, conjunge utrosque: veritatem aut in conjunctione habes, aut ex conflictu elicis. Ex Ægypto vocavit Deus Filium ſuum: ex Ægypto monumenta ſcripturæ N. T. quam ſinceriſſima redeunt. confer Iren. l. III. c. 25. f. 256. ed. Grab. & Hieron. ep. ad Pammach. & Marcellam.

Obſerv. XXIX. Interdum *Latinus* Alexandrino, interdum *Alexandrinus* Latino prævalet.

Ne lector theſes harum obſervationum, ac non explicationem evolvens, putet, *Al.* & *Lat.* ſæpius a nobis, inepta repetitione, partim vituperari in Obſervationibus obſervatione ſuperiore citatis, partim laudari in Obſervationibus IX. XII. XVIII. XIX. XXIII. XXV; monemus, primo id fieri generatim; ſecundo, in comparatione *Lat.* & *Al.* mutua: tertio, in comparatione *Lat.* & *Al.* cum aliis codicibus Græcis: & nunc quarto, ad diſcernendam genuinam lectionem, vel a *Lat.* vel ab *Al.* ſeorſum exhibitam. quocirca exemplis uſi ſumus alias & alias cauſas habentibus. Palma ubique, *Hieronymo* judice, Græcis veteribus debetur codicibus, iis maxime, quos Origenes, Pierius, Pamphilus, Euſebius dederant: quibus multarum gentium jam tum interpretationes reſpondebant; & qui maxime ab additamentis interpretes illos fugientibus immunes erant. Hac lege perſæpe ea lectio *Latina* vincit, cujus ſimplicitas & brevitas, græcorum codicum quamlibet paucorum, dummodo veterum, & interpretum patrumque, Aſrorum præſertim, aſſenſu comprobatur. Exempla vide in var. Hebr. IV. 2. deinde Matth. V. 22. VI. 13. Luc. XI. 2. 4. Hebr. II 9. Dicamus tandem, quod res eſt. examen loci ſingularis, 1 Ioh. V. 7 eo jam deductum eſt, ut omnes ſani neceſſe habeant, aut miſſum facere locum; quod abſit: aut Græcos firmiter indicare codices, qui eum habeant; quod non poſſunt: aut ad Latinos confugere; quod nos ſuo loco non facere non potuimus. Præter hanc lectionem pauculæ aliæ, aut omnium aut doctiſſimorum hominum calculis probatæ lectiones, ad Latinam verſionem recidunt, ut Matth. IV. 16. VI. 1. Act. II. 24. VIII. 37. XIII. 6. 33. Ap. VII. 5. Non ullus facile reperietur locus, in quo ceteræ verſiones conjunctæ,

nedum ſingulæ, anteferendæ ſint Latinæ verſioni cum Græcis codicibus omnibus congruenti: nam & minus antiquas illas eſſe vidimus & minus ſinceras. Latinæ tantummodo quædam ſunt lectiones, ad tempus non ut ex regula, ſed quaſi *per exceptionem* tractandæ, donec Græci codices inveniantur, eorum, quibus Latinus eſt gaviſus olim, quam ſimillimi. Si Valla putaſſet, nil extra ſuos Græcos codices, quibus fretus Latinum reprehendit, a divina Providentia reſervatum eſſe poſſe ad differentias poſthac decidendas ponderoſius: quam miſere erraſſet? Si Eraſmus habuiſſet Stephani codices: minus ei ſæpe hæſiſſet aqua. Si Eraſmus & Stephanus vidiſſent codicem Alexandrinum & copias per Millium alioſque conductas: non eos credimus dicturos, complura nunc facillime expediri, quæ ſuis ipſi temporibus expedire non potuerint? Ergo nos etiamnum codices aliqui Græci fugere poſſunt, qui poſteros noſtros, quum maturum fuerit, egregie juvent: neque noſtra quamlibet inſtructa ætas ita ſibi placere debet, ut alios nil perfectius manere ſtatuat. Sapienter ſententia communis non ſingulos, ſed univerſos codices N. T. a corruptionis nota abſolvit: ſed quæſtio inde ſubnaſcitur, Vtrum aliqui codices, quos varietati lectionum N. T. tandem ad apicem decidendæ, Providentia, ut credere pium eſt, reſervavit, adhuc lateant, an omnes jam ſint reperti & exculſi? porro ſi jam reperti ſint & exculſi, quæram, Quo tempore numerus eorum completus fuerit? & quid ante idem tempus de ſuorum ſufficientia codicum debuerint ſentire majores? Latino igitur, ubi idonea eum ratio nobis commendat, contenti ſimus, vel eum certe ne ſpernamus, dum Græca ſe magis aperiunt. Præclare hoc intellexerunt omnes ii, a quibus hodiernam lectionem accepimus. nam *Complutenſes* & *Eraſmus* in textu ſuo Græco Latinos aliquando potius quam Græcos probavere codices. *Rob. Stephanus* quid facturus fuerit, ſi Græcum textum maluiſſet ipſe adornare, quam ab aliis adornatum recudere, docet editio N. T. Græcolatina, A. 1551. ubi ait, *Veterem verſionem negligendam non exiſtimavi, quia eam MVLTIS in locis VETVSTISSIMI exemplaris GRÆCI loco eſſe videbam.* Rigidus in Vulgatum exiſtimatur *Bezæ*; atque is tamen in Præf N. T. ſic ſcribit: *Diſſentiebat, fateor, vetus interpres ab iis exemplaribus, quae Eraſmus nactus erat: ſed non uno loco comperimus, aliorum codicum, & quidem vetuſtiſſimorum, auctoritate eam interpretationem niti, quam ille reprehendit. Quin etiam aliquot locis animadvertimus, veteris interpretis lectionem, quamvis cum noſtris Graecis exemplaribus interdum ei non conveniat, tamen ipſis rebus multo melius quadrare; nempe quod ille, quiſquis fuit, emendatius aliquod exemplar nactus eſſet* Quanto animoſius principes hi editores, ſi hodie Latini interpretis cum tot aliis documentis poſtea repertis conſenſum viderent, & inde recenſiones ſuas retractandas haberent; quanto, inquam, generoſius aliqua retractarent, quæ nos, quia illis ſemel ſub manum venerunt, corrigere nefas ducimus, factum illorum potius neceſſarium quondam, quam judicium ſolidum imitantes? Recte quoque Glaſſius: *Sane quaedam loca*, inquit, *in verſione vulgata ita comparata ſunt, ut, licet prima fronte textui Graeco minus convenire videantur, pro corruptis tamen & incongrue verſis haberi ſtatim non debeant: partim quia ſenſum interpres quandoque ſecutus eſt, non ſtricte verba; partim quia aliam a codicibus noſtris lectionem apprehendit.* Philol. ſacr. p. m. 142. Et Calovius: *Relinquimus lubentes*, inquit, *verſioni vulgatae eum, quem habet*,

habet , honorem , & ubi emendatior eſt in locis quibuſdam , quam forte codices nonnulli Graeci , docentibus id aliis probatae fidei Graecis codicibus , & comprobante textu ſacro , veterumque aſtipulantibus teſtimoniis , non ſane corrigimus vulgatam verſionem , ſed potius Graecos illos codd. ea parte ad horum certiorem fidem emendamus Idem : *Quum* Beza , Caſaubonus , De Dieu *praeferunt vel aequant vulgatae lectionem Graeco textui , non id faciunt , qua vulgata per ſe confertur cum Graeco textu , ut pontificii eam conferunt , ſed qua vulgata Graecis quibuſdam codd. conformis , qui probatiorem lectionem retinent , confertur cum aliis quibuſdam Graecis codicibus , qui ea in parte ſequiorem minuſque probatam lectionem ſequuntur* Crit ſacr. p. 485. 487. Quare cel. Pfaffius & recte ait , *Abſurdum eſſe , Latinam verſionem tantopere aeſtimare , ut ad eam textus Graecus conformari debeat :* & tamen idem affirmat , *ex verſione vulgata genuinam lectionem aliquando poſſe reſtitui.* Syntag. p 101 189. Confer *Hottingeri* Theſaur. phil p 387 *Waltoni* Proleg. X § 12 & *Hodii* Hiſt. text. & verſion. f. 551 ubi & ſua & aliorum praeclara de Vulgato judicia promunt. quale eſt etiam *W. Wallii* , ſtatuentis , *lectionem Vulgati interpretis , propter ſummam vetuſtatem , quibuſdam in locis fideliorem eſſe Graecis hodiernis.* Not. crit. p. 25. nec non *P. A Boſenii* , Lutherum defendentis, qui Vulgatum ſubinde prae Graeco Aldi & Eraſmi textu ſit ſecutus. Vid. Diſſ. ejus de codice Graeco N. T. quo Lutherus eſt uſus , p. 57. Sane nemo de auctoritate Latini interpretis dubitat : id unum agitur , ut idoneo , non alieno loco ratio ejus habeatur. Latinos codices Graecis ſui temporis praefert *Hilarius* ad Rom. V. & verba ejus potiora refert Millius , cujus vide Proleg. § 788. coll. § 1318. In Graecos Hilarius quidem & longe iniquior , ut Millius cenſet , & aliquanto ſeverior eſt revera , quam eſſe debebat , alieno praeſertim loco ſententiam dicens : ſed de Latinis certe ex vero judicat. *Conſtat* , inquit , *quoſdam Latinos porro olim de veteribus Graecis translatos codicibus , quos incorruptos ſimplicitas temporum ſervavit & probat.* Neque tali modo rivus fonti anteferetur. ad apoſtolicam quippe manum exemplar Graecum , v. gr. biennio poſt mortem Iohannis deſcriptum , habebat ſe ut ad fontem rivus , non ut ad fontem fons ; vel , ſi Graecitas ſufficit ad fontis titulum , Graecum exemplar etiam ad verſionem aliquam refictum fons erit Sane fons Graecus eſt unice ; & Graeci rivi tantum non ſemper optimi rivorum : Latini , non niſi rivi , ſemel duntaxat iterumque limpidiores rivis Graecis , & fontis Graeci ſimiliores ; ut plurimum vero fonti Graeco & rivis Graecis optimis reſpondentes , & ad diſcriminandam utrorumque authentiam perutiles. Ergo rivi Graeci & rivi Latini inter ſe conferuntur , ut dignoſcatur , utra pars retineat Graeci fontis ſinceritatem: & controverſia , ut alia ſimilitudine utamur , ex jure primogenituræ , qua interdum *orphanus* excellit , decidi debet. Antiquiores Theologi noſtri minorem habebant (neque enim poterant ,) copiarum Graecarum & notitiam & admirationem : ideo Latini interpretis ſolitudinem poſthabuerunt interdum , ubi videlicet tantummodo cum repertis poſtea codicibus graecis congruebat : ſaepe rurſum expeditiore judicio , quam hodie plerique , Latino interpreti tribuerunt , quod ei debetur , v. gr. Matth. XXVII. 9. (confer Millii Proleg. § 855.) Et tamen paullatim acceſſerunt aliae verſiones : quin etiam Graecorum patrum , Origenis maxime , pretioſiſſima fragmenta & ſtricturae ; quorum ſilentium ceteris locis fraudi eſſe non debet,

ubi

ubi Latinam lectionem defendunt vel rationes vald idoneæ, vel aliæ verſiones inſignes, quæ radios genuini textus Græci fidelius interdum, conjunctæ præſertim, repercutiunt, quam ipſe codex Alexandrinus Eundem fuiſſe Grabii, viri literatiſſimi, ſenſum, notæ ejus potiſſimum ad Irenæum, loca N. T. copioſe allegantem, demonſtrant. Tuque, prudens lector, ſi aliquid v. gr. Germanice commentaris ipſe, alterque id Latine vertit: unde ſententiam tuam in loco, qui forte in Germanicis perperam, in Latinis recte fuerit deſcriptus; unde eam, inquam, abs quovis æſtimari voles? opinor, ex Latinis; non quo tua alienis poſthabeas, ſed quod in loco excepto aliena tuorum ſint ſimiliora, quam tua. Accurate & fideliter hæc tenenda ſunt: quia hinc potiſſimum pendet ſolutio varietatum antiquiſſimarum, graviſſimarum, & impediti ſſimarum, quas in hac ipſa obſervatione & in præcedentibus paſſim tetigimus. Non mero ſingulæ literatorum arbitratui ſunt committendæ; ſed cunctarum deciſio ex cohærentibus totius negotii radicibus petenda, veritaſque amplectenda, ſive defenſionis inde, ſive emendationis beneficium ad lectionem eam, cui aſſuevimus, redundet. Tali pacto a Luca admiſſum capite III. 36 *Cainan* retinemus: ſed multi, etiam plurimum ceteroqui codicibus tribuentes, admiſſum vel dubitant vel negant. Item Matth XII. 8 ϰαὶ particulam non legimus: ſed Whitbius in ea amplectenda vel ſolum Vulgatum Græcis codicibus, quos acerrime defendit, tamen anteponit. Agnoſcit igitur Whitbius, agnoſcunt reliqui, ne ceteris quidem in locis majore codicum græcorum numero nimis rigide nitendum eſſe contra minorem numerum juſta ratione fultum Orantur veritatis ſtudioſi, ut hæc quam ſeveriſſime, ſed ſine affectu, expendant. Erunt, qui vix teneantur, quin me antiſcripturarium dicant: atqui hoc crimen in quemlibet, qui in hoc genere navavit aliquid, primo tempore collatum fuit. videant vero, ne dies diem docens, ipſos, quod nolim, declaret antiſcripturarios. Nil partium cauſa dico, nil per ſingularis ſententiæ affectationem: conſcientiæ me meæ in hac re obſequi ſimpliciter, quivis perſpiciet. *Alexandrinus* interdum quin vincat, nemo dubitat, qui liberum habet judicium Patrum, interpretum, Græcorum codicum modo agmine pleno, modo delectu nobiliſſimo, ſtipatus ſolet incedere.

Obſerv. XXX. Quælibet varietas paulo gravior omnem codicum, patrum, verſionum multitudinem in *duas* partes dirimit, pro utravis lectione militantes.

Semper aut duplex eſt varietas lectionis, aut, ubi multiplex, ad duplicitatem mox redigitur. Porro ubi altera lectio e duabus uno duntaxat alterove codice Græco gregario nititur: ea quoque conſeſtim evaneſcit. Eæ demum negotium exhibent varietates, quæ pro utraque lectione teſtes multos & graves habent, atque hîc plerumque ab una ſtat parte *multitudo* teſtium, qui ſunt codices Græci communiores & patres minus antiqui: ab altera *vetuſtas* patrum, interpretum, codicum Græcorum reconditorum, qui fere ſunt *Al. Colb 8 6.7. Cypr. Med N 1. Pet. 3 Roe 2* nec non *Cov. 2.4. Gen.* & codd. *Græcolatini:* item *Æth. Arm. Copt. Goth. Lat. Perſ* & *Iren Clemens* Al *Orig. Theo-*

Theodorit Euthal Andreas Cæſ. Si ex illis quinque regionibus, de quibus Obſervatio XXII agit, codicum ſuffragia in ſingulas haberemus varietates, amœna eſſet conſideratio: nunc quum earum quælibet fere duplex eſt, ſufficit, ut ſingulis in locis ſuffragia codicum, verſionum, patrum, quibuſcunque ex regionibus præſto ſunt, in duas partes diſpeſcantur; id quod & facillimum eſt, & deciſionem maximopere adjuvat, præſertim ubicunque alteram lectionem præ altera regionum firmat diverſitas.

Obſerv. XXXI. Vbi Al. & Lat (vel codices his ſurrogati,) aliique græci codices, communes & reconditi, vel multi vel plerique, & patres, & verſiones congruunt: eſt id genuinæ lectionis argumentum; & argumentum eo firmius, quo major talium teſtium multitudo eſt atque diverſitas.

Tum videlicet nationes codicum, quas § XXXI diſcrevimus, Alexandriam, Antiochiam, Conſtantinopolin, Hieroſolyma, Romam, id eſt, totum orbem Chriſtianum, complexæ, potiore certe ſui parte, in unum conveniunt, copiaſque ſuas invicto robore conjungunt. Hoc tutiſſimum omnis deciſionis compendium: hoc certiſſimum ſanæ lectionis criterium. Vnius generis codices, quamlibet multi, ſæpe aberrant: duæ vero nationes illæ, in quas primo quoque tempore diſceſſere codices, firmitudine ſumma gaudent; perinde ut moles ex utroque latere uni alterique ſulcro idoneo incumbens perſtat melius, quam ſi ex uno tantum latere haberet decuplo plura. Non jam qualiſcunque ſpecies codicum antiquorum, bonorum, multorum, in cenſum venit: valet vero *Diverſitas* teſtium, qui a fonte, a manu prima, quam proxime abſunt, & inter ſe quam longiſſime diſtant; adeoque ſuo conſenſu genuinam lectionem oſtendunt, ſuoque comitatu ſemper & antiquitatem, & bonitatem, &, exceptis ſingularibus quibuſdam cauſis, pluralitatem complectuntur: vel, ubi pluralitas deficit, defectum ſupplent, ipſiſque codicibus recentioribus & inconſtantioribus robur addunt. Quo pacto pleriſque in locis deciſio eam firmitudinem nanciſcitur, quæ ſit, pro natura rei, inſtar Demonſtrationis. Guſtum merum & arbitrium humanum initio hujus diſceptationis excluſimus: ſed eas lectiones, quæ per diverſitatem teſtium aſſeruntur, plerumque videas nativam quandam brevitatem, auſteritatem, elegantiam habere, & eum decoro illo, quod § I commemoravimus, convenire. Atque hæc cauſa iiſdem teſtibus, aliis quoque in locis, præcipuam quandam conciliat auctoritatem.

Obſerv. XXXII. Perpauca majoris momenti loca adhuc relinquuntur in æquilibrio.

Talia ſunt, ubi v. gr. ex una parte eſt *Lat.* & *Al.* ex altera ceteri codices Græci, ita quidem, ut in utramque partem vel tantundem vel nihil ſuperpondii accedat ab aliis verſionibus & patribus, a variarum lectionum cauſis, a contextu ejuſ-

que interpretatione. Exempla dat mārgo noſter, quotieſcunque γ literam habet. Sobrietatis eſt, talibus in locis judicium ſuſpendere, dum expediuntur: idque tanto æquiore animo, quanto pauciora ſunt hujuſmodi loca. In ceteris facile, ubi conſiſtat, habet veritatis ſtudioſus. nam in extrema quidem diſcedunt, qui ex una parte editionem eam, cui aſſueverunt, obnixe defendunt, ut ſi in manu ſua omnes haberent apoſtolorum apices, præ omnibus omnium ſeculorum lectoribus; & qui ex altera parte uniùs alteriuſve manuſcripti aut interpretis antiqui detrimenta recepto textui præferre & inferre audent: mediam vero regiamque tenent viam, qui lectionem idoneis monumentis, eorumque minore quidem interdum, ſed plerumque majore numero, idoneiſque ſimul rationibus ſultam, ſine præjudicio quærunt, & inventam, in quantum capiunt, in tantum tuentur.

§ XXXIII.

Simulque farcit hæc methodus, quicquid codicibus vel ad vetuſtatem bonitatemque, vel ad numerum deeſſe videtur. Non repetemus, quæ de his dotibus diximus § X. De *vetuſtate* quidem codicum anceps eſt & delicatum judicium. Annos nonnulli adjectos habent: unde ſcriptus noſcitur Anno 1500 *Hirſ.* Anno 1338 *Seld. 2.* A. 1291 *M. 1.* A. 1286 *Laud. 5.* A. 1160 *Eph.* A. 1087 *Cov. 2.* A. 1047 *Laud. 4.* A. 1006 *Gehl.* A. 1000 *Moſc.* recentiore ſui parte. Ante annum 1183 *Byz.* A. 964 *Par. 7.* nam indictione VII imperante Nicephoro ſcriptus notatur, quæ nota in nullum alium ullius Nicephori imperantis annum convenit. Etenim ſeculo X, quo ineunte literæ Conſtantinopoli magnopere refloruerunt, mos anni in codicibus notandi videtur exſtitiſſe. Sed potuit aliquando unius anni mentio ex codice antiquiore in recentiorem ſine mutatione transferri. Plerique ætatem habent minus notam. Lectionaria, in quibus eſt idem *Laud. 4*, fere circ. A. 1000 ſcripta perhibentur, ut *Bodl. 3. M. 2. Wheel. 3.* quibus *Aug. 4* non concedit. vetuſti etiam *Seld. 4. 5.* Recentiores, *Bodl. 5. Bu. Colb. 4. Cov. 4. Mont. N. 1. L. Lin. Seld. 3. Trit. Vſſ. 2.* Vetuſti, *Colb. 1. Lin. alter.* Annorum 300, *Bodl. 2.* circiter 400, *Seld. 1.* plus 400, *Laud. 2.* circiter 450, *N. 1 alter*, cui ſuppar *N. 2.* circiter 500, *Cov. 3. Bodl. 4.* plus 500, *Baroc.* 500 aut 600, *Cant. 2. Baſ. 2.* plus 600, *Colb. 7. Lipſ.* circiter 700, *Colb. 2. Hunt. 2. Laud. 1. Magd. 1. Pet. 1. Seidel.* 700 aut 800, *Vien.* plus 800, *Per. Wo. 1. 2.* Vnde patet, Græcos ſub Bedæ & Alcuini tempora, occidentalium ipſiuſque Caroli M. fortaſſe ſtudio incitatos, operam denuo dediſſe codicibus; codiceſque paulo vetuſtiores per recentiores fuiſſe obrutos: vix certe ullus ante ea tempora codex invenitur cum indicio anni, quo ſcriptus ſit. Antiquiſſimi perhibentur *Al. Boern. Cant. Clar. Cypr. Laud. 3. Moſc.* (majore ſui parte,) *Par. 9*, maximeque *Vaticanus.* Sed tamen ne horum quidem ullus Hieronymi ætatem certo attingit aut vincit: atque ipſe *Cant.* ſummæ vetuſtatis opinione excellens, vereor, ut ſe ſatis tueatur. Stricturas quidem habet e lectionariis, v. gr. in var. Marc. I. 29. Act. III. 1. At varietates, maxima ex parte, non ſolum Hieronymo, ſed etiam Vlphila, Origene, Tertulliano clamant ſe eſſe antiquiores, & inter

ter ipsos, qui hodie supersunt, codices antiquissimos intercedunt. In his igitur Græcis codicibus, antiquitatis gradus anxie discriminare, jejunum est: in antiquissimis versionibus patribusque id notari, multo pluris refert. Hoc penitus infixum habeant omnes, semperque cogitent, oportet, qui in præcipuis varietatibus, non quod plerisque placeat, sed quod germanum sit, ex animo requirunt. Ex hoc ipso apparet, ne *bonitatem* quidem semper cum antiquitate esse conjunctam: & revera antiquissimi hodie codices sæpe sunt mendosissimi. Nunc hac methodo utilitas vera ex omnibus codicibus non modo antiquis iisdemque bonis, sed etiam bonis ac non antiquis, antiquis ac non bonis, capi potest. nam ubi aberrant, sibi relinquuntur: ubi vero cum aliis probis vetustisque congruunt, apparet, lectionem eorum non pendere ab ea parte, qua laborant; sed antiquam esse & item probam, per librariorum injurias seculorumque anfractus eluctatam. Imo consensus duorum codicum, quorum alter vetus, alter recens; alter emendatus, alter vitiosus est, firmius præbet suffragium, quam duo gemelli veteres ac boni. Eodemque documento constat, non nimis morose requiri debere antiquitatem Græcorum codicum summam. Etenim si anni simpliciter in codicibus numerandi sunt, antiquissimum quemque codicem Hebraicum mss. V. T. vincet recentissimus Græcus N. T. nam ille longius abest a prima non modo Mosis, sed Malachiæ manu, quam hic & nos ipsi ab ætate apostolorum. Si anni simpliciter numerandi, is, qui hodie supereſt, omnium antiquissimus, eo temporis articulo, quo olim erat omnium recentissimus, nulli non postponendus fuit: num igitur situs cum postea meliorem fecit? Si anni simpliciter numerandi, quid codice, qui hodie habetur ceteris antior & melior, eras futurum esset, si alius reperiretur antiquior, ab illo multum diversus? Manum apostolorum, interjectis multis brevibusque librariorum successionibus, valde mutatam referre potuit codex hodie XII secula habens: eandem manum apostolorum, interjectis paucis tardisque librariorum successionibus, accurate referre potest exemplar hodie excusum, adeoque etiam hodie descriptum. Sarcit eadem methodus, quicquid ad *copiam* codicum deesse videtur. Primum sæpe ex codicibus unius syzygiæ, valde inter se affinibus, excellentior quispiam hiatu laborat, aut negligentius corruptus est: & tum, quid lectionis habuerit, ex cæteris ejusdem sodalibus discitur. Demum sæpe librarii differentiam aliquam valde subtilem facile præterierunt aut neglexerunt: nunc lectionem laborare opinati, obnixe circumspexerunt, quoad occurreret codex, qui planius quidpiam suggereret. Sæpe excerptor alius post alium lectionem aliquam in codicibus obviam, tamen aut non observavit aut non probavit; nec eam aut in contextu ipso cum altera magis placita conjungere potuit, aut in margine notisve eam exhibere dignatus est: & plane a Complutensibus, Erasmo, Stephanis, cæterisque ante Millium, in iis codd. quos versabant, plurimæ præteritæ fuere lectiones, quæ postea ex aliis codd. productæ sunt. idque judicari potest partim ex iis varietatibus, quas iidem antecessores notarunt, quippe quæ intimam codicum antea & postea collatorum convenientiam demonstrant: partim ex editionibus posteroribus, quæ multas lectiones in prioribus admissas reticuere: partim ex ingenti spicilegio, quod codices pridem excussi dedere Millio, cujus vide Proleg. sect. 1418. 1423. 1451. 1472. 1507. de codd. *Alt. Cant.*

Cant. Magd. 1. 2. Pet. 1. Comp. Baſ. 1. 2. Ipſe Millius varietates duntaxat minutiores neglexit, vel de codicibus eas exhibentibus nonnullos omiſit, ut infra oſtendemus. Multa denique ſuffragia codicum per tot philologorum & typographorum manus tranſportata mutationem ſubiere: unde fit, ut eidem interdum codici alibi alia lectio tribuatur. Quod ſi numerus codicum præciſus ad deciſionem requiritur, quorſum deveniemus? nunc non codices numerantur; ſed genera codicum penduntur, in quibus dubitare vel pudor eſt. Et ubi varietas quæcunque, ab anteceſſoribus Millii, vel etiam interdum a librariis præterita, paucos; ubi varietas minutior, ab ipſo Millio neglecta, pauciores habet codices: hæc paucitas per ſe non tollit veritatem lectionis, ſed ex codicibus noviſſime collatis colligemus, codices antea collatos, quibus ii reſpondere ſolent, eandem lectionem habuiſſe. Et, ſi is conſenſus Diverſitatem codicum complectitur, dubitatio omnis eximetur. Firma eſſe, quæ diſputamus, hoc eſto indicium: in multis hujuſmodi varietatibus ad nomina codicum pauciorum adjeci, *pluresve.* ibi ſi *plures* codices, quam eos, quorum hodie ſuffragium habetur, poſthac ſic habere reperientur, *plures* etiam ſub manibus anteceſſorum ſic habuiſſe, jure ſtatuetur. Exemplum egregium exſtat Marc. VII. 2: ubi ἐμέμψαντο habent edd. ſed non habent manuſcripti optimi, neque habuit exemplar Græcum, ex quo Græca ſua dedit *Cant.* idemque *Steph. β*, quippe qui ex Latino ſupplevit κατέγνωσαν. id quod nec Stephanus nec Beza notavit. Neutrum verbum Græcum habet *Al.* ſed diu hic codex in occidente celebratus fuit, antequam hoc ejus ſuffragium proferretur aliiſque augeretur a Britannis. Quorum tandem Millius conjunxit *Al. Baſ. 1. Bodl. 2. Laud. 5. Æth. Arabica* aliqua exemplaria (Mareſchallo tria,) *Copt. Goth. Perſ.* cum *Cant.* quanquam Whitbius, negata Millii non bene recordatus, unum ei Æthiopem interpretem hîc quoque imputavit. Acceſſit poſtea *Par. 5*, per Kuſterum: *Wo. 2*, per Wolfium: deinde, *Aug. 2.* &, his pridem collectis, *Moſc.* Habuerunt autem, opinor, brevem hanc, & elegantem, ſed a paucis perceptam lectionem plures codices eridem collati: habebunt alii, qui poſthac diligenter conſerentur. interim hi ſufficere poſſunt lectori rem recte æſtimanti. neque enim ullius loci lectio o[illegible]metur falſa, in qua horum diverſitas codicum conſpiret. Denique hæc methodus non mediocriter confirmat, etiamſi codices illi, quos Lambecius, Le Long, Schiada, alii memorant, & qui Britannis noviſſime ex oriente miſſi, & [illegible] adhuc in oriente ſunt ſiti, & omnes reliqui, quorum adhuc futura eſt detectio, vel qui unquam deſcripti ſunt, nobis penitus collati eſſent, tamen nil reperitum iri, quod ſummam codicum tam diverſorum, qui adhuc collati ſunt, notabiliter mutet, ac non potius ſtabiliat. nam poſt Millium codices inter ſe valde diverſi, nec ſane pauci, ſunt collati; neque horum ullus lectionem dedit inſignem a Millio penitus præteritam: ac ſpondere auſim, omnes, qui poſthac eruentur codices, ſuos jam propinquos apud Millium habere, neque varietatem ullam reddituros eſſe, quæ & genuina, & momenti cujuſdam & adhuc ignota ſit. In ſumma, ex lectionibus potius de codicibus in poſterum, quam ex codicibus de lectionibus opus erit judicium fieri.

§ XXXIV.

§ XXXIV.

Totam rationem criticam *uno Canone* eoque perbrevi comprehensam proposuerat *Prodromus* operis hujus: & ipsam quidem hanc tractationem ita institutam habuimus, ut hunc canonem ex professo evolutum daret. sed diffisi sunt unitati canonis nonnulli, impediti fortasse sphalmate quodam, quod in *prologum* ad *Chrysostomum* de Sacerdotio irrepserat (correctum nunc,) cujus § II, L. VIII si evolveris, & sub finem ejus Legis pro 500 legeris 511 (agitur enim locus ille, de quo supra, § XXII.) canon possit magis placere. Veruntamen tractationem canonis mutavimus, qui ipse ita se habet, PROCLIVI SCRIPTIONI PRÆSTAT ARDUA, & tanquam conclusio haud sane jejuna continetur axiomate latissimo & solidissimo, quod his verbis effert *Lactantius: Bonorum* bonarum rerum; sic quoque, bonarum lectionum) *natura in arduo posita est; malorum, in praecipiti.* lib. de falsa sap. c. VIII. *Proclivitatis, facilitatis, pronitatis* vocabulum, in expungendis falsis lectionibus, longe familiarissimum solet esse criticis: quare nemo cordatus hunc canonem exagitare poterit. sane *proclive* est, ut librarius vel casu, vel consilio, vel casu & consilio, non mutanda mutet: sed *proclive* etiam est, ut codices novi præ antiquis, & codices græci vel latini præ græcis & latinis, & codices pauci præ multis, & codices inter se propinqui præ codicibus variorum climatum, idiomatum & seculorum titubent: expuncto autem eo, quod *proclive* erat, remanet, quod ei unum proprie opponitur, *arduum.* Hoc uno tota, opinor, vis canonum Gerardi a Mastricht, tota etiam nostra tractatio superior comprehenditur. Hoc apud omnes omnium linguarum, rerum, temporumque scriptores, atque adeo in ipso codicis Hebræi margine, totam prope rationem variarum lectionum complectitur. Neque exceptionem admittit ullam: neque enim aberratio ulla tum, cum admitteretur, non fuit proclivior, quam vera lectio; quamvis causæ proclivitatis interdum ignotæ sunt aut ancipites. Quare ubi decisio datur, causam ejus continet canon: ubi canon non decidit, ne aliunde quidem decisio dabitur; causamque rursus, cur decisio desit, canon dabit, *utriusque* lectionis proclivitatem. Sed canonem obtrudimus nemini: uno hoc aphorismo eum concludimus. cui is displicet, reliqua tractatione nostra utatur: cui probantur causæ plurimæ ad unam revocatæ; nullo negotio, quæ differuimus, ad eum revocabit, vel etiam singulis varietatibus eum applicabit.

§ XXXV.

Et hinc quum præsens evadit disquisitio, facile fuerit cuilibet, vigilanter eam atque ordine legenti, statuere, quid de receptis *editionibus* singulis & universis, de convenientia earum & differentia, deque ceteris in eodem genere conatibus aliorum sit habendum: nos autem id ipsum hoc loco etiam explicabimus, & quidem citra partium studium, contumeliam, arrogantiam, sincero veritatis emergentis & utilitatis publicæ amore; quod quidem eo magis necessarium est, quia apud multos, nisi oculis manibusque suis obtrusam sentiant veritatem, omnes tenuissimæ præsumtiones pro iis, quos semel approbarunt, prævalere non desinunt. Ante

exortam quidem Millii copiam & methodum, neque editores ipsi, neque ceteri, multis de locis exacte existimare potuerunt: nunc autem multo liquidius est expeditiusque judicium. Prima omnium est *Complutensis* A. MDXIV, quæ quam vere antiquitatem archetyporum suorum exemplarium extollat, ex vestigiis paulo post notandis apparebit. Videntur ea exemplaria postmodum *Barberiniana* esse dicta, ut ex convenientia *Barb. 1* & *Comp.* patet infra ad Act. XV. 18. 24. XXV. 2. 8. quæ convenientia magis appareret, si excerpta codicum *Barb.* essent pleniora. Vtut est, proprium quendam editio *Complutensis* cum codicibus antiquis consensum habet; qui ita interdum interpellatur, ut facile tamen deprehendi is possit. Raræ editionis hujus usum nobis concessit celeb. Vlmensium Senior, Ioh. *Frickius*, perinde ut Erasmicæ primæ.

§ XXXVI.

Etenim *Des. Erasmus* ab A. MDXVI ad MDXXXV Basileæ quinquies recensuit ediditque Novum testamentum: atque in annotationibus præcipue contulit inter se Græcas Latinasque lectiones: quo factum est, ut pleraque varietates cum momento conjunctas tangeret. Sed propter Græcorum codicum paucitatem, & penuriam speciatim eorum Græcorum codicum, unde latinarum lectionum originem perspiceret, difficile ei fuit decidere. Itaque interdum conjecturis indulsit. nam Erasmum neque alioqui a conjecturis abhorruisse, colligi poterit v. gr. ex Iren. l. 5. c. 8 sub init. & c. 13 post med. & ex Cypriano de bono patient. cum annot. 59 Pamel. & ex Chrysost. de Sacerd. § 454. 588. si quis Erasmicas eorum editiones cum ceteris contulerit: neque in N. T. id illum non esse conatum, mox patebit ex § XXXVIII. Codices græci N. T. quos adhibuit, permultum inter se abludebant, ut ex Annotationibus ipsius apparet, præsertim si excerpta earum ad codices postea productos conferas: cumque intra illos viginti annos alii subinde aliique codices ei suppeterent, suffragia illorum ægre potuit in unum conducere, ut, quid melior majorque pars conficeret, uno obtutu constitueret. Hinc ambiguam sæpe formulam adhibet, *Graece est;* ut qui non recordetur, unus an plures græci codices lectionem ipsi probatam exhibuerint. *Quod verteram*, eos qui mittuntur, (inquit in Apologia contra Stunicam, ad Luc. XIII. 34.) *nil aliud fuit in causa, nisi quod tum usus sum codice, qui habebat ἀποστελλομένους: cum scriberem annotationes, usus sum qui secus haberet. Nec enim res acta est eodem in loco. quaedam annotaram in Britannia, pleraque Basileae, ac pro tempore diversis sum usus exemplaribus, nec unis tamen. Porro cum perventum esset ad Lucam, ita sum afflictus adversa valetudine, ut coactus sim totum laborem conferendi dies aliquot intermittere, nec tamen poterant cessare operae, quod futurum erat magno typographi dispendio. Et ob id pollicitus sum alteram editionem, qua sarcirem, quod in priore fuisset cessatum: id quod & fecimus.* Neque tamen qualibet editione totum textum continuum fuisse recognitum, sphalmata typographica ex una editione in aliam Erasmicam propagata produnt. Tertia editio Erasmum vel maxime refert. nam ea limatior est, quam prima & secunda: quarta autem & quinta ad Complutensem, quam interea nactus erat, nonnihil accesserunt. *Simonis Colinaei*

linaei editio A. 1543 Lutetiæ Erasmi contextum ex illo codice, qui postea *Steph. id* idemque *Par. 5* dictus est; item ex *Steph. ix* vel etiam ex *Cant.* nonnihil, ut apparet, interpolavit; neque in alias editiones est propagata. Insecutus est Colinæum privignus, *Rob. Stephanus*, qui pro auctore lectionis hodiernæ habetur: falso. Vix enim a Comp. & Er. discedit, nisi forte in articulo, apostropho & ejusmodi elementis. & prima quidem Stephani editio, (sphalmatis carere falso credita,) Complutensem sequitur pressius, quidque ipse probarit, magis indicat; secunda item, sed admixtis erratis pluribus: in tertia, Erasmi editioni quintæ, vix uspiam mutatæ, marginem varietate editionis Comp. & mss. suorum distinctum opponit. neque idem ille textus, quem & Stephanus tertium excudit, & Millius notis suis substravit, Stephani magis quam Millii judicium singulis de locis exhibet. De Stephano, supra: Millii expende Proleg. § 1177 seqq. & 1228 seqq. 1261. Ejusdem editionis tertiæ aspectus docet, potiorem codicum in ipsius margine partem refragari Stephani, id est, Erasmi textui: quare qui & codices & textum promiscue defendunt, secum ipsi pugnant. Atque ubi π. id est, πάντα omnia mss. Stephanica lectionem marginis habent (habent autem persæpe,) eam semper aut fere semper genuinam ut agnoscas, *diversitas* codicum illorum postulat. Præter ipsa codicum excerpta, duplex adjumentum Stephanus, erudito dignissimum typographo, ad hæc studia attulit: quod & codicum *singulatim* indicandorum initium fecit; & textu in *versiculos* diviso, longe facillimam signandarum varietatum rationem introduxit. Atque antea Iacobus Faber textum Latinum, & annotationes suas simul editas, alia & alia versuum distributione coagmentarat, ad ceteras editiones haud facile transferenda: tum vero Stephanus, Fabri, opinor, invento aliquid addens, sectiones fecit non semper illas quidem textui accurate congruentes, sed tamen omnibus editionibus accommodatas. Secutæ sunt Stephanum anno 1564 editiones duæ, Voegeliana Lipsiæ, & Crispiniana Genevæ, speciosæ illæ quidem: sed permultas lectiones a Stephano per obelum notatas, obelo alios typographos deficiente, prætermiserunt. In Bibliis regiis Antverpiæ A. 1571 exculis, *Ben. Arias Montanus*, vel quisquis sub ejus ductu textum Græcum recognovit, is Erasmi Stephanive exemplar ad Complutensem recensionem conformavit, & Plantini prelo accommodavit: unde multa Erasmica, non tam consilio, ut apparet, quam casu, remanserunt. Ceteroqui neque textus in opere regio, neque Gul. Canteri libellus var. lect. Græcarum, apparatui operis parum accurate insertus, quicquam a Comp. Er. Steph. diversum exhibet.

§ XXXVII.

Unus ita vigescenti partim Complutensium, partim Erasmi Stephanique editioni manum injecit, *Theodorus Beza*: qui nonnulla horum quidem ad illorum sinceritatem redegit, sed vicinum aliqua de integro ex uno alteroque codice manuscripto, ex Vulgata, ex conjectura denique distingere sustinuit, præsertim in ed. quarta A. 1589. *Non desunt*, inquit Br. Waltonus, *qui Bezam nimis audacem fuisse judicant, dum a recepta lectione saepius sine necessitate recedit, & unius, interdum nullius codicis auctoritate fretus praetorium exercet potestatem, ex conjecturis mutando & interpolando textum*

textum ſacrum, pro lubitu. Proleg. IV. Confer *Calov.* Crit. ſacr. p. 488 ſeq. & G. a *Maſtricht* Proleg. N. T. p. 19. Et tamen Beza demum, ſi quæris, parens eſt lectionis hodie receptioris: Bezæ enim textum, quin etiam annotationes Bezæ, & *Henricus Stephanus*, & *Elzevirii*, magis quam ullum alium anteceſſorem ſunt ſubſecuti. Elzevirianum quoque textum retinet ſpecioſa editio illa, quæ cum LXX interpretibus, Ioh. Morini præfatione ornatis, *Lutetiae* A. 1628 prodiit. Poſt Bezæ obitum *Genevenſes* nonnullæ, præſertim illa, quæ Scaligeri notas habet, ad Complutenſem Plantinianamque ſe receperunt. Plus non tam in Bezam, quam in ipſum textum editum ſibi ſumſit *Eraſmus Schmidius:* vid. var. Matth. XXIII. 11. Marc. III. 16. XV. 1. Ap. I. 18. certe quod ad accentus & diſtinctiones attinet, v. gr. Luc. VI. 23 ταῦτα, τὰυτά Ioh. VII. 29 εἰμὶ, εἶμι Rom. XIII. 11 ὅτε, ὁτέ. Neque pauca ſunt errata fortuita, ſpecioſa quidem, ſed per Concordantias ejuſdem facile redarguenda. Hunc, quum multi laudent merito, tamen neque ſecutus eſt quiſquam magnopere, neque infectatus. *Boeclerus* interim ſuam editionem ad Eraſmum Stephanumque revocavit: e mſ. ſuo, (Romam poſtea perlato, ut ex Zacagnio docet Le Long P. I. Biblioth. ſacr. p. 396.) nihil produxit, quod huc pertineret. Deinde Elzevirianum illum contextum, interveniente *Curcellaeo* & *Leuſdeno*, recentiores certatim propagarunt. Curcellæi textum habet editio quoque *Oxonienſis* minor, & inde Amſtelædamenſis illa, cui criſin ſuam accommodavit *Gerardus a Maſtricht:* idemque eſt, quem Notis noviſſime Latinis *C. Stockius;* Germanicis, *C. Neudeckerus* inſtruxerunt. Stephani editionem tertiam retinuere *Waltonus* & *Millius.* Nil in horum omnium textu ab Eraſmo ac Beza diverſum quæſieris; fruſtraque cumulantur editionum congruentium ſuffragia, ubi de lectionis alicujus pondere agitur. unaquæque tantidem per ſe eſt, quanti eſt eadem cum omnibus ſequacibus: nec minoris primo fuit anno, quo prodiit, quam eſt hodie, ubi non nova eam recognitio confirmavit.

§ XXXVIII.

Non vaga aliorum traditione, ſed indefeſſa exemplarium collatione deprehendi, quæ affirmo: deprehendet etiam collator quilibet. Ex quo patet, receptiorem adhuc lectionem N. T. æſtimandam revera venire extribus recenſionibus, *Complutenſium*, *Eraſmi* & *Bezae.* atque hinc porro de *tota* Novi teſt. Græci poſt inventam typographiam *conſtitutione*, ſobrium ferri judicium poteſt. Primum ſingulæ recenſiones nævis ſuis laborant. vide paulo inferius, var. lect. (neque enim tam multa bis ponere decet,) vide, inquam, ſi quid refert, de *Comp.* v. gr. ad Matth. III. 11. Marc. XV. 3. Luc. I. 64. XXII. 36. 47. Ioh. VIII. 6. Act. XIII. 42. XXII. 20. XXVI. 26. Rom. XIV. 11. Phil. II. 14. Hebr. X. 2. 1 Ioh. II. 14. Ap. IV. 8. XV. 6. de *Er.* ad Matth. IX. 36. Marc. XIV. 32. Luc. XV. 26. Ioh. IX. 8. Rom. XV. 2. 17. 1 Cor. I. 29. 2 Cor. I. 6. VIII. 24. 1 Tim. VI. 5. Hebr. X. 34. Iac. IV. 2. Ap. III. 4, & paſſim. de *Steph.* ad Matth. X. 4. XXVII. 44. Marc. XI. 22. Luc. XIII. 29. 1 Cor. III. 11. VII. 24. XV. 23. 2 Theſſ. II. 5. 1 Tim. I. 17. Hebr. IX. 28. de *Beza*, ad Matth. XIV. 14. XVIII. 30. Marc. XII. 20. Luc. VII. 45. IX. 15.

IX. 15. XVIII. 31. Ioh. XVIII. 24. Act. I. 24. Rom. XVI. 20. 1 Cor. V. 7. 2 Cor. VII. 16. 2 Theſſ. II. 4. Hebr. IV. 15. Iac. IV. 13. 1 Pet. II. 21. 2 Pet. II. 18. Iud. v. 19. 24. Ap. XVI. 5. de *Elzevir.* & aliis recentioribus, ad Matth. XXIV. 9. Luc. VII. 12. Act. IX. 3. XV. 32. 1 Cor. VII. 5. Iac. II. 7. Adde § ſeq. med. Quod ſi nonnullis hujuſmodi in locis editionem aliquam defendere conaberis, ceteras eo ipſo reprehenderis, diverſum tenentes. Singulæ ergo laborant nonnihil: ut oſtenditur etiam in Proleg. Wetſten. cap. X ſeqq. germanamque ejuſmodi locorum lectionem ipſis editoribus illis ſuorum ſæpe pars codicum ſine dubio obtulerat; ſed tum minus dignoſcere potuerunt. Et quia Complutenſes atque Eraſmus codices habuere Aſiatica ſubinde paraphraſi auctos, eoſdemque arctioris interdum propinquitatis, (coll. var. Hebr. I. 3.) ideo etiam a potiore hodie codicum parte conjunctim interdum abſunt. Hinc Græcum illud manat, quod vulgare ordinariumque Simonius appellitat, de quo Obſerv. VI. Interim multo facilius eſt, priſtinos editores reprehendere, quam novam recenſionem nulli reprehenſioni obnoxiam præſtare: & ſumma lectionis hujus, quæ per typographiam in orbe Chriſtiano tam diu ſuſtentata fuit, pro illuſtri monumento divinæ in eccleſiam benignitatis amplectenda eſt. Neque Comp. Er. & recentiores edd. ſinceritatis teſtimonio privari unquam debent: & limam adhuc illæ quidem quamlibet acrem, ſed non niſi verecunda manu regendam, invitant. Perquam ſobrie Leonardus Twells, *Nulla ſuperſtitione*, inquit, *addictus ſum* Stephani *textui*, *ac plane ſtatuo*, *lectionibus ejus exſtare ſaepe meliores: ſed idem perſuaſum habeo*, *iniqua praejudicia*, *adeo apud doctos homines*, *adverſus illam editionem praevaluiſſe. Saepe animadverti*, *multas de lectionibus ejus*, *quae PRIMA SPECIE non ferendae viderentur*, *regulis VERÆ critices inniti. Quae res me docet*, *quiſquis novum concinnare textum conetur*, *ei magna opus eſſe cautione. aliter frequens erit in deteriorem partem commutatio.* Part. 1 Exam. pag. 30. Vtinam audiatur ſanus criticus. Multo autem magis hæc in *univerſas* editiones receptas convenire, cordati earum agnoſcent & vindices & mutatores: atque illorum argumenta ad eas conjunctim potius, quam ſingulatim defendendas pertinent; horum reprehenſio non tam conjunctim eaſdem, quam ſingulatim ferit. unde omnia, quæ ab utriſque diſputantur, una recenſio ex omnibus coagmentata (qualis noſtra eſt,) non modo non reformidat, ſed etiam pro præſidio habet.

§ XXXIX.

Diſpaleſcit hinc etiam, quid de aliorum in textum Græcum ſtudiis ex vero debeat exiſtimari.

1. Antequam continuus textus Græcus excuderetur, Græcorum codicum lectiones produxit in aciem quaſi contra Latinos tum valde corruptos *Laurentius Valla*: qui qualeſcunque codices Græcos, qualemcunque in hac re guſtum habuit; idoneus certe fuit ad indicandas lectiones codicum græcorum, quos habebat non paucos: neque hic anteſignanus, qui bona certe fide egit, ut vel ea docent, quæ

Hodius f. 441 ex illius Antipoggio excerpſit, a Millio ob reprehenſionem Latinæ interpretationis ita negligi meruit, ut ne excerpta quidem Græca in Notas inferret ſuas. *Iacobi Fabri Stapulenſis* idem ac Vallæ inſtitutum fuit. nam Latinam lectionem primum in Paulo A. MDXII, adhibitis *quinque variis exemplaribus Graecis*, ut ipſe ait ad Hebr. IV, examinatam dedit: neque ſolum *Examinatio* ea *nonnullorum circa literam*, commentario in quodvis caput ſubjuncta, ſed etiam *Intelligentia ex Graeco*, ſive nova verſio, Vulgatæ adjecta, quid in Græcis legerit Faber, oſtendit. Paucas ejus lectiones, & debiles quidem, & notavit, Eraſino & Eſtio miniſtrante, & reprehendit Millius: qui ſi ipſo Fabri volumine uſus eſſet, plus bonæ frugis inde reportare potuiſſet. Deinde A. MDXXI in Evangelia Faber commentarios edidit, variis lectionibus ex Eraſmo illos quidem adſperſos, ſed tamen præcipue ex mſſ. Græcis inſtructos. vid. var. Matth. I. 11. Poſtremo in Catholicas epiſtolas eſt commentatus, ut R. Simonius & Iac. Le Long memorant. Anſam Valla & Faber iis dedere, qui ſub ea tempora ipſi textui Latino Novi teſtamenti Græcum ex mſſ. productum adjecerunt.

2. *Ioachimus Camerarius* in Notis ad N. T. (quas Tomis Criticorum non inſertas mirere,) fere Eraſmi textum cum verſione Vulgata, at inquinatiore, & cum Bezæ annotationibus, interdum etiam cum Theophylacti aliorumque ſcriptorum Græcorum allegationibus contulit. de codice ejus manuſcripto ſupra diximus.

3. *Wechelianae* editionis margo paſſim citatur; & citatur *Franc. Iunii* ſæpe nomine, ſed incerte. Ad Vetus teſtamentum in illa Bibliorum Græcorum editione aliquid notarum fortaſſe Iunius dedit: ad Novum vero teſtamentum literatiſſimus in illa typographia corrector *Frid. Sylburgius* varias lectiones collegiſſe fertur. Quod ſi ita eſt, morte Sylburgii interveniente accidit, ut hæc pars annotationum rudior ab incude exiret. quo pacto cohærent, quæ de Iunio Sylburgioque collecta, inter ſe commiſit Iacobus Le Long Parte I. Biblioth. ſacræ, pag. 430. Certe omnis margo N. T. edit. Wech. ex Eraſmo, Stephano, Beza repetitus eſt: novi nil neque præfatio promittit operis illius; neque margo ipſe exhibet, niſi errores, aliorum deinde erroribus cumulatos. vide v. gr. ad Marc. VII. 8. notas Bezæ, deinde Wech. deinde Fell. deinde G. a Maſtricht: deprehendes lectionem in nullis codicibus repertam, at paullatim inani *quinque Wechelianorum* ſpecie auctam. Quare ad ipſum potius Eraſmum, Stephanum, Bezam recurri debet: varietatesque, quæ apud Wech. & item alios, codicibus non nominatim citatis, notantur; quum in ſuperioribus editionibus & annotationibus exſtabant, nullam roboris acceſſionem poſtea fecerunt.

4 Petrus Fagiardus, marchio *Veleſius*, XVI codices contuliſſe perhibetur. ſcilicet ad XVI Stephanicos opus erat totidem antiſtephanicis, & in his ad octo codices regios Gallicos octo codicibus regiis Hiſpanicis. Numeros codicum ſingulis in locis nullos videas. quare ſi codices illi Veleſiani fuere inter ſe differentes, nunquam tamen poteſt diſcerni, quid in omnibus, quid in quibuſdam, quid in uno exſtiterit.

ſtiterit. ſin autem penitus inter ſe ſuere congruentes ; iidem univerſi , non plus valent , propter ſummam cognationem , quam ſinguli. ſive hoc ſive illud eſt , vix ullo in loco plus valent Veleſianæ lectiones , quam unus ad ſummum Græcus codex Latinizans. non enim ex pluribus codicibus græcis , ne ex græcis latinizantibus quidem , quippe a quibus diſcrepant v. gr. Act. I. 15 , eductæ , ſed plane ex Vulgato ipſo , ejuſque ſæpe palea , fictæ ſunt , jejunumque in veritatem græcam conatum produnt , merito diſſimulandæ. nam etiam ubi *Veleſium* ſine *Vulgato* citat Millius , cum Vulgato congruunt : & ubi a notiore Vulgati contextu abire videntur , certe cum margine Bibliorum regiorum , cum lectionibus per correctores Lovanienſes Romanoſque deletis , aut cum editione Sixtina , cum mſſ. Lat. congruunt. Sufficiant exempla quædam. Marc. VI. 26 ἀθετῆσαι· Lat. *contriſtare* : mſſ. *contriſtari :* Veleſ. λυπεῖσθαι. Luc. X. 30 ὑπολαβών· Lat. *ſuſcipiens :* mſſ. *ſuſpiciens :* Veleſ. ἀναβλεπων. Luc. XXIII. 35 θεωρῶν· Lat. *ſpectans :* al. *exſpectans :* Veleſ. προσδεχόμενος. Matth. XXV. 1 τὸ νυμφίκ· *Lat.* addit , *& ſponſæ :* Veleſ. καὶ τῇ νύμφῃ , ex ambiguo latino caſu. atque hoc exemplum vel ſolum documento ſit , Latinum quoddam exemplar cum Græco fuiſſe collatum , & differentias primum Latine collectas , deinde contextu non ſemper inſpecto Græce redditas. Sic vero etiam Matth. XXVII. 66 μετὰ τῆς κϗωδιας , Lat. *cum cuſtodibus.* at Veleſius , præpoſitionem μετὰ non reſpiciens , ex *cuſtodibus* fecit ταις κϗωδίαις. Sic Rom. VIII. 23 Latine ſuppletum erat *illa* , ſcilicet *creatura.* at Veleſius ἐκεῖνα , neutrum plurale. Ioh. VIII. 42 ἦκω· Lat. *veni.* nam id valet græcum etiam in præſenti : at Veleſ. ἥκον. Hebr. IX. 6 εἰσίασιν· Lat. *introibant :* Vel. εἴσιτσαν , haud græce. c. XI. 25 πρόσκαιρον· Lat. *temporalis :* Vel. πρόσκαιρος· genitivum Latinum pro nominativo ſumens. c. XII. 18 κεκαυμένῳ· Lat. *accenſibilem ;* al. *acceſſibilem :* Veleſ. προσίτῳ. c. XIII. 2 ἔλαθον· Lat. *latuerunt :* alii pridem , *placuerunt :* Veleſ ἤρεσαν. Adde Act. I. 6. 18. V. 15. XV. 41. XXIII. 24. 1 Cor. XV. 34. 47. Iac. V. 10 (in ed. Ox. min.) Iud. v 24. maximeque Ap. IX 11. XVI. 16. Simillima hiſce notantur in Proleg. Wetſten. p. 122. oppidoque rara ſunt exempla , quæ poſſint videri diſſimilia ; quæ non negligimus v. gr. in var. 1 Cor. XV. 29. 1 Pet. III. 8 Toto ceteroqui Veleſiano apparatu commode caret ſacra criſis. Severa quoque ſunt , nec tamen iniqua , quæ in Veleſium collegit *Gerardus a Maſtricht* in Proleg. N. T. § 75 ſeqq. & in Notis ad 1 Cor. XV. 47. 1 Pet. III. 2. Ap. XVIII. 17. Nimia vero Millii eſt in Veleſium indulgentia , ex favore erga Italicam verſionem nata.

5. *Barberiniani* codices XXII ab Ioh. Matthæo Caryophilo ad editionem Plantinianam collati , ſed minus copioſe excerpti & minus diſtincte allegati ſunt , quam ut exactum formari judicium de illis & ex illis poſſit. Revera tamen codices illos fuiſſe Græcos , (etiamſi unus alterque ad Latinos conformatus fuerit ,) & quidem a Stephanicis diverſos ; ex eo patet , quia tenor eorum ſæpe a Vulgata differt , & numeri eorum exprimuntur : & citantur codices *Barb.* ubi Stephani margo vacat ; & ſilent , ubi Stephanus aliquid notat : & numeri codicum *Barb.* a numeris codicum *Steph.* alii ſunt in ipſis N. T. tomis & in ſingulis lectionibus. Vnum dabimus

exemplum: Ioh I. 42 citantur *Barb. decem*, ubi differentia articuli Vulgatam non tangit, & Stephani margo plane vacat.

6. Raroque *Curcellaeus* in margine ſuo dedit quicquam, quod editores priſtini Grotiuſve non dederint prius: ſi quæ nova habet, ea demum ex cod. mſ. quos in præfatione ſua memorat, protuliſſe cenſeri poteſt. conjecturas tamen non margini, ſed appendici, in prima certe editione ſua, commiſit, eaſque a variis lectionibus diſcriminavit: quare illas his æquiparaſſe aut immiſcuiſſe, iniquius perhibetur. De *Scaligero*, *Caſaubono*, *Grotio*, *Heinſio*, *Pricaeo*, ceteris, nil dicimus; qui aut nullis uſi ſunt exemplaribus mſ. N. T. aut iis, quæ poſtea ſunt accuratius excuſſa.

7. In Britannia demum *Brianus Waltonus* in Bibliis polyglottis, ac potius *Oxonienſes* in editione N. T. A. 1675, duce *Iohanne Fello*, adornata, & deinde per *Ioh. Gregorium* ſcholiis Græcorum patrum aucta, ſuperiorum omnium vicerunt induſtriam: ſed unum Alexandrinum codicem accurate, ceteros impari cura excuſſos dederunt unde factum eſt, ut multas varietates, etiam genuinas, multis revera codicibus nixas, Alexandrino ſolo aut pæne ſolo ſtiparent, vel plane intactas prætermitterent. Alios quoque codices ad Stephanicam, alios ad Elzevirianam editionem contulerunt: quare in iis locis, ubi editiones illæ inter ſe differunt, tanto incertiora ſunt excerpta codicum. vide Var. Luc. XVII. 1. Ipſi denique Oxonienſes ſapienter agnoverunt, ultra tendi oportere. itaque Millium ſuum excitarunt; qui quid Iohanni Fello deberet, eximie prædicavit. Illa etiam concinnitate Millium poſt ſe reliquerunt, quod in eadem minore ſua editione, a Marc. XII. & deinceps, codices alphabetico ordine exhibuerunt.

8. Tenuioribus interim illis Oxonienſium collectaneis ſuperſtructa eſt *Criſis perpetua* G. D. T. M. D. id eſt, *D. Gerardi a Maſtricht*, a multis celebrata. Facile exiſtimamus, excellentem illum fuiſſe virum in ceteris virtutibus artibusque: ſed hanc ejus criſin vix ullo, niſi religioſæ voluntatis nomine, laudari patitur veritas. id, quum divini honos verbi poſtulat, ita manifeſtum, ut vel cæcus palpare queat, faciemus, ſed quam modeſtiſſime. Si Millii copias in tempore vidiſſet, aliter, credo, inſtituiſſet plurima: at Cæſareus codex, quem excerpſit, caſu ſingularem prorſus cum textu Curcellæano, quo utebatur, convenientiam habuit; eoque ſtudioſius textum illum contra alia omnia monumenta defendendum ſtatuit. In Canonibus criticis cauſas varietatum ita enumerat, ut alteri lectioni præ altera nulli ſæpe ſint adjumento Verſionibus patribuſque minus ſane tribuit, quam par erat non dicam de iis locis, in quibus plane a Græcis codicibus abludunt: ſed certe ad componendas ipſorum Græcorum codicum differentias ſingulare pondus habebant. quanquam verſiones, præſertim ubi textui favent, in Notis Maſtrichtianis ſæpe laudantur. Ipſos vero Græcos codices in editione illa Oxonienſi excuſſos, quibus Cæſareum adjecit, non ſatis diſcriminavit: id ergo nos facere oportet. Bodlejanos Fellus *duodecim* in editione Oxonienſi minore recenſitos præfatur, qui ſunt, collatis Kelli Milliique notis, *Laud. 3* (ex nomenclatura Milliana,) Acta continens, & alii.

alii undecim, Evangeliſtas complexi, videlicet *Bodl. 1. 2. 6. Laud 1. 2. 4 5. Roe 1. Seld 1. 2*, cum *uno* neſcio quo, quem Millius prætermiſit. Igitur ad *Evangeliſtas* citantur ibi: *Al. Bodl. undecim, Caeſ.* (Millio *Viennenſis*,) *Cant. Gon Go Lin Magd 1. Mont. N. 1. Romani* (Millio *Barb.*) *decem, Steph. novem, Vſſer. duo*, cum *Copt.* & *Goth.* Ad *Iohannem* ſeorſum, *Trit.* Ad *Acta Epiſtolas*que, *Al. Caeſ Lin.* alter, *Magd. 1. N 1.* (Paulinis carens,) *N. 2. Pet. tres, Rom. octo, Steph ſeptem.* Ad *Acta* iterum *Cant. Laud. 3. Mont* Ad *Epiſtolas* præterea, *E* (*Cant 3.* apud Millium, Prolog. f. 148, 160. in collegio Emmanuelis.) Ad *Paulum* ſeparatim, *Clar. Ger.* (qui tamen nil ſeorſum a Clar. valet,) *Magd alter* Ad *Apocalypſin* denique, *Al. Pet. duo, Rom. quatuor, Steph. duo.* Accedit N. T. *Complutenſe*; & lectiones *Veleſianae, Wechelianae, Curcellaeanae*, quarum indolem paullo ante notavimus. Non habet *Lin* alterum editio illa Oxonienſis in indiculo codicum: unde Gerardus a Maſtricht, *Mſ. illud*, inquit, *ad nos non pertinet.* Proleg. ſect. 61. & tamen ad eum pertinebat: nam in ipſis Notis ad Acta Epiſtolaſque editio illa paſſim citat *L.* ſive Lin. alterum. Sunt ergo codices mſ. quibus criſis illa nititur, in univerſum, 72. & quidem in Matthæo, Marco, Luca, 41: in Iohanne, 42. ſed in Actis, 28: in Epiſtolis Paulinis, 27: in Canonicis, 25. at in Apocalypſi, 9. Hac in paucitate & Græci quidam principes erant codices; & Gothus ac potius Coptita cum Veleſio locum explere Latini duntaxat interpretis poterant: quare inſignes profectûs fuiſſent, ſi legitima acceſſiſſet methodus. Sed majorem horum codicum partem conſtituunt Stephanici, Romani & Petaviani, qui per homines incertos minuſque peritos, aut certos quidem & peritos, ſed in excerpendo valde parcos, ſunt excuſſi, ut collatis iis codicibus, quos Millius iterum excutiendos nactus eſt, apparet. Atque hos tamen collatores *Gerardus a Maſtricht*, qui Cæſareum codicem accurate legerat, ex ſua conſcientia nimis benigne menſus eſt: v. gr. in Notis ſuis ad 1 Cor. VI. 5. codicesque, quorum excerpta Oxonienſis ei obtulit editio, perinde tractavit, ac ſi eorum quilibet & totum N. T. complecteretur, & nulla parte mancus, & accuratiſſime collatus eſſet. Hinc non modo in Evangeliſtis, ſed etiam in Actis & Epiſtolis; non modo in Actis & Epiſtolis, ſed etiam in Apocalypſi; eisdem codicibus univerſis in duas partes diviſis, pauculos illos, qui in margine Oxonienſi ſubinde citantur, lectioni marginis imputat: reliquos autem omnes, pauculis tantummodo illis exceptis, lectioni textûs Oxonienſis, id eſt, Elzeviriani, averſione adſcribit. hinc paſſim vacuitatem marginis *Stephanici* tanquam XVI codices æſtimat; vel ubi v. gr. tres Stephanici in margine citantur, inde tredecim ceteros textui militare jubet. hinc *Veleſii* vel indiſtinctum indicium vel merum ſilentium, vix pro uno codice cenſeri dignum, modo pro uno codice, modo pro XVI codicibus allegat. hinc ad *tot Bodlejanos* in Notis v. gr ad 1 Cor. provocat, quorum tamen ne unus quidem ad ullam ibi Epiſtolarum partem pertinebat. hinc in Notis ad Ap. XIV. 5 codices marginis, revera numero prævalentes, quaſi *pauciſſimos* poſtponit; textuſque lectioni, quæ tum uno Eraſmi codice, & obſcuro unius Petaviani uniuſque Stephanici ſilentio nitebatur, *centenos* adſcribit. Atque hanc ipſam plus *centum* codicum formulam, in titulo Oxonienſi obviam, in Notis ſæpenumero adhibet, textum ſuum defendens: exiguam autem codicum partem, marginis lectioni relinquit, multis revera, vel

plurimis, vel omnibus fultæ codicibus. Omnibus locis omnes codices uno fasce complectens, non discernit accurate collatos ab iis, qui perfunctorie collati erant: mutilatos ab integris: eos qui Evangelistas habent, ab iis qui Acta & Epistolas habent: pauciſſimos, qui Apocalypsin habent, a plurimis ea carentibus. Canon ejus XL indicat, *maximam* partem codicum mſ. habere lectionem marginis: canon XLI, *aequalem:* canon XLII, *tertiam:* canon XLIII, *quartam.* at in margine ejusdem ad Apocalypsin, imo ad Epistolas & Acta, imo ad Evangelistas, canon XLIII raro, XLII perraro, XLI semel, opinor, XL ne semel quidem, cum sæpe citandi fuissent, & insignem utilitatem afferre potuissent, citantur. Nil igitur medicinæ affert illa crisis Elzeviriano textui, ne tum quidem, ubi is meris conjecturis laborat. plurimorum codicum præsumtio semper ei crisi penes textum remansit, sed vana, tantamque decisionis laxitatem pariens, ut genuina lectio, quotiescunque in textu erat, vago aliquo modo defenderetur; quotiescunque autem in margine jacebat, nullo modo posset emergere. Quivis ergo videt, in fundamenta disciplinæ criticæ virum insignem impegisse; omnesque, qui methodo ejus capiuntur, in limine, ut ajunt, offendere. Quibus commodum est, examinent *textum* illius nudum, Marc. X. 14. XI. 3. 11. Luc. X. 6. Ioh. XIII. 30 ſ. 1 Tim. I. 4. 17. Hebr. II. 9. 1 Pet. IV. 13. Ap. II. 20. VII. 7. XI. 12. *marginem* ejus, ad Matth. XXIII. 25. Luc. IV. 9. XVII. 1. XXII. 45. Ioh. XVI. 33. XVIII. 20. Act. VI. 3. XVI. 17. XXIV. 14. XXV. 20. XXVIII. 25. Rom. II. 5. IV. 4. VII. 6. VIII. 11. IX. 19. 1 Cor. VI. 7. 14. XI. 15. XII. 21. XIII. 3. 2 Cor. VII. 12. VIII. 4. 19. XI. 31. Gal. III. 8. IV. 14. 17. V. 7. Eph. I. 3. 23. Phil. I. 23. III. 8. 1 Thess. I. 9. III. 13. 2 Thess. I. 10. Hebr. V. 4. VIII. 11. XII. 2. Iac. V. 9. 1 Pet. I. 4. III. 7. IV. 14. Iud. v. 12. Ap. II. 19. 20. III. 12. VII. 5. XI. 8. 17. XIV. 1. XV. 3. XVI. 14. XVIII. 1. 8. XXI. 24. *notas* ejus, ad Matth. II. 11. VII. 14. VIII. 5. XIX. 9. Marc. VI. 44. Luc. IX. 50. X. 20. XIII. 35. Ioh. VIII. 9. Act. III. 20. V. 25. 36. VIII. 37. IX. 5. X. 6. 19. 21. XIII. 6. 19. 23. 31. 42. XV. 34. 41. XIX. 16. 35. XX. 7. XXI. 8. 15. XXII. 12. 16. Rom. XII. 11. 13. 1 Cor. XI. 10. Eph. I. 18. III. 9. V. 9. Col. I. 14. 2 Thess. I. 10. 1 Tim. V. 4. 2 Tim. II. 19. Hebr. II. 7. IX. 1. 1 Pet. III. 20. IV. 14. 2 Pet. I. 10. II. 2. 1 Ioh. V. 7. Ap. XI. 15. hæc, inquam, & reliqua hujus generis examinent, vel, si videtur, etiam cum parte II apparatus nostri, velim, conferant. Imo vero necesse est, ut hoc faciant, qui non gestiunt, temerario, de crisi illius & nostra, judicio, hallucinari. Momentosus est hic articulus: quem si levius attigissem, paucioribus fortasse lectoribus persuaderem; nunc quum prelius tractavi, immoderate egisse videbor. Quis omnibus satisfaciat? veritati inserviendum est: cui ipse ille vir eximius nunc, si viveret, pro suo candore cederet.

9. *Ioh. Millius* collatis tot codicibus, & accuratiori eos excerpendi methodo munita, Commune ecclesiæ inæstimabili beneficio affecit. Oxonii, A. MDCCVII. Ante eum non potuit liquido judicari de multis varietatibus: post eundem, supersederi potest tam operoso codicum scrutinio, nisi aut vetustiores etiamnum reperiantur codices, aut de exstantioribus quibusdam locis residua occurrat disquisitio. Sunt qui eum reprehendant, quasi minutissima omnia consectantem: rectius autem dixe-

dixeris, cum nonnulla curari non indigna præteriſſe. Non dicam de augmento vel apoſtropho; illud certe non eſt nihili, quod ordinem verborum variantem notare ſæpe ſuperſedit; quod particulam καὶ alicubi, quod articulum ſæpenumero ſprevit, etiam ubi rationem ejus merito habuerat editio minor Oxonienſis, v. gr. Marc. VII. 24. Ioh. XVIII. 15. quodque exemplarium enumerationem, multitudine defatigatus, interdum abrupit; commode id ipſum facturus, ſi formulam *& cetera* adjeciſſet. vide illum ad Matth. XIV. 14. Marc. IX. 40. Luc. VII. 12. XV. 26. Ioh. XVI. 33 (collata appendice editionis Millianæ primæ,) Act. VII. 17. 44. In textu Rob. Stephanum ſecutus eſt: ipſius Millii ſententia diſci debet ex ejus Notis ac potius ex Prolegomenis; quæ qui non accurate perlegit, dextre de Millio judicare nequit. Initio, Notas quum ſcriberet, promiſcua cum Græcorum multitudo codicum cepit tenuitque, ut omnes capit ac tenet, qui in hocce ſcrutinio novi ſunt. In Prolegomenis demum, quibus Notarum reſpondet Appendix, a Kuſtero quidem in Notas inſerta; inſtitunt Alexandrino codici & Verſionibus Patribuſque antiquiſſimis jus ſuum tribuere. Poſtremo in iiſdem, in alterum extremum prolapſus, & præjudicio uno alteroque omnia pervadente abreptus, bilingues codices, & Latinam eorum paleam, ſæpe ſine cauſa amplectitur; (mirum vero, quod quum veteri *Italicæ*, ut appellitat, verſioni plurimum tribuerit, tamen Latinam lectionem non accuratius ad cod. mſ. Lat. Britannicos exegerit:) ſimulque nimia reſecandi cupiditate contracta, quicquid fere vocum, imo ſententiarum, earumque graviſſimarum, extra homœoteleyton, in uno uſpiam codice, interprete, interpretis exemplari, interpretis interprete, ſcriptore eccleſiaſtico omiſſum eſt, mox, Italicæ ſuæ verſionis oblitus, delendum putat, hac una ratione ſæpenumero fretus, *Quis ſanus tam inſignia praetermitteret?* quaſi id infirmitatis non quotidie in ſua quiſque manu animadvertere poſſit. Particulas quoque, καὶ, μὲν, γὰρ &c. quas aliæ linguæ minus ferunt, quam Græca, nimis ſæpe, ſolis verſionibus obſecutus, expunxit. Atque his rebus palmariam Whitbio reprehendendi ſui anſam miniſtravit. Sane Whitbius Græcis qualibuſcunque, & Millius Latinis nimium tribuit; & medium inter utrumque veritatis relictum eſt iter. Continuator Millii *Lud. Kuſterus* quos codices ſuppleverit, ſupra diximus: Prolegomena Millii in minores ſectiones commode diviſit, atque eas ſubinde in Notis citat, non optimo ſingulorum locorum delectu, bono univerſe conſilio. Illud non debemus diſſimulare, quod dum Millii ſiglas commodiores facit, notas interdum turbat. v. gr. Act. XX. 4. Millius in textu habet *f* σώπατρος & in notis, σωσιπατρος *Steph. δ. Pet. 3. Cov. 2. Vel. Copt.* &c. πύῤῥ ADDUNT *Steph. δ. Pet. 3. Cov. 2. Vel. Copt.* &c. Kuſterus autem ſic, σωπατρος) σωσίπατρος *Steph. ο. Pet. 3. Cov. 2. Vel. Copt.* &c. ΣΩΠΑΤΡΟΣ πυῤῥ *Steph. δ. Pet. 3. Cov. 2. Vel. Copt.* &c. quo pacto iiſdem codicibus & σωσίπατρος recte & σωπατρος male tribuitur. Atque hic error ita frequens eſt, ut aliquando obeſſe poſſit: etenim obfuit anonymo, qui N. T. Græce & Anglice edidit, in notis ad Phil. I. 18.

10. Millii amiciſſimus, *Rich. Bentlejus*, juſtam editionis Græcæ & Latinæ concitavit exſpectationem, emiſſo dudum ſpecimine: ex quo ſi adhuc licet judicium facere,

cere, graviores Millii lapsus prudenter vitavit; sed tamen ipse quoque lectionem receptam mutavit nimis, in textu suo & in notis, & quod debetur, & plus quam debetur, (vide infra, Var. Ap. XXII. 6. 8. &c.) tribuens Alexandrino exemplari, ejusque cum Latina interpretatione (in qua Hieronymi quoque putat esse multa, quæ Hieronymo sunt antiquiora,) consensioni. Eadem me consensio quidem sollicitavit aliquando specie sua, ut omni exceptione majorem statuerem; & omnes qui in hocce scrutinium ingrediuntur, quo sunt integriores in examinanda lectione receptiore, eo magis cavere hunc debent libertatis abusum, cui occurrimus § XXXII, Observ. XVII. Etenim complura sunt loca, ubi *Al.* aut *Lat.*, ubi & *Al.* & *Lat.* a ceteris codicibus in apertum errorem discedunt: nescio an ullus demonstrari possit locus, ubi iidem *Al. Lat.* erroris aperti redarguant suo consensu ceteros codices. Idem Bentlejus in suis passim monumentis antiquitati græcolatinorum codicum plus justo tribuit. vide supra, § XXVIII.

11. Bentleji editio suppressa est: successit anno MDCCXXIX Londini editio nova N. T. cujus conditor *Anonymus* verba Dei neque in Græci textus recensione, neque in Anglica interpretatione, quam adjecit, neque in notis, ut Dei verba tractavit. Retudit illum *Leonardus Twells*, Examinatione Anglice concinnata, & in tres partes divisa. Nos paucula notamus, pro instituto nostro. Vetustati versionum antiquarum, Latinæ maxime, & Græcolatinorum atque Alexandrini codicis, nimium addictus est editor δίγλωττος· atque ex his videlicet textum pollicetur correctum, quem tamen carptim tantummodo, imo in iis libris, quorum canonicam auctoritatem aperte tollit, contemptim recognitum exhibet. Vbi a receptis editionibus discedit, lectionem earum quamlibet momentosam, & certe æque speciosam, nec in margine nec in notis reponit. ceteras lectionum varietates modo parcissime, modo uberius refert, & codicum, versionum, patrum suffragia ex Kusterο unice, idque parum accurate, adjicit. Cautio est, ne recensiones nimis liberæ, pristinarum editionum non modo sequiorem lectionem, sed etiam genuinam vincant denique & obliterent: sed bene est, quod adhuc Britanni quoque obnunciant atque resistunt.

12. *Gratiam hoc loco habeo fautoribus, qui me variis, in nostro certe climate, sublevarunt libris. namque priorem Millii editionem* A. C. Zellerus, *Abbas Anhusanus dedit; Londinensem δίγλωττον & Bentlejanos libellos*, *D.* J. F. Cotta, *Theol. Prof. Tub. aliaque complura, in peregrinationibus maxime & olim & nuper collecta, iidem benevole mecum communicarunt.*

13. Novissime Helvetius *Anonymus*, Bentlejo familiaris, & literaturam suam & libertatem in hoc genere exercuit. *Specimen* textus & notarum ejus, a Matth. I. 1. ad c. II. 12. & Ven. Conventus ecclesiastici Basileensis ex illo specimine judicium, *Actis* de D. I. I. W. A. MDCCXXX Germanice editis inserta exstant. *Prolegomena* vero operis intermilli exierunt Amstelædami, apud R. & I. Wetstenios & G. Smith, anno eodem: quæ & ad *Prodromum* a nobis pridem emissum præcipuis

in

in partibus acceſſerunt, & nobis viciſſim ad perpolienda noſtra anſam dedere. Diſcrimen tamen hoc notabile intercedit, quod lectiones quamlibet probatas mihi, ubi nullus editor præivit, in margine exhibeo: ille probatas ſibi lectiones in textum infert, reprehenſione quadam utens, quæ me non obſcure petit, & aliquid dicere, ſed placide, cogit. Promulgaram, me receptiorem lectionem in textu, *quaſi præſcriptionis jure*, retenturum: addideramque, *Ita paci & infirmiorum conſcientiae conſuli; veritati ejuſque cognitoribus, ea ratione, quae eodem mox loco ſubſequeretur.* ille autem his ſibi verbis cautionem poſuit, *In typis expreſſis codicibus* Præſcriptio *locum non habet.* Proleg. p. 166. cujus cautionis vim in verbis meis modo repetitis egomet exhauſeram. ſed de hoc capite plenius agemus initio Epilogi. Ipſius textus & apparatus *Wetſteniani* (ſic enim ex bibliopolarum certe nomine appellare licet) guſtum lectori dare poſſunt, quæ in Variis ad Matth. I. 18. 19. 20. 22. 24. II. 3. 8. 9, ex illo ſpecimine notavimus. Multas varietates Millius, vel ob parvitatem momenti, vel ob ineptitudinem earum ſibi indubiam, ſciens præterierat: quas anonymus de integro producit: id quod adeo non diſplicet nobis, ut noſmet id pridem facere inſtituerimus. præterea lectionem pertenui interdum apud Millium teſtimonio ſtipatam, pluribus hic ornat teſtibus. Vtriuſque generis ſupplementa quanquam vix & genuinam lectionem & momentoſam referunt, tamen ſunt laudabilia. hinc enim eo magis conſtat, omnia graviſſima Millii meſſem eſſe complexam: & tamen codices a Millianis non parum remoti, Millianis additi, genuinam ſubinde lectionem egregie confirmaverint. *Animadverſionum ſpecimen* in illa Prolegomena paulo poſt Londini prodiit. Non interpono me in controverſiam, quæ politicas potius, quam criticas videatur rationes habere: poteſt tamen inde aliquid ad hæc, quæ pridem commentatus ſum, illuſtranda idoneum elici; neque vero id omittere debeo. Summa quæſtionis eſt, quid codicibus & excerptis Stephanorum & Bezæ tribuendum ſit: quibus Prolegomenorum auctorem multo minus, quam par ſit, tribuere, *Animadverſor* ipſius (neque enim anonymi aptius, quam ex opere ſuo appellantur,) exiſtimat. Primum auctor Proleg. codicem STEPH. β & CANT. unum eſſe, item *Steph.* 1β & *Par.* 3 unum eſſe, *Steph.* 1δ & *Par.* 5 unum eſſe ſtatuit p. 22, 40. De Steph. 1β & 1δ, (quod obiter notamus,) nil contendit Animadverſor: ſed *Steph.* β & *Cant.* duos codices, non modo nomina duo eſſe codicis unius, vehementer contendit p. 8 ſeqq. atque ipſe Beza, quum tot codicis differentias, ſibi obſervatas, non inveniſſet in excerptis Stephani; bona fide, ſed fluctuante ſententia, interdum pro uno, interdum pro duobus habuiſſe videtur. Si margo Stephani & in lectionibus copioſior, & tam in lectionibus quam in literulis, codices deſignantibus, ut exſtant, correctus & firmus eſſet; deciſio & facilis foret, & duos definiret eſſe codices *Steph.* β & *Cant.* At codicum Stephanicorum diverſi fuere collatores, quorum alius, ut facile exiſtimare licet, notavit ſubinde varietatem, ab alio neglectam; literulæque illæ, quibus codices deſignantur, perſæpe confunduntur. *Steph.* α, cui multum tribuit Stephanus, tamen ita differt ab ipſa *ed. Comp.* ut magis dubium futurum ſit, an *Steph.* α & *Comp.* unum ſit exemplar, niſi Stephanus ipſe unum eſſe doceret; quam dubium fit, an *Steph.* β & *Cant.* ſit unus codex. Vnum autem revera eſſe, ſatis firmiter docet exactiſſima lectionis ſimilitu-

do ; paucis locis exceptis , ubi tot homines , quorum ſtudium & opera intervenit , aut in excerptis aut in literula *β* dormitarunt. ſilvam locorum , quorum alia lectio ut ex *Steph. β* , alia ut ex *Cant.* circumfertur , dedit Animadverſor in pagina ſua ultima. Nos quidem ea præter ceteras differentia impedit , quæ memoratur in var. Act. XVI. 35, ſed eos minus impediet , qui ipſum codicem *Cant.* inſpexerint. Accedit copia hiatuum eorundem , imo non niſi ita diverſorum , ut in *Cant.* ſint anguſtiores ; quia ſcilicet ex *Steph. β* varietates nonnullæ non ſunt productæ. exceptiones expediemus in var. Matth. XXVII. 3. Act. IX. 5. 31. Hunc ipſum eſſe codicem , auctor Proleg. exiſtimat , quem *Claramontanenſis* epiſcopus , (ut ex Victorio Mariano docet Lucas Brugenſis in Not. ad Ioh. XXI. 22.) A. 1546 Tridentum attulit : eodem anno & deinceps Rob. Stephanus editiones dedit ſuas , quarum tertia A. 1550 codicem *Steph. β* celebrat , *per amicos in Italia collatum.* quam facile ſub eam collationem , ſat longo temporum intervallo , *Lugdunum* vel mitti potuit vel remitti codex , & *in monaſterio S. Irenaei in pulvere* , ut Beza ait , *jacere uſque ad A. 1562?* Non ſunt hæc ejuſmodi , quæ non cohæreant ; præſertim cum ipſe Beza in ultima ſua editione , A. 1598 , *Claromontanum* hunc dicat codicem , qui hodie *Cant.* dicitur. Etiam inter *Steph. ıβ* & *Par. 3* , etiam inter *Steph. ıδ* & *Par. 5* , allegationum differentia intercedit : nam interdum *Steph. ıβ* aut *ıδ* ſilet , ubi *Par. 3* aut 5 a Kuſtero citatur ; imo interdum etiam *Stephanus* ſuum *ıβ* aut *ıδ* citat , ubi *Par. 3* aut *5* ſilent. Sed methodus illa , de qua § XXXIII diximus , non ægre talia concoquit. nam excerpta ex *Steph. ıδ* & *Par. 5* , ex *Steph. ıβ* & *Par. 3* , ex *Steph. β* & *Cant.* ita congruunt , ut aut , ſi bini ſunt , ſingulorum codicum inſtar ſint , aut plane ſinguli. itaque pro eo ac locus animuſque ferebant , hos mſſ. modo ut binos , modo ut ſingulos , ſine ullo deciſionum detrimento , citavimus. Porro eundem Robertum ad *Apocalypſin* duos tantummodo cod. mſ. contuliſſe , auctor Proleg. affirmat ; plures , Animadverſor. Duos quidem tantummodo Stephanicos etiam Beza in annotationibus memorat : unum vel codicem vel fragmentum , a Stephano intactum , ſemel iterumve citat. De illis vide Var. Ap. II. 24. XIII. 4. de hoc , c. XVI. 5. 14. Quæ denique ultra Rob. Stephani marginem , ex Henr. Stephani ſupplementis *Beza* protulit ; ea auctor Proleg. parvi , Animadverſor magni æſtimat. Audiamus Henricum. *Plus quam triginta veteres Scripturae libros* , inquit in præf. ed. ſuæ , VIDI , *partim in regis Galliae bibliotheca , quorum autoritatem & fidem pater meus in illa editione grandi ſequutus eſt , partim in Italicis :* memoratque nonnulla , quæ ipſius pater *ex illis exemplaribus deſcribenda* CVRAVERAT. Hîc de Roberto ait, *deſcribenda curaverat* , non *deſcripſit :* de ſe , *vidi* , non *contuli.* ergo quot codices poſt Robertum Henricus contulerit , ipſe non indicat : at Beza in dedicatione ed. ſuæ uſui ſibi fuiſſe prædicat *exemplar ex Stephani bibliotheca cum XXV plus minus mſſ. codicibus & omnibus paene impreſſis ab Henr. Stephano quam diligentiſſime collatum.* XVI contulerat Robertus : igitur IX plus minus Henricus. Si horum IX mſſ. codicum excerpta ab excerptis codicum mſſ. Roberti & ab excerptis codicum impreſſorum diſtincta exſtarent , gratia eſſet habenda. nunc eis non ita multum tribui debet. nam ubi & Roberti margo & Bezæ annotationes indicium codicum faciunt , æquales uterque numeros codicum habere ſolent : quare quæ & Robertus

bertus in margine non habet, & Beza primus in notis indicat, ea demum, sive Robertus in collectaneis retinuit, sive Henricus supplevit, ea, inquam, ultra Roberti marginem, triumviris illis accepta referre debemus. plura, si qua illi sibi habuere, nos nil juvant. Vere hæc, & modeste, atque utiliter esse dicta, omnes, ut spero, agnoscent. Vide plura infra, P. IV, n. IV.

14. Abundat ætas nostra eruditis viris, in Germania & aliis in terris, qui Curas, Observationes, Annotationes ad Novum quoque testamentum certatim conscribunt: de quibus non est meum dicere. nemo enim eorum, quod sciam, aut codices veteres noviter collatos, cum a duobus Wolfianis supra laudatis discesserimus, adhuc dedit, aut textum ipsum emendandum suscepit. Quid vero Bentleji, quid anonymi Helvetii editionibus posthac futurum sit, dies docebit: illud optandum, ut ne supplementa certe pereant codicum Græcorum, eorum præsertim, quibus Erasmus Stephanusque usi fuerant, & Latinorum, quos parcius hactenus excussos esse notavimus, & versionum ac patrum. Nam non poterunt ea non multum conferre ad genuinas lectiones etiam tardiori lectori magis magisque probandas. Multa Bentlejus, quæ genuinam lectionem antea impedissent, removit; multa, quæ eandem deinceps confirmarent, eruit: nec parum anonymus Helvetius hac in parte (nam nec de dogmatis, nec de variarum lectionum decisionibus loquimur,) navavit. Perpauca, opinor, loca sunt, quorum receptiorem lectionem, a me mutatam, illi non mutent; quæ ab omnibus quam severissime examinari velim: multa sunt, quorum receptiorem lectionem illi mutent, me non mutante; quæ ipsis quidem præstanda relinqui debent: non pauciora sunt, quæ & illis & mihi, unanimi consensu, mutanda censeantur. atque hic consensus, non sane ex composito initus, magnum potest præbere veritatis argumentum: eorum autem locorum, ubi discrepantia remanserit, examen scorsum eo fuerit expeditius. Vtinam interim loca ea, quæ *§ hoc & superiore* cumulavimus, in secunda hujus Apparatus parte evolvere & quam severissime excutere dignentur cum ceteri lectores, qui inde confestim poterunt dignoscere, quis cujusvis editionis obviæ quasi genius & color sit; tum ii scriptores, quorum observationes, alioqui orthodoxæ, hodie præ ceteris vigent. Desinent tandem industriæ doctrinæque suæ fructum sola defensione textus sui, id est, Elzeviriani, terminare: deprehendent, se lectiones in eo debiles, immo conjecturas atque errata, ex inani vel certe neque clara neque distincta plurimorum codicum suffragantium opinione, adhuc fuisse amplexos: & ab illis locis ad cetera progressi, auctoritate sua ad totam veritatem libere & generose investigandam & vindicandam invitabunt adducentque quam plurimos: eodemque tempore sinistras subinde reprehensiones depellent a Lutheri versione, quæ cum Erasmo fere congruit, & interdum ad citeriores recensiones Græcas, examinis ipsas egentes, examinatur: in summa, ut Novi testamenti Græci sinceriissima lectio eadem aliquando revera sit, quæ receptissima, adjuvabunt.

§ XL.

Hac vero in parte, quanquam vix quidquam majori assiduitate in omni vita egi, tamen ut publice aliquid minimus ego conarer, nec opinato adductus sum; uti breviter ac modeste indicare necesse puto. A. MDCCXIII muneri monastico admotus Novum testamentum græcum interpretari studiosæ juventuti; & aliquanto post, observationes hermenevticas subinde nascentes, chartæ cœpi committere: ad quas amplificandas & perpoliendas venerandi Theologi, *Christophori Zelleri* p. m. auctoritas me exstimulavit. Interim varietas lectionis emphases sæpe & significationes aliquas aut abstulit aut obtulit: quarum crescente silva, ad ipsius contextus veni recensionem, locum adhuc esse existimans aliquid salutare navandi. Assenserunt amici: editiones contuli, earumque constitutionem didici: Millium versavi: codices corrogavi: ideam operis pridem in *Prodromo* N. T. adornandi, haud pridem in N. T. adornati *Notitia* dedi. (Vide infra P. IV, N. I & II.) Cui quidem ideæ, partibus subinde nonnullis emendatis, ipsum quam vere nunc respondeat opus, lectoris est existimare. De opere quidem ipso, Illustris Consistorii Wirtembergici & Venerandæ Facultatis Theologicæ Tubingensis censura comprobato, dixi nonnulla, & reliqua dicam.

Primum id egi, ut *varietatem* lectionis a Millio collectam, a Kustero auctam, undecunque partim cumularem, partim purgarem. Præter codices Græcos supra memoratos, Latinis quoque adjutus sum, duobus maxime illis, quos habet Bibliotheca Vffenbachiana universalis T. III. p. 71. quorum alterum *Trevirensem*, (v. gr. in Var. Matth. V. 22.) alterum *Colonienſem*, ex indiciis in utroque repertis appellavi. *Charitinum* codicem, sive Wirtembergicum, Bibliotheca præbuit Ducalis Consilii Reginiinis. *Reutlingenſis*, quanquam ex Bibliotheca civitatis illius imperialis, antiquis abundante monumentis, peregre quidquam mitti, leges prohibent, tamen perbenigne missus est, concessu D. Io. Georgii *Begeri* IC. Sunt Biblia Latina, quæ scripsit olim *Felicitas de Ething*, litera longe compendiosissima, in membranis subtilissimis. Præterea ex *Ienenſibus* aliquot & *Murenſibus* & *Pariſinis* mss. Latinis excerpta insignium locorum per amicos sum nactus. Novissime accesserunt *Armenae* versionis & *Copticae* supplementa non contemnenda. nam cum Millius has versiones non ad totum N. T. contulisset, & quibusdam in lectionibus minus firme collatas dedisse easdem videretur: ad Maturinum Veyssiére La Croze, harum linguarum, in omnis doctrinæ abundantia, peritissimum, haud paucorum locorum, de quibus inprimis percontari operæ pretium foret, delectum misi. morem gessit humanissimus senex, & lectiones eorum locorum Copticas, Armenas, ex manuscriptis editisque exemplaribus promte accurateque notavit, præcipuumque tali pacto Milliani operis sarsit defectum. Quum ad finem tenderent operæ, Apocalypsin *Latinam* ex *Primasio*, *Ruperto* aliisque recognoscere perseveravi, lectionesque inveni consideratu dignas. Has seorsum ad exemplaria N. T. revocandas censui, delectuque locorum facto, memorabilia quædam sum nactus ex bibliothecis sat longe inter se remotis. *Reutlingenſem* egomet evolvendum accepi. Paullo ante, lectiones VII cod. mss. Lat.

Lat. *Lipſienſium*, quorum tres Senatoria Bibliotheca, quatuor Academica Paulina ſuppeditavit, accurate ſciteque exſcriptas miſit b. Chriſtianus *Weiſius*. Reliqua hic non enumerabo, undique conquiſita.

II. Acervum hunc *ventilavi*, lectioneſque variantes, quæ vel nil momenti a re, vel nil auctoritatis a vi codicum haberent, penes Millium potiſſimum jacere juſſi.

III. Varietatum ceterarum, quæ non prorſus rejiculæ viderentur, *delectum* feci: neque eum in marginem ſub textu, ſed in hunc ſeparatum contuli locum.

IV. Incunti Matthæo, Marco &c. ſuos *ſeorſum* adjeci codices, & quidem ſecundum *duas claſſes* ſupra § VIII conſtitutas. unde quovis loco inſigniore, deductis unius lectionis codicibus, eos poteris dignoſcere, qui alteram lectionem aut certo habeant aut habere ferantur.

V. Ad varietates per ſingula *capita* extractas, codices adjeci, primum *editos*; deinde *manuſcriptos*, & hos quidem ordine omnium commodiſſimo, ad claſſes illas referendo, alphabetico; poſtremo *patres* & *verſiones*. ubi hunc *ordinem* inverto, id plerumque indicat, qua ſerie varietas ab aliis videatur ad alios manaſſe.

VI. Vbi nomen *edd.* abſolute ponimus, *Comp. Er. Beza* innuuntur. ubi *alios* codices, numero præſertim adjecto, allegamus; eos innuimus fere manuſcriptos, qui apud Millium Kuſterumque occurrunt. Vbi numerus eſt *duplex*, duas is codicum claſſes diſtincte reſpicit. v. gr. Matth. VII. 14, *tredecim* (claſſis primæ) & *novem* alii (claſſis ſecundæ) notantur: Matth. VIII. 15, *bis undecim*.

VII. Codices *noviſſime* collati, ſæpius citantur nominatim: idque non potuit non fieri in iis locis, ubi differentias minutiores ſubtilioreſve, a Millio prætermiſſas, & tamen alibi, v. gr. in ed. Comp. obvias, noſtri codices conſenſu ſuo confirmarunt. Ceteroqui non his codicibus faveo magis, quam ceteris: ſed ceterorum nomina, ſi uſu venit, aliunde poſſunt peti; horum autem excerpta non alibi exſtant. Eodem autem modo demonſtratur, Millium lectiones codd. ſuorum & dextre & fideliter produxiſſe.

VIII. *Cauſas*, cur lectionem aliquam probemus vel non probemus, & unde varietatem ortam cenſeamus, gravioribus in locis *uberius* exponimus: ſæpe autem verbo, rotunde, categorice, ut ajunt, indicamus: quam indicii brevitatem nemo jure potuerit, aut obſcuritatis aut arrogantiæ accuſare. nam libertatem ſententiæ mutandæ ne mihi quidem ubique præciſam, nedum lectori ulli quicquam præſcriptum cupio: quid autem ſit nobis *alliteratio*, *rhythmus*, *compenſatio*, *homoeoteleuton*, *media lectio*, *paralleliſmus*, ex ſuperioribus patet, neque quolibet loco repeti debuit. Atque has cauſas lector ad alia quoque loca transferre poterit, ubi eas reticemus. ſæpe enim legitimæ ſunt cogitatu, ſed ad inexpertos abſonæ dictu. Quaslibet varietates, ad tot

cautiones ab initio hujus Apparatus ad hunc usque locum deductas, exigere non vacabit multis: sed nos animo iisdem cautionibus munito carminasse omnia, idonei deprehendent judices.

IX. Editionum celebrium *errores*, non a singulis typographis admissos, sed ab editoribus pluribus propagatos, identidem configo; non sane invidiæ causa, sed ne alii posthac eos incaute sequantur, nedum perperam defendant.

X. Ex hoc delectu *delectum* feci etiam breviorem, earum lectionum, quibus in *contextu*, quibus in *margine* locum dedi. illas in hac farragine *uno unco* clausi: has *duobus uncis* inclusi: ceteras *sine unco* posui. de hoc delectu agit præfatio. Cur autem quælibet lectio vel in textu, vel in margine, & in margine cum hac illave literula, vel in notis demum, vel ne in notis quidem a nobis posita sit; omnibus, qui eam ad hujus introductionis amussim revocaverint, perspicuum erit.

Nunc ad singulos libros, ad singula progredimur capita. qua in consideratione non multum succi quisquam postulaverit, sed textui per se succulentissimo ministrari meminerit.

– Obelus, *omissionem* notabit.

commutatio, per se patebit: & item *additio.*

¶ significat *eodem versu.*

In margine *textûs* A. 1734 & 1753 editi, quem marginem in hac nova Apparatûs editione Pars IV n. XIV totum repræsentat,

α innuit marginis lectionem, salvo etiam atque etiam judicio meliore, plane pro *genuina* habendam:

β eam, quæ per codices *firmior* sit lectione textus, *nec* tamen plane *certa:*

γ *æqualem* lectioni textus; interdum etiam talem, de qua decisio tota lectori relinquatur:

δ *minus firmam:*

ε *non probandam*, quamvis a nonnullis probatam.

APPA-

APPARATVS CRITICI

PARS SECVNDA,

QVÆ POTIORA LOCA VARIANTIA SINGVLATIM DISCERNIT.

MATTHÆVS.

Hunc habent

EDD. *Comp. Er. Steph. Bezae &c.*

MSS. CLASS. I. *Aug. 1. Bodl. 1. 2. 6. 7. Bu. Byz. Eph. Gehl. Gon. Hunt. 2. Laud. 2. 5. Lin. Magd. 1. M 1. Moſc.* (mancus a c. V. 44 ad VI. 13. & a c. IX. 18 ad X. 11.) *N. 1. Roe. 1. Seld. 1. 2. 3. Wheel. 1.*

CLASS. II. *Al.* (truncatus enim eſt a c. I. 1 ad XXV. 6. quare pro eo tantiſper codices *Cant. Cypr. Med.* alioſve, qui ſurrogandi viderentur, allegavimus:) *Aug. 2. 3. 4. Barb. decem, Baſ.* α (Millio *B. 1*,) β, γ, (de quibus mox,) *Bodl. 3. 4. 5. Cam. Cant. Colb. 1. 2. 3. 4. 5. 8. Cov. 1* (qui primum ad c. XI. 16 citatur Millio,) *Cypr. Gal. Go. Laud. 1. 4. L.* (qui incipit in c. XVIII. 15.) *Lipſ. Med. Mont. M. 2. Par. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. Per. Seld. 4. 5. Stap.* (id eſt, lectio Græca apud Iac. Fabrum Stapulenſem,) *Steph.* γ. δ. ε. ς. ζ. *n.* θ (nam ια non niſi ter ad c. X & XII citatur,) *Vien. Vſſ. 1. 2. Wheel. 3. Wo. 1. 2.*

VERSIONES, *Æth. Arab. Armen. Copt. Hebr.* (apud Saubertum, in var. lect. Matth.) *Goth.* (fere a cap. V ad XI.) *Lat. Perſ. Ruſſica* (apud Saubertum,) *Sax. Syr.*

PATRES, *Origenes, Chryſoſtomus* (cujus var. lect. ex mſ. locupletavit Saubertus,) & apud illum *Auctor operis imperfecti, Theophylactus, Euthymius, Hilarius Pictavienſis, Hieronymus* &c.

De codd. *Basileensibus* seorsum est dicendum aliquid. Habet inclytæ illius academiæ bibliotheca bene multos codices mſ. græcos N. T. quorum tribus Evangeliſtæ continentur. Ex his mihi, paucorum tantummodo, quæ selegeram, locorum excerpta petenti (*ne quis perpetuam collationem hîc requirat*) eximias quasdam Matthæi primorumque Marci capitum lectiones impertiit cel. Theologus, I. C. Iselius, plura paratus humaniſſime impertire, niſi egomet juſtis de cauſis recuſaviſſem: cujus me modeſtiæ eo minus pœnitet, quod poſtea Baſileenſium codicum lectiones in Prolegomenis N. T. Wetſtenianis promiſſæ ſunt, quarum tantiſper guſtus per nos, adhibito etiam ſpecimine annotationum Wetſtenianarum, præbetur. Ac ne quid confuſionis oboriatur, notæ codicum ſic ſe habent:

In pluteis ac forulis ipſius bibliothecæ:	in Proleg. Wetſten.	in Annotationibus noſtris:
B. VI. 21.	Claſſ. II. num. I.	Baſ. α.
B. VI. 25.	Claſſ. IV. ſect. III. num. II.	Baſ. β.
B. VI. 27.	Claſſ. IV. ſect. III. num. I.	Baſ. γ.

Malui enim *Baſ. α. β. γ.* quam *1. 2. 3.* appellare, partim ut internoſci poſſent, quæ ex *Baſ. 1.* eodemque *Baſ. α* Battierius Millio, Iſelius mihi miſit, partim ut *Baſ. β. γ* diſtinguerentur a *Baſ. 2. 3.* qui Millio ad Acta & Epiſtolas pertinent. Præcipue *Baſ. γ.* in Evangeliſtis duntaxat (nam etiam Acta & Epiſtolas habet,) a ſinceritate commendatur: & vetuſtate ſua, quam in ſeculum X conferunt proleg. *Wetſteniana*, longiore intervallo anteponitur codici *Baſ. β.* quam codici *Baſ. α* poſtponitur.

CAPVT I.

Verſ. 1 ſeqq. Βίβλος κτλ.) *Non apparet, ullum Hebraicum Matthaei codicem habuiſſe genealogiam, vel omnino duo capita prima. Citat tamen ea Celſus, Irenaeus, Tertullianus.* Wilh. *Wall* Not. crit. in N. T. Anglice editæ, p. 6. coll. præf. p. 12 ſeqq.

1 χριστοῦ Habent *edd. mſſ. verſiones, Iren.* &c. ~ *Æth.*

¶ δαυὶδ) *Comp.* per υ, ut εὗα, νινευὶ, λευὶ ſcribitur. Adde *verſiones* & *LXX int.* edit. Grab. δαῦδ *mſſ.* ſæpiſſime: interdum tamen δαυὶδ plene:) unde δαβὶδ *Er.* & al. edd. Porro recentiores nomina ſubſtantiva, propria & appellativa, divina & quævis alia, ſæpenumero *majuſcula prima litera* exprimere inſtituerunt: ſed nos veterum, Hebræorum, Græcorum &c. primarumque adeo editionum exemplo, eleganti literarum æqualitati operam dedimus, tantum *majuſculas* fieri *litteras* curavimus, ubi periocha incipit, ubi loquens aliquis inducitur, ubi Hebraico יהוה Κύριος Græcum reſpondet, vel ubi

ubi alia ratio idonea id ferre videbatur. *Talia minutiora semel attingimus. quare venia his dabitur initiis.* ¶ ἀβραὰμ) ἀβρααμ primum, deinde αβραὰμ placuit *Erasmo: Stephano* primum ἀβραὰμ, deinde αβρααμ. Linguæ quidem solent nomina peregrina ad *vernaculum* flectere sonum, ut Græci ἰερουσαλὴμ, ἱερεμίας, ἱεριχὼ, ad ἱερός· ἑβερ cum derivatis ad εβρος amnis nomen: ἡλίας ad ἥλιος· σωσάννα, pro σουσάννα, ad σῶσαι· τῶν κεδρων ad κεδρος· ἀλληλουΐα, per η pro ε, ex ἀλλήλων· Vid. *Hilleri* Onom. p. 697. 699. 715. Hæ causæ, apostolorum æque, ac citeriorum librariorum tempore valuerunt. Recentiora tamen videntur, pro φῆλιξ, φιλῆξ, ad φιλος & ἥκω flexum: & pro βηθφαγὴ, βηθσφαγὴ, ad σφαγή· ἀβραὰμ ad ἄβρός. certe *Abraham* scribunt *Goth. Lat.* &c. nec dubium est, quin veteres interpretes pronunciationem Græcam fuerint secuti.

3 τὸν post καὶ) ~ *Mosc.* ¶ ζαρὰ) ζαρᾶ *Aug. 1.* Variant valde codd. in accentibus nominum peregrinorum. ¶ ἑσρωμ κτλ.) Sequimur distinctiones Ruth IV. 18 seqq.

4 ἀμιναδὰβ) ἀμιναδὰμ *Aug. 4. Byz. Gehl.* & alii. ¶ ναασσὼν) ναασὼν *Seld. 5.* & alii, *Lat.* mss. *Sax.*

6 (~ ὁ βασιλεὺς) *Eph. Arab.* in Polygl. *Copt. Latinus Cod.* S. Germani, *Augustinus, Opus imperf., Pers. Syr.* Librarii, ut in versibus præcedentibus, ita hic, post δὲ statim arripuere ἐγέννησε. ¶ σολομῶνα) *edd. primae* & *mss.* unde *Salomonem* habet *Lat.* Et sic aliis locis. σολομῶντα *Steph. ed. 3.* cum paucis *ms.* Ex dialecto Alexandrina. ceteroqui raro aut nusquam nomen Hebraicum ad participialem Græcorum formam flectitur: sed βαβυλὼνος, σιδῶνος, σιμῶνος, sine τ scribitur.

10 μανασσῆ) ματασσὴν *Aug. 1.* & alii. ut μωσῆν.

11 ~ ἰωακεὶμ· ἰωακεὶμ δὲ ἐγέννησε τὸν) *edd. Aug. 1. 4. Bas. α. Byz.* &c. *versiones, Porphyrius, Chrys. Epiphan. Euthym. Hieron.* Augustin. *Victor* Capuanus. (ἰωακειμ. ἰωακεὶμ δὲ ἐγεννησε τὸν) *Colinaei* ed., *Barb. 2. Bas. β γ. Bodl. 6. 7. Gon.* manu prima, *Lin. Mont. Par. 2. 4. 5. Per. Seld. 2.* cod. *Neapolitanus* apud Montefalconium, & cod. alii tempore Hieronymi. & hanc lectionem *ex vetusto archetypo Graeco* tuetur *Stapulensis.* ἰακεὶμ ἰακεὶμ δὲ ἐγέννησε τὸν *Bu. Eph. Steph. 3.* (vix etiam alii in Bezæ & Wechel. notis.) *Catenae* græcæ margo apud Petavium. Sic edidit *H. Stephanus: E. Schmidius* incisum quoque illud, καὶ τοὺς ἀδελφοὺς αὐτοῦ, mox post τὸν ἰακεὶμ posuit: ponit sic etiam *Timotheus Philadelphus*, (id est, *D. Io. Kaiserus*,) in nova translatione Germanica N. T. Vid. *Gnom.* ¶ μετοικεσίας) In hujusmodi compositis, ubi præpositio vocalem amittit, consonans non præcedenti vocali, sed subsequenti jungitur, ex natura compositionis, & ex more veterum; qui etiam scripsere κα-θ' ὃν, ἀ-συλθε sed id nonnullis insolentius videri sensimus. promiscua hæc sunto.

12 ἰεχονίας) ἰεχονίας ἐγέννησε τὸν ἰεχονίαν· ἰεχονίας δὲ Epiphanius.

13 τὸν ἐλιακείμ) *Abner ; Abner genuit* præmittit *Hebr.* edition. Tilian. τὸν ἐλιακὶμ *Er. Moſc.* & al. Terminatio nominum Hebraicorum fere promiſcue in ει & ι, in ειμ & ιμ ſcribitur.

18 ἰησοῦ) *edd. mſſ.* &c. E Lectionariis repetunt Eraſmus & Millius. (~) *mſſ. Gr.* in rubrica duntaxat huic periochæ adjecta ; cui rubricæ reſpondet Appendix prima Dioptræ *Philippi* Solitarii : *Lat. Cant.* (latine, nam Græce mancus eſt:) *Sax. Irenaeus*, cujus hæc ſunt verba, criſi noſtræ hîc ineunti non parum gravitatis afferentia : *Poterat dicere Matthaeus*, Ieſu vero generatio ſic erat : *ſed providens SPIRITUS SANCTUS depravatores, & praemuniens contra fraudulentiam eorum per Matthaeum AIT*, Chriſti autem generatio ſic erat. lib. III. cap. 18. Accedunt Commentarii in Evang. *Theophilo* adſcripti, *Chryſologus*, *Vigilius*, *Theophyl. Lutherus.* Conf. var. Rom. XVI. 18. Etenim Græce ἰησοῦς ὁ χριστὸς dicitur : ὁ ἰησοῦς χριστὸς nuſquam dicitur, niſi in locis variatis, Act. VIII. 12. 37. Hebr. X. 10. 1 Ioh. IV. 3. Ap. XII. 17. Hac lectione antiquiſſima reſpicit textus verſum 17. & *Meſſiae* adventus, per tot generationes exſpectatus, exſerte demonſtratur. Sic quoque ἐγεννήθη *genitus eſt*, & γέννησις, *generatio* h. l. inter ſe reſpiciunt. Vtrique reſpectui inſervit particula δὲ *autem.* Sic nomen *Ieſu* c. II. 1. repetitur ex cap. I. verſ. ult. Poſtea Græci plerique addiderunt, ἰησου· quo pacto verſum 1. vel 16. reſpiceret oratio, minore vi. Vid. *Gnom.* ¶ γέννησις) *edd. mſſ.* Refertur ad ἐγεννήθη v. 16. γένεσις *Maximus*, dialogo III de Trin. contra Maced. inter opera Athanaſii, diſerte. Adduntur *Baſ. γ. Par. g. Euſeb.* in ſpecimine ed. Wetſtenianæ, cujus textus ſic habet.

19 παραδειγματίσαι) *edd. mſſ. Valla*, *Stap.* &c. δειγματίσαι *Barb. 1. Baſ. γ. Orig.* & *Euſeb.* ut docet Scholion in tribus codd. Coislinianis, in ed. Wetſten. quæ hoc in textum admiſit. Sæpe librarii feſtinantes, omiſſa præpoſitione, verbum ſimplex dederunt : & hoc loco accedit alliteratio ad δίκαιος.

20 ἰδοὺ) ἰδοὺ, *Beza.* Sed nos nimiam *commatum* copiam tum introductam eraſimus, & interpunctionem ad codicum editionumque veterum fluidam, nec tamen non diſtinctam, ſimplicitatem, anagnoſtis utilem, reſtituimus, eoque ipſo ad accentus rediimus hebraicos, qui ante vocativum, & in media epizeuxi, & ante לאמר & ante ἀμὴν, item poſt verba illa, quibus δεῦρο, ὕπαγε, ipſumque ἰδοὺ reſpondent, conjunctivi eſſe ſolent, & in allegatis V. T. regulam commodiſſimam præbent. ¶ (αὐτῶ &c. jota non ſubſcripto) Vid. *I. D. Majoris* Ep. quæ cum D. Zeltneri Diſſ. de Hora crucifixionis eſt recuſa. Speciatim de infinitivis in αν & de κἀγὼ ſimilibuſque vid. *Anonym.* apud. Viger. de Idiot. Gr. p. 158. 406 ſ. edit. Lederlin. de ἦρα, *E. Schmid.* ad N. T. ſ. 252. denique ἄκλιτον v. gr. βηθαβαρᾶ, καναᾶ, etiam in dativo

eſt

eſt ἄκλιτον. Ceteroqui in augmento, in craſi, in dativo, in ſubjunctivo, jota ſubſcriptum reliquimus. ¶ μαριὰμ) μαρίαν *Baſ. γ.* & inde ed. Wetſten. Alibi Matthæus hoc nomen Græce declinat: ſed hoc loco Hebraicum angeli ſermonem imitatur.

21 αὐτῆ) Etiam αὐτῆ cum ſpiritu leni eſt *reciprocum;* quod cum mſſ. retinet fere *Eraſmus*, ſed ceteri editores in αὑτῆ mutare amant. atqui particulæ ἀπ', ἐπ', ὑπ', κατ', μετ', αὐτῆ reciproco ſubſequente, aſpiratam pro tenui, apud alios quidem ſcriptores nonnunquam habent, ſed in codd. N. T. non habent. Matth. III. 16. Marc. V. 33. 40. Luc. XIX. 27. Ioh. XVIII. 4. Act. XIV. 27. Hebr. VI. 7. nam αὐτῆ ex ἑαυτῆ contractum eſt; ſed αὐτῆ, etiam reciprocum, ex αὐτὸς (Gal. II. 9.) deductum.

22 τῆ prius) ~ *Baſ. γ. Cant. Par. 9.* & inde ed. Wetſten. ¶ διὰ) *codd.*, *Iren.* &c. διὰ ἡσαΐου *Armen. Cant. cod.* Leonis X. *Iren.* alio loco, nec non *Perſ.* ¶ λέγοντος) ~ *Lin. Arab. Armen. Lat.* (in mſ. Colon.) *Perſ. Sax. Syr.*

23 ἕξει) λήψεται *Mont. Iren.* & al. Ex LXX Vatican. ¶ καλέσουσι) καλέσεις *Euſebius*, nec non *Epiphanius: Cant. Beza.* Ex v. 21, vel ex Ieſaja.

24 διεγερθεὶς) ἐγερθεὶς *Baſ. γ. Par. 9. Epiphanius*, & inde ed. Wetſten. Ex c. II. 14. 21.

25 αὐτῆς τὸν πρωτότοκον) ~ *Barb. 1. Copt. Lat.* olim. Nam *Helvidius*, & libro contra eum ineunte *Hieronymus*, poſtquam ſuper Matthæi verbis, quæ perſæpe ibi ſic referuntur, *donec peperit filium* &c. multa diſputarunt, novum continuo argumentum ex *primogeniti* appellatione deſumtum, unice ex Luc. II. 7 repetunt. Et quidem clauſula ex Luca ad Matthæum tradućta videtur. Si *Barb. 1. Copt.* ex Græcis codd. hanc lectionem hauſerunt, magnum inde pondus habent: ſin autem ex *Lat.* eam acceperunt, ſinceram Latini interpretis vetuſtiſſimi lectionem valde corroborant. Nonnullis in locis aliter atque antea incedit Criſis noſtra: neque tamen inconſtantiæ quiſquam mihi dicam ſcripſerit. Non enim ad ea, quæ priſtino uſu invaluerant, me recipio; quod tamen ipſum, ſi veritas jubet, non refugio: ſed in iis, quæ obruta fuerant, e ſitu ſuo educendis paulatim progredior.

MATTH.

CAP. II.

1 δὲ) ~ *Aug. 4. Byz. Per.* Ineunte pericopa. *ergo* habet *Lat.* ¶ τῆς ἰουδαίας) *Iudae* fecit *Hieronymus*, etiam verſu 5. ex *Hebraico.*

3 ἡρώδης ὁ βασιλεὺς) ὁ βασιλεὺς ἡρώδης *Baſ. γ. Cant. Euſebius*, & inde ed. Wetſten.

4 παρ' αὐτῶν) ~ *Bodl. 6. Cant. Laud. 5. Lin. Sax.*

6 μηδαμῶς) *non* reddit *Tertull.* & alii, & inde *Cant.* ¶ γὰρ) *edd.* &c. μοι *Baſ. β.* (γάρ μοι) *Er. Barb. 1. Bodl.* apud Fellum, *Cypr. Hunt. 2.* Ex Micha. LXX ex Hebr. habent, ἐκ σοῦ μοι ἐξελεύσεται. idque ſequitur cod. *Baſil. β. Er. ed. 1. Ald.* Vid. *Gnom.*

8 (ἐξετάσατε ἀκριβῶς) *Baſ. γ. Cant. Par. 9.* pluresve, *Vallae* annot. *Euſebius, Copt. Lat.* & inde ed. Wetſten. Adde *Bodlejanum* illum, in quo ἀκριβῶς deeſſe notatur Waltono. Alii ἀκειβῶς ἐξετάσατε. Nullius momenti varietas, præſertim in *Herodis* ſermone. Talia tranſiliemus.

9 ἔστη) ἐστάθη *Cant. Par. 9. Orig. Euſeb.* & inde ed. Wetſten.

11 εἶδον) *Comp. Aug. 1. 2. 4. Baſ. α. β* manu prima, *γ. Byz. Gehl. Moſc. Steph.* omnes, *Vien.*, reliqui *omnes* claſſis primæ, & ex ſecunda *plus viginti*, vel, *Barberinianis decem* additis, plus triginta; *Æth. Arab. Copt. Perſ. Syr. Orig. Euſeb. Chryſoſt. Elias* Cretenſis & alii, *Opus imperf. Iuvencus, Leo* Serm. IV in Epiph. ſæpe; & probant hanc lectionem Millius, Pfaffius, nec non Calovius, Simonius, a Maſtricht, Rumpæus. (εὗρον) *Lat.* (qui etiam Luc. 24, 24 εἶδον *invenerunt*,) *Er.* & inde al. edd. Hac periocha carent *Al. Aug. 3. Colb. 3. 5. Laud. 1. L. Par. 6. Wo. 1. 2. Goth.* vel etiam *Bodl. 3. Cov. 1. Gal.* Superſunt *Colb. 1. 2. 4. Par. 7. 9. Per.* haud ſcio an probe collati. Vid. *Gnom.* ¶ εἶδον τὸ παιδίον) εὗρον τὸ βρέφος *Epiphanius.* ex Luc. II. 12. 16.

13 ἀπολέσαι) ἀποκτεῖναι *Steph. 5. Orig. Rav. Æth.* apud Saubertum.

17 ἱερεμίου τοῦ προφήτου) κυρίου διὰ ἱερεμίου *Cant.* ¶ ἱερεμίου) ~ *Lat.* in mſ. Colon.

18 (~ θρῆνος καὶ) *Æth. Arab. Copt. Lat.* (& inde *Barb. 1.* vel etiam *Cypr.* & *Colbert.* n. 2467.) *Perſ. Syr.* ex inopia ſynonymorum; *Hieron.* neſcio an *Iuſtinus martyr.* Exſtat non ſolum apud LXX, ſed etiam in Hebræo. (Inopia ſynonymorum laboraſſe interpretes ſuſpicabar, qui θρῆνος καὶ prætermiſiſſent: ſed non minori jure dicere poſſis, Græcos librarios, non perpenſa vi adjectivi πολὺς, quod LXX hoc loco non habent, ex LXX θρῆνος καὶ adjeciſſe. Vide *Gnom.*) ¶ καὶ ante ἐκ) ~ *Lat.* in mſ. Colon.

22 ἐκεῖ) ~ *Byz.* & alii, *Euſeb.* ¶ ἐκεῖ) ἐκεῖσε *Cant. Gon. Go.* apud Walton.

23 ναζαρὲτ) ναζαρὲθ *Er.* & al. edd. *Aug. 4. Baſ. α. β. Cypr.* & aliquot alii. Et ſic alibi. ναζαρὰθ *Baſ. γ.* ת finale nominum propriorum perſæpe eſt θ apud LXX. ſed ἐλισάβετ per τ ſcribit Lucas, quod nomen quum Latinus ſcribit *Eliſabeth; Nazareth* ejuſdem nil pro ναζαρὲθ valet. ſic quoque γεννησαρὲτ *Genezareth.* ¶ τῶν προφητῶν) τοῦ προφήτου *Lat.* in mſ. Col. & al.

CAP. III.

CAP. III.

1 δὲ) ~ *Aug. 2. Mosc.* & alii, *Lat.* in cod. Corbejensi & S. Germani, *Cant. Sax. Angl.* Incunte periocha.

3 ἡτοίμ) al. ἡτοῖμ. neque hoc nomen ab ה incipit. sed Græci omnia vocabula ab ητ incipientia, nisi sit interdum η ex augmento ortum, cum spiritu aspero proferunt. itaque etiam ἡτοῦ scripserunt. ¶ ἐν τῇ ἐρήμῳ·), ἐν τῇ ἐρημῳ *Tremell.* ex accent. Hebr. & alii. sed vid. *Gnom.*

5 ἱεροσόλυμα) πᾶσα ἱεροσόλυμα *Bodl.* un. *Cant.* apud Fellum, *Æth.* ¶ ἡ prius) ~ *Comp. Aug. 2. 4.*

8 καρπὸν ἄξιον) *Comp. Aug. 1. 2. 4. Byz. Gehl. Mosc. Par. omnes, Steph. omnes, Vien.* & *viginti sex* alii, præter *Barberinianos; Æth. Arab. Copt. Lat. Pers. Iren. Origenes* (de quo tamen vid. Whitby f. 37. & rursum Grab. ad Iren. fol. 212. *Archelaus.* (καρπὸς ἀξίους) *Er.* & al. edd. &c. *Basilius, Chrys. Cyrillus* Al. *Theophyl. Syr.* e Luca. Vid. *Gnom.* Hac periocha carent *Al. Aug. 3. Colb. 3. 5. Laud. 1. L. Wo. 1. 2.* vel etiam *Cov. 1.* Supersunt pro Er. ex classe I, *Bodl. 7. Hunt. 2. Lin. Magd. Roe.* ex classe II, pausa *Gal.* & decem aliorum.

9 ἐκ) *edd. mss. Iren.* &c. καὶ ἐκ *Beza* cum paucis.

11 (~ καὶ πυρὶ) *Comp. Aug. 1. 2 Barb. septem, Bas. 1. Bodl. 1. 2. 4. 5. 6 Colb. 1. Em. Gehl. Gon. Go. Laud. 2. 5. Lin. Magd. M. 1. Mosc. Par. 1. 3. 8. Roe. Seld. 2. 3. 5. Steph. γ. δ. ε. ϛ. ζ. Wheel. 1. 3. Euthym. Theophyl.* Abrasum in *Vien.* & nonnullis apud *Er.* Citra hæc verba finierunt Græci, v. gr. in *Aug. 4*, lectionem ecclesiasticam, ne tristis esset clausula. Simili euphemismo & Iudæi post ultimum eumque severum Iesajæ, Malachiæ, Threnorum & Koheleth versum, referibere penultimum solent: & Græci nonnulli post ultimum Malachiæ versum ponunt antepenultimum. Etiam in *Byz.* τέλος primum post hæc verba, deinde, his erasis, ante, notatum est. Inde de tot codd. Gr. demta, quos non vetustissimos esse, hic locus ostendit. Habent *versiones*, quarum hic pondus maximum, *Origenes, Athanasius, Basilius, Cyrillus Al. Cyprian.* commentariique *Theophilo* & *Chrysostomo* adscripti, *Chrysostomus, Hieron.* multique patres alii. Hiant *Al. Aug. 3. Colb. 3. 5. Laud. 1. L. Wo. 1. 2.* vel etiam *Bodl. 3. Cov. 1. Laud. 4. Seld. 4.* unde lectionem καὶ πυρὶ defendunt etiam, ex classe I, *Bodl. 7. Bu. Eph. Gehl Hunt. 2. N. 1. Seld. 1.* & ex classe II, *Barb. tres, Cant.* Latine, (nam Græce mancus est,) *Colb. 2. 4. Cypr. Gehl. Lipsi. Med. Mont. M. 2. Par. 2. 4. 5 6. 7. 9. Per. Vss. 1.* Adde *Nubianos* & *Iabeanos* apud Brocardum monachum, in descript. Hierosol. in capite, Qui homines terram sanctam inhabitent. Præclare scriptor Programmatis *Gœttingensis* Pentecostalis A. 1744 lectionem καὶ πυρὶ vindicat. Et-

enim

enim ubi ſoli Græci codices quamlibet multi in lectione aliqua conſpirant, ut h. l. ii, qui καὶ πυρὶ omittunt : ibi prævalent alii, qui conſenſu verſionum & patrum ſtipati ſunt, ut h. l. ii, qui καὶ πυρὶ habent. Idem *rationes, cur omiſſae vel deletae ſint hae voces in nonnullis mſ. codicibus*, expendit : cauſam autem *communem* allegat, ac *probabilem eorum rationem* cenſet, *qui rem ex conciliandi ſtudio derivent, quia Marcus & Iohannes hiſce vocibus careant.* Librarii, qui Matthæum, iidem Lucam deſcripſerunt : atque apud Lucam ii καὶ πυρὶ conſtanter exhibent. Quare in Matthæo *propriam* quandam eos rationem ſecutos fuiſſe exiſtimes. Atque hanc ego cum Millio cauſam allegavi, quod periocha eccleſiaſtica in illis verbis, αὐτὸς ὑμᾶς βαπτίσει ἐν πνεύματι ἁγίῳ, terminata, ejuſque τέλος ante verba, καὶ πυρὶ, in Mſſ. notatum fuiſſet : inde porro librarios illud, καὶ πυρὶ, facile omiſiſſe. Apud Lucam periocha publice lecta non verſu 16 capitis III in καὶ πυρὶ, ſed verſu 18 finiebatur. Liberum tali in re cuivis manet judicium. Vide *Bekr. Zeugniſs* Sect. II § 19. Adde Gnom. ad h. l.

12 ἄλωνα) ἀλῶνα *Er.* ¶ αὐτῦ εἰς τὴν ἀποθήκην) *edd.* &c. *Latini* multi. Vnde εἰς τὴν ἀποθηκην αὐτῦ, *M. 1. Seld. 1. Steph. ς. n. θ. Perſ. Syr.* Facilioris conſtructionis cauſa, uti cap. XIII. 30. αὐτῦ, utroque loco, *Laud. 5. N. 1. Æth. Sax.* (αὐτῦ, neutro loco) *Bodl. 6. Gon. Lin. Par. 6. Seld. 2. Iuſtinus, Irenaeus* tribus locis, *Armen.* Variant inter ſe *Latini* codd. Vide *Gnom.*

13 ἐπὶ) εἰς *Comp. Chryſ. Lat.*

14 ὑπὸ σῦ) ſic ſcribendum, (ut ὑπ' ἐμῦ,) non, ut apud nonnullos, ὑπό σε· & tamen alibi πρός σε, non πρὸς σὲ, ut hic mox πρός με, non πρὸς μέ. nam με, μοι, με ſemper eſt enclitica : ἐμῦ, ἐμοὶ, ἐμὲ nunquam : σῦ, σοὶ, σὲ autem partim cum ἐμῦ, partim cum με congruit. confer *Devar.* de Partic. gr. in Ἐμοί.

15 ἡμῖν,) *Er.* & *Camerar.* annot. ex *Gaza.* ſed comma omittunt ceteri.

16 ὁ ἰησῦς) ~ *Lat.* multi apud Stephanum, Hentenium & Millium. ¶ εὐθὺς ~ *Lat.* aliqui, *Perſ.* ¶ αὐτὸν) καὶ εὐθὺς περιέλαμψε τὸν τόπον φῶς μέγα addit *Evangelium* ſecundum *Hebraeos* apud *Epiphanium ;* Liturgia *Syrorum ; Praedicatio Petri*, teſte tr. de bapt. hær. apud *Cyprian.* In pervetuſto *cod. S. Germani* exſtant hæc, *Et cum baptizaretur Ieſus, lumen magnum fulgebat de aqua, ita ut timerent omnes, qui congregati erant. Et baptizato Ieſu confeſtim &c.* Confertur huc a Millio *Iuſtinus* Martyr hiſtoriam hanc ad Apoſtolos, vel potius ad Evangelium ſecundum Hebr. referens, & hic *Iuvenci* verſus : *Surgenti manifeſta Dei praeſentia claret.* Non obſcure aſſentitur *Artemonius* ad Init. Ev. Ioh. p. 400. Marco quidem picturam Baptiſmi Ieſu, candidis e cœlo & nube radiis in hujus caput porrectis, præfigit *Byz.*

CAP. IV.

CAP. IV.

7 ,πάλιν) πάλιν, *Comp. Latinae* edd. quædam, *Armen.*

9 πάντά σοι) Sic *codd.* plerique, &, quod ad accentus attinet, *E. Schmidius.* Sic alibi, ἔσί μȣ, ἄνδρά σȣ κτλ. vid. *Herodian.* de enclit. σοὶ πάντα *Er. Baſ.* γ.

10 (ὀπίσω μȣ) *Comp. Er.* ed. 1. *Valla*, *Aug. 1. 2. 4. Byz. Gehl. Vien.* & *quadraginta tres* alii, præter *Barberinianos*; *Æth. Perſ. Iuſtinus M. Athanaſ.* non ſemel, *Theophyl. Archelaus* in diſp. cum Man. apud Hippol. ed. Fabr. Vol. 2. f. 169. *Auguſtin. Bodl.* un. apud Fellum, *Maximus.* Ex c. XVI. 23. A textu ſtant *Lat. Syr. Arab.* in polygl. *Orig. Chryſoſt.* (nam uncis includit commentarius,) *Euthym. Iuvencus*, *Ambroſ. Hilar. Hieron.* vel etiam *Lin.* &, ex claſſe II, *Baſ. 1. Colb. 1. 2. 4. Cypr. Lipſ. Med. M. 2. Par. 6. 7. 9. Steph.* ε. Nam hiant *Al. Aug. 3. Colb. 3. 5. Laud. 1. L. Wo. 1. 2.* vel etiam *Bodl. 3. Cov. 1. Seld. 4.* Vid. *Gnom.*

12 (~ ὁ ἰησȣ̃ς) *Aug. 1. Cant. Colb. 8. Mont.* pluresve, *Æth. Copt. Auguſtin.* Additum initio pericopæ. Vid. *Gnom.*

13 καπερναȣ̀μ) καφαρναȣ̀μ *Arab. Copt. Lat.* (& ex eo *Cant.*) *Perſ. Sax. Syr.* Et ſic alibi, etiam *Goth.* Unde καπαρναȣ̀μ *Caparnaum* ſcribit *Camerarius.*

16 καθήμενος) *edd.*, *mſſ.*, *verſiones*, etiam *Armen. Copt. Sax.* &c. *Tertull.* Facillime hoc potuit arripi e ſeq. (πορευόμενος) *Lat.* ante Hieronymum. nam *Hieronymus* in comm. in Iesa. IX. καθήμενος præfert, & tamen in Matthæo reliquit πορευόμενος. & ſic etiam *Lat.* in edd. ver. & in mſſ. (neque improbat margo Lovan.) item Harmon. Ev. *Victoris* Capuani, *Ambroſius Auſbertus*, Nic. de *Lyra*, *Antoninus* Flor. *Cajetanus*, & *LXX.* & ipſe textus *Hebr.* Id defendit Ianſenius in Concord. evang. f. 154. neque abnuit *Druſius* in Parall. *Caſaubonus* & E. *Schmidius* in Notis. Vid. *Gnom.*

18 ~ ὁ ἰησȣ̃ς) *Comp.* & al. edd. *Aug. 1. 2. Byz. Cant. Gehl. Moſc.* & *noveni* alii ex utraque claſſe, quamlibet vacuo *Stephani* margine, *Æth. Arab.* in polygl. *Copt. Lat.* in mſ. Reutlingenſi & Trevirenſi, *Perſ. Ruſſ. Syr.* (ὁ ἰησȣ̃ς) *Er.* & al. Initio pericopes.

20 (~ ἐυθέως) *Cypr. Gon. Seld. 1. Steph.* δ. ε. θ. *Opus imperfectum*, *Chryſoſt.* in textu, *Baſilius Sel. Druthmarus.* Legit & non legit *Origenes.* Marci eſt Millio. Poſt ἀφέντες id habet *Er.* Vid. *Gnom.*

23 ὁ ἰησȣ̃ς) ~ *Laud. 4.*

24 καὶ δαιμονιζομένȣς) ~ *Mont. Par. 2. 5. Theophyl.* Ex rhythmo: unde etiam καὶ σελήνιαζομένȣς omittit *Colb. 4.* δαιμονιζομένȣς, καὶ omiſſo, *Euſebius.*

CAP. V.

4. 5 (μακάριοι οἱ πραεῖς κτλ. μακάριοι οἱ πενθοῦντες κτλ.) *Lat.*, etiam apud *Hieronymum*, *Hilarius*, *Ambrosius* in Luc. VI conſiderate, *Primaſ.* in Ap. V & VII. *Cant.* græce & latine. ſed cum Græcis congruunt *Sax. Leo.* Vtroque modo *Chromatius.* Vid. *Gnom.*

18 γὰρ) ~ in *Colb. 4.* & paucis, puto, aliis, & in *Æth. Arab.* ¶ νόμε) νόμε καὶ τῶν προφητῶν *Iren. Armen. Mont. Par. 7.* Ex v. 17.

20 ὑμῶν ἡ δικ.) *Er. Aug. 2. Baſ. α. β. Byz. Gehl.* pluresve, *Goth.* ἡ δικ. ὑμῶν *edd.* al. Vid. *Gnom.*

22 εἰκῇ) Habent *edd.*, *Aug. 1. 2. 4. Byz. Cant.* &c. *Valla*, *Stap. Armen. Copt. Goth. Lat.* aliquanto ante *Hieronymum*, etiam apud *Irenaeum* ter, *Ruſſ. Syr. Arabs* Erpen. *Conſtitutiones apoſt.*, Auctor *ep.* ad Zenan & Serenum apud Iuſtinum, clariſſime; *Euſebius*, *Chryſoſt. Cyrillus* Al.; *Theodoritus*, *Greg.* Nyſſ. *Iſidorus* Peluſ. *Opus imperf. Euthymius*, *Theophyl. Confeſſio* eccl. or. p. 311. ed. Lipſ. *Cyprianus*, *Calaritan. Hilar. Philaſtrius.* Atqui etiam qui *non ſine cauſa* iraſcitur, peccat. c. XVIII. 21 ſeqq. Col. III. 13. & hanc limitationem εἰκῇ, vel ne *ira* quidem, vel etiam *dictio* ῥακὰ & μωρὲ requirit. (~) *Bodl. 7.* & *vera exemplaria* apud *Hieronymum*, *Æth. Arab.* in polygl. *Angl. Hebr. Lat. Sax. Barb. 1.* &, idem fortaſſe, *Vaticanus*, (ex Lat.) *Ptolemaeus*, *Iuſtinus* in Apol., *Orig. Tertullian. Iuvencus*, *Auguſtinus* in ipſis Retract. (eoque teſte *codices Graeci*) *Chromatius*, *Caſſianus*, *Ansbertus* in Ap. vel etiam *Irenaeus* l. 4. c. 27. Atque ita *Lutherus:* fortaſſe quia *temere* in Eraſmi verſione (hanc enim aliquando imitatur,) alio charactere expreſſum, & in annotationibus ejus (quas vide,) improbatum vidit. Legit & non legit *Baſilius.* Vid. *Gnom.* ¶ εἰς τὴν γέενναν) *icheune*, pro *geheneae*, habet mſ. Lat. *Trevir.* paſſim: id quod *Francogallum*, eumque perantiquum, videtur prodere librarium.

23 καὶ ἐκεῖ) *Comp. Er. Aug. 1. 2. Baſ. α. β. γ. Gehl. Moſc.* vel plures, *Chryſoſt.* κἀκεῖ *Steph.* ed.

24 διαλλάγηθι) καταλλάγηθι *Cant.*

26 ἂν) οὗ *Aug. 2. Byz. Gehl.* (qui c. XIV. 22. pro οὗ, ἂν compenſat,) *Par. 1. 4.* Ex v. 25.

27 ~ τοῖς ἀρχαίοις) *Comp. Aug. 1. 2. Barb. novem*, *Baſ. α. β.* manu prima, *γ. Colb. 1. 2. 4.* & tres alii *Colbertini*, *Gehl. Steph. quinque*, *Vien.*, *ſeptendecim* e claſſe I, & *duodecim* e claſſe II. *Æth. Arabs* in polygl., *Copt. Goth. Syr. Orig. Euthym. Iuvenc. Hilar.* nec non *Iren.* l. 4. c. 27. nam ponit quidem, ſed viciſſim verſu 21, quippe quem poſtea allegat, omittit. In *Byz.* ſcribi cœptum, ſcienter craſum. (τοῖς ἀρχαίοις) *Er. Aug. 4.* & alii, *Chryſ.* homilia

homilia ineunte, *Cyrillus* Al. *Theodoritus*, *Theophyl. Arab.* Erpen. *Lat.* aliqui, *Rufinus*, *Ruff. Sax.* nec non *Perf.* Ex v. 21 additum cenſet Millius & alii, ineunte præſertim pericopa. Vid. *Gnom.*

28 ἀυτῆς) ἀυτὴν *Comp. Aug. 1. 2. 4. Byz. Moſc.* cum multis : ex alliteratione ad ſeq.

31 δὲ) ~ *Aug. 1. Byz.* & aliquot alii, *Arab. Syr.* τοῖς ἀρχαίοις *Aug. 4*, ineunte pericopa.

32 ὃς ἂν ἀπολύτη) πᾶς ὁ ἀπολύων *Cypr.* & al. E Luca. ¶ μοιχᾶσθαι) μοιχευθῆναι *Theophilus* Ant. *Orig. Chryſ. Theodorit. Cant. Colb. 8. Par. 6.* ¶ καὶ ὃς uſque μοιχᾶται) ~ codd. nonnulli græci & lat. apud *Auguſtinum*, *Cant. Emm.* apud Walton.

36 ἢ μελ. ποιῆται) ποιῆται μέλαιναν *Steph. n. Perf.*

38 καὶ) ~ *Lat.* in mſ. Char. Col. & multis aliis.

39 δεξιὰν) ~ *Arab. Lat.* olim aliqui, *Cant. Opus* imperfectum. ¶ σῶ) ~ *Aug. 1. 4. Byz.* & alii, *Lat.* aliqui. Facile ante σιαγόνα excidit, collato Luca.

41 δύο) ἔτι ἄλλα δύο *Lat.* multi, & inde *Iren. Cant.*

44 (~ ἐυλ. uſq. μισ. ὑμᾶς) *Iren. Orig. Theophilus* Antioch. *Cyprian. Auguſtin.* & al. Prius comma ~ cod. *Colbert.* apud Simon. *Par. 4. Iſidorus* in Catena Aug. 5. & *Lat.* ſed alterum ~ *N. 1. Athenag.* Apol. p. 89. Ordo Lucæ, ne inde repetas, alius eſt. Homoeoteleyton, facilis hiatus. Quatuor ſunt hæc membra, ἀγαπᾶτε· ἐυλογεῖτε· καλῶς ποιεῖτε· καὶ προσεύχεσθε. quorum ſecundo & tertio veteres quidam carent, *Latinus* ſecundo, *Tertullianus* tertio. lib. de Patientia, c. 6. Quatuor igitur legenda ſunt. Vid. *Gnom.* ¶ τοῖς μισοῦσιν) *Comp. Aug. 2. 4. Steph. omnes*, *tota* claſſis I, (Si non excipis *Bodl. 2. 7. N. 1.*) & e claſſe II, *viginti ſex*, præter *Barberinianos; Chryſ. Chryſocephalus*, *Aug. 5.* in comm. τὲς μισθντας *Er.* &c. Ex alliteratione vel ſtudio Græciſmi.

45 υἱοὶ) ὅμοιοι *Iren.* & alii. ¶ ἐν) ἐν τοῖς *Comp. Aug. 1. 2. 4. Byz. Par. 6.*

46 τελῶναι) ἐθνικοὶ *Arab.* in polygl. *Goth.* Ex v. 47. Alii codices, qui huc referuntur, ad verſum 47 unice pertinere, Milliique ſiglæ Millium ipſum & Kuſterum impediſſe videntur. conſ. ed. *Ox.* min. Conjungit *Io. Kaiſerus* verſu hoc & ſequente.

47 ἀδελφὲς) *Er.* & al. edd. &c. *Copt. Lat.* & inde *Cant.*, *Syr.* (φίλυς·) *Comp. Aug. 1. 2. 4. Barb. novem*, *bodl. ſeptem*, *Byz. Valla*, plerique apud *Er.*, *Pariſini ſex*, *omnes* apud *Steph. Vien.* & e claſſe I. *quindecim*, & e claſſe II

undecim alii, *Arm. Goth. Calaritanus, Iuvencus, Ruff.* Hiat *Mosc.* ¶ τελῶναι) *edd. mff.* &c. Ex v. 46, vel ex allit. ad τέλειοι. (ἐθνικοὶ) *Barb. 1. Cant. Colb. 8. Gon. Steph. δ. Æth. Arab. Copt. Lat. Veles. Pers. Ruff. Sax. Conſtit. apoſt. Chryſ. Iſidor. Cyprianus, Chromatius, Calaritanus, Hieron.* nec non *Tertullianus.* Lectio media, v. 46 τελῶναι· v. 47 ἐθνικοί. Vid. *Gnom.* ¶ ἔτω) τὸ αὐτὸ *Aug. 4.* & al. *Syr.* E v. 46.

48 ἐν τοῖς οὐρανοῖς) Sic fere v. 45. c. VI. 1. &c. οὐράνιος *Byz.* & alii, *Lat.* plerique, *Chryſoſt.* & al.

CAP. VI.

1 ἐλεημοσύνην) *edd.* (etiam prima Eraſmi,) mff., *Orig. Chryſ. Iſidorus Peluſ.* ſæpius, *Syr.* &c. Ex v. 2. (δικαιοσύνην) *Lat.* & ex eo *Cant. Iſid. Peluſ.* l. 3. Ep. 34. Sæpe pro צדקה LXX ἐλεημοσύνη, *Latinus*que *juſtitia.* Deut. XXIV. 13. Ieſ. I. 27. XXVIII. 17. LIX. 16. Dan. IX. 16. Sed hoc loco *Latinum* legiſſe δικαιοσύνην, ex eo colligas, quod in v. ſeqq. *eleemoſynam* reddit. Id probat Beza, Druſius, Millius, G. Olearius, C. M. Pfaffius, Io. Kaiſerus. Vid. *Gnom.*

4 (~ αὐτὸς) *Bodl. 3. 4. Colb. 8. Hunt. 2. L. Lin. Magd. M. 1. N. 1. Steph. δ. ς. η. Wh. 3. Goth. Lat.* & aliæ verſiones, *Chryſ.* Quum *Byz.* omiſiſſet, mox poſt σοὶ id repoſuit. Conf. v. 6. 18. Vid. *Gnom.* ¶ ἐν τῷ φανερῷ) *codd.* Gr. *Baſilius, Chryſ. Conſtit. apoſt., Theophyl. Arab. Goth. Perſ. Syr.* &c. *Lat.* ante Hieron. *Cyprianus, Opus imperf.* (~) *Gon.* apud Fellum, *Wheel. 1.* duo apud *Simonium*, Græci codd. apud *Auguſtin. Copt. Lat. Barb. 1.* &, idem fortaſſe, *Vaticanus, Cant. Orig. Iuvencus, Hieron. Salvian.* & alii. Paulatim hoc illatum eſt in verſum 4, vel certe in verſum 6, vel certe in verſum 18.

6 ταμιεῖον) ταμεῖον *Er. Aug. 1.* & alii. ¶ τῷ ante ἐν) ~ duo cod. apud *Bezam, Arab. Lat.* & inde *Cant. Sax. Ruff.* ¶ ἐν τῷ φανερῷ) *edd. mff. Chryſ.* & *Opus imperf. Goth. Syr.* &c. (~) *Go.* apud Fellum, *Orig. Euthym. Copt. Lat.* & inde *Barb. 1.* &, idem fortaſſe, *Vaticanus, Cant. Iuvencus, Hieron. Chromatius, Sax.* Deletum, uti verſu 18. vel potius iteratum ex v. 4.

7 μὴ βαττολ.) μὴ βατολογήσητε *Aug. 1. Curcell.* append. nec non *Vff. 1.* apud Fellum.

9 τοῖς οὐρανοῖς) *Si fides* Hug. Brughtono, *exſtant multi vetuſtiſſimi cod. mſ. in quibus legitur* ἅδη, *neque alia quam iſta ratione antiquitus* Orationem Dominicam *recitavere Macedones.* Olear. diſſ. de Redemtione ex inferno, p. 38.

10 (γενηθήτω uſq. βασιλεία σε) *Tertull.* de or. c. IV ſeqq. Vid. *Gnom.*

12 ἀφίε-

12 ἀφίεμεν) ἀφήκαμεν *Barb. 1. Orig.*

13 ὅτι usque ἀιῶνας. ἀμὴν) Primum de ceteris hujus clausulæ verbis, deinde de vocula ἀμὴν ita agemus, ut expeditius possit judicium fieri.

§ I. Habent hancce clausulam græci codices hodie plerique omnes.

Hanece clausulam (quæ ætiologia est potius, ad ea quæ petuntur impetranda, quam doxologia; neque enim hic dicitur, *Tibi (sit) regnum*, sed, *quia tuum est regnum*, & reliqua:) habent *graeci codices*, *Vallae*, *Complutensium*, *Erasmi*, *Iac. Fabri Stapulensis*, *Stephani* (ad quos etiam provocat Franc. Lucas,) *Simonii*, *Millii*, *Kusteri*, *Aug. 1. 2. 4. Bas. α. β. Byz.* cod. regius *Hasuiensis*, &c. singulari consensu.

§ II. Habent patres Græci, versionesque complures.

Habet *Chrysostomus* (Bezæ tamen & Morino in contrariam partem citatus,) ad h. l. & Tomo V. Serm. 10. *Isidorus Pelusiota*, *Constitutiones apostolicae* l. III. c. 18. & l. VII. c. 24. (quas interpolatas esse, ex hoc ipso loco infert Wallius in Notis crit. p. 8.) *Germanus Constantinopolitanus*, *Theophylactus*, *Euthymius*: *Æth. Armen.* (in ms. IV Evang.) *Arab.* in edit. Erpen. & in cod. mss. Anglicanis, *Goth. Pers. Syr.* Accedunt *Russ.* & *Hebr.* Munsteri apud Saubertum, *Nectariique* Confessio: Sed hæc tria monumenta sunt recentiora.

§ III. Non tamen his suffragiis alia debent admisceri minus firma.

Mutili sunt hoc loco *Aug. 3. Colb. 3. 5. L. Laud. 1. Par. 9. Wo. 2.* vel etiam alii secundæ classis, &, quod maxime notandum, *Alex.* in quo, Latini interpretis simillimo, & longe antiquissimo, clausulam exstitisse hanc, multo minus spondere possis, quam in ceteris illis. Neque eam spectat *Caesarius* in Quæstione XXIX, quum ait, οἷον ἐνισχύομεν ἐπινικίως τὸν χριστὸν ἐν τῷ καιρῷ τῆς θείας τῶν μυστικῶν τελετῆς βοῶντες, ὅτι σὸν τὸ κράτος, ἡ βασιλεία, καὶ ἡ δύναμις, καὶ ἡ δόξα. ἰδὲ τὸ ἐνικὸν τῆς θείας φύσεως τὸ πατρὸς καὶ τὸ υἱὸ καὶ τὸ ἁγίου πνεύματος. Aperte doxologiam, ut Liturgiæ, non ut Orationis dominicæ partem citat. Passim vero huc allegatur *Luciani* nescio cujus, pervetusti certe, Philopatris, ubi empæcta sic loquitur, Ἔασον τούτους, τὴν εὐχὴν ἀπὸ πατρὸς ἀρξάμενος, καὶ τὴν πολυώνυμον ᾠδὴν ἐς τέλος ἐπιθείς. Atqui manifestum est antitheton, primum inter εὐχὴν sive orationem dominicam, & inter ᾠδὴν sive hymnum: deinde inter *Patris* nomen, & inter *multa nomina*. Non igitur initium & finem orationis dominicæ irrisor spectat, (neque enim *regnum & potentia & gloria* causam calumniæ dabat de nimietate synonymorum, præsertim cum ipse Philopatris synonyma passim cumulet:) sed spectat & orationem dominicam a *Patre* incipientem; & Hymnum, notissimum utique (vid. *P. Zornii* Opusc. sacr. T. I. p. 68 seq.) quem autem? unum haud dubie illum, *Gloria Patri*

tri & Filio & Spiritui ſancto : (de cujus hymni antiquitate exſtant DD. *Rechenbergii* & *Bernholdi* diſſertationes, quibus jungas cel. *Pfaffii* diſſ. de recta Theologiæ hymnodicæ conform. cap. II. §. 1. 2.) etenim aperte *Patrem*, & Patris & Filii & Spiritus ſancti, quaſi *multa*, *nomina* inter ſe committit; quemadmodum in eodem dialogo Critias, per *Patrem*, *Filium*, *Spiritum*, jurare juſſus, reſpondet, *Numerare me doces, & juramentum arithmetica eſt?* &c. Proinde uſus, qui ex antiquitate iſtius dialogi Lucianei, non ſane contemnendus, petitur, ad hymnum *Gloria* pertinet, non ad orationis dominicæ clauſulam.

§ IV. Non habuit unquam Latinus interpres, unus omnium antiquiſſimus: neque Tertullianus, neque ceteri patres Latini, in Africa, Italia, Gallia, Hiſpania.

Latini codices innumerabiles clauſulam ſummo conſenſu prætermittunt: facitque cum iis verſio *Sax.* & *Anglica*, & *Sinica*, in *And. Mülleri* comm. ad monum. Sin. pag. ult. aliæque ſimiles, de quibus vid. *I. A. Schmidii* vel potius *Fr. Io. Schraderi* diſſ. de Or. domin. p. 78. *Tertullianus* & *Cyprianus* in ipſis libris de Oratione dominica textum aperte ex Matthæo exhibent, nec tamen ullo verbo attingunt clauſulam: imo *clauſulam* appellant illud ipſum, *ſed libera nos a malo*, quod *in noviſſimo* poni *Cyprianus* dicit. *Hilarius* Pictavorum epiſcopus in comm. ad Matth. orationem dominicam tranſilit, lectorem ad Cyprianum, nec non ad Tertullianum, remittens; clauſulamque ab illis prætermiſſam, nihilomagis ipſe allegat. *Hieronymus* neque ipſe clauſulam uſpiam habet: neque eam legit *in Evangelio Nazaraeorum; e quo cum orationis hujus partem* (inquit Millius) *citaret Hieronymus, coronidem ipſam ſane, ſi comparuiſſet illic, nunquam praeteriiſſet intactam.* Non minimum eſſe hoc momentum, agnoſcit Ioh. Gregorius in Obſerv. cap. 38. *Auguſtinus*, orationem dominicam & quater ſeorſum, in Sermonibus ad competentes, & ſimul cum ſermone Domini in monte, & in libro de orando Deo, cap. XI & XII, & in Enchiridio exponens, & cum Luca accurate conferens, nil de clauſula dicit. *Chromatius*, Aquilejenſis epiſcopus, cui venerabundam Chryſoſtomus ſcripſit epiſtolam CLV, in tractatibus in Matth. V & VI, quos ei tribuit Albinus ſive Alcuinus in lib. contra Felicem, de clauſula ſilet. *Petrus Chryſologus* archiepiſcopus Ravennas, Sermone LXVII ſeqq. quinquies orationem dominicam explicans, clauſulam ignorat. Silet etiam *Victor Capuanus*, niſi ipſe potius *Ammonius Alexandrinus*, vel quiſquis auctor eſt Harmoniæ evangelicæ per Victorem inſtauratæ: in qua exſtat tota, ſine clauſula, oratio dominica. *Fulgentius* in quarta ad Probam Epiſtola tota, de oratione, occultum ad capita ſeriemque totius dominicæ orationis habet reſpectum, & quidem in extremo ad illud Rom. VII. 25. *gratias ago* ita alludit, ut non ſolum non attingat clauſulam, ſed etiam laudationem quodammodo differat in vitam æternam. atque idem Cyprianum ſæpe ejuſque inprimis epiſtolam de oratione dominica in ſcriptis ſuis citans, eo magis ſuppleturus fuit clauſulam, ſi eam a Cypriano ignoratam ipſe poſtea nactus eſſet. Non diſſimili ratione auctor Epiſtolæ ad Toloſanos, *Martiali*, qui Lemovicenſium epiſcopus ſeculo III fuiſſe ſtatuitur, adſcriptæ, tractationem

nem de precibus a cap. XV ad cap. XXIV dominicæ orationi superstruit, clausulam intactam relinquens. *Venantius Fortunatus*, Hilarii, duobus seculis interjectis, successor, Expositionem illam, qua Hilarius superfederat, quasi supplevit, quæ item citra clausulam finitur. *Gregorius I*, in Libro Sacramentorum, orationem dominicam in Eucharistia sine clausula recitari solitam inducit. consentitque *Isidorus Hispalensis* L. I. de eccl. off. c. 14. orationem dominicam in Missa adhibitam, sine clausula exponens. Cumque Latina verba apud hosce scriptores differant; ex quibus pro *inducas*, *patiaris induci* Cyprianus, & *inferas* Augustinus; pro *libera*, *evehe* Tertullianus habet: eo magis existimare licet, alium aliumque interpretem orationem hanc usitatissimam, prius etiam, quam libri sacri transferrentur & in omnium manus pervenirent, transtulisse in Latinum, ex aliis aliisque, clausulam peræque non habentibus, Græcis codicibus: quibus, Afros præsertim, Latine loquentes, non caruisse, vel Marius Victorinus ostendit, qui illud, δὸς ἡμῖν ἐπιούσιον ἄρτον, non semel attingit. Neque vero tam illustrem Latinorum consensum debilitant I. *Codd. Lat.* aliquot, qui clausulam habent, apud Iac. Fabrum Stapulensem; haud dubie ex Correctoriis, Græce sic legi notantibus, illatam. Vide *Simonii* Observ. nov. p. 138. *I. H. a Seelen* Medit. exeg. p. 635 s. Unum addit Rob. Stephanus; ad Græcos videlicet refictum, ut notat Lucas Brugensis ad Matth. VI. 4. Iac. IV. 5. & multis locis inter hæc duo interjectis. II. *Opus imperfectum* in Matthæum, quod Chrysostomo adjungi solet. Chrysostomo coævum id opus statuit Caveus, Millius autem id ante exitum seculi X scriptum esse contendit: ex vero uterque. illud videlicet in auctorem ipsum, Græcum, qui multas voces locutionesque Latinis peregrinas, Græcis domesticas, & simul quiddam supra Latinos patres lacteum vehit: hoc in interpretem latinum, qui multa de suo adjecit, convenit. Itaque hoc Imperfectum opus in testimoniis N. T. Latinos interdum, v. gr. Matth. XXV. 1, sed magis Græcos, & quidem Asiaticos, solet sequi codices; & hos sequitur, dum clausulam hancce, vel partem potius clausulæ, *quoniam tuum est regnum & virtus & gloria*, exhibet, non iniquam clausulæ ex Liturgiis (de quibus infra) paulatim varieque in codices receptæ suspicionem præbens. III. Scriptor *de Sacramentis*, apud Ambrosium. nam libro VI is quidem, capite V, orationem dominicam iis verbis, quibus Cyprianus, ita percenset, ut sub verba illa, *libera nos a malo*, addat, *quae sequuntur, audi, quid dicat sacerdos, Per Dominum nostrum Iesum Christum, in quo tibi est, cum quo tibi est honor, laus, gloria, magnificentia, potestas, cum Spiritu S. a seculis & nunc & semper & in omnia secula seculorum:* sed auctorem (Græcorum ceteroqui non expertem) non hanc pro interna orationis dominicæ parte habuisse, patet prorsus ex l. V. c. IV. ubi eandem orationem totam sine clausula præmittit expositioni, neque in expositione eam attingit, sed librum illum V concludit per doxologiam voluntariam perinde uti librum I & IV & VI.

§ V. Non habent, certe non habuere Græci codices antiquissimi; non patres interpretesque alii.

Non habet insignis codex *Bas.* γ. Estque in augustissima Bibliotheca Vindobonensi codex ms. membranaceus IV Evang. pervetustus optimæ notæ, num. XXIX.

in

in Lib. III. Comm. Lambecii, cujus margo hac annotatione distinguitur, τὸ δὲ ὅτι σοῦ ἐστιν ἡ βασιλεία καὶ ἡ δύναμις καὶ ἡ δόξα, ἔν τισιν οὐ κεῖται μέχρι τοῦ ἀμήν. Tale fortasse exemplar fuit, ex quo Græca in bilinguem *Cant.* transsumta sunt, clausula utrinque carentem: tales certe codices habuit *Cyrillus Hierosolymitanus*, qui in Catechesi πρὸς τοὺς νεοφωτίστους quinta, orationem dominicam, in *Eucharistia* recitari solitam, ordine exponit, expositionemque ita concludit, ἀλλὰ ῥῦσαι ἡμᾶς ἀπὸ τοῦ πονηροῦ· πονηρὸς δὲ ὁ ἀντικείμενος δαίμων, ἀφ' οὗ ῥυσθῆναι εὐχόμεθα. εἶτα μετὰ πλήρωσιν τῆς εὐχῆς λέγεις ἀμήν, ἐπισφραγίζων διὰ τοῦ ἀμήν, ὃ σημαίνει γένοιτο, τὰ ἐν τῇ Θεοδιδάκτῳ εὐχῇ. Fuere autem in Palæstina, adeoque penes Cyrillum, codices Græci probatissimi. vide supra, pag. 421. *Caesarius*, cujus verba reposuimus § III, clausulam non modo non agnoscit, sed plane ignorat. nam si eam nosset; non ut partem liturgiæ, sed ut partem orationis dominicæ, multo aptius ad propositum suum, citasset. Scriptor scholiorum in orationem dominicam, quæ Origenis libro περὶ εὐχῆς annectuntur, & Origeni vel rectius *Petro Laodicensi* adscribuntur, in ea ipsa explicatione satis copiosa clausulam prætermittit. Quæ cum ita sint, patet, quid de *Gregorio Nysseno* statuendum sit, qui explicationem totius orationis dominicæ sic concludit, *Igitur nos quoque oremus*, Ne nos inducas in tentationem, h. e. *in mala vitae hujus:* sed libera nos a malo, qui (malus) *vires habet in hoc mundo, a quo liberamur gratia Christi*, ὅτι αὐτῷ ἡ δύναμις καὶ ἡ δόξα ἅμα τῷ πατρὶ καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων ἀμήν. Prætermissam a Gregorio clausulam Millius; Whitbius liturgicæ formulæ insertam contendit. Omnino analogia totius instituti Gregorium impulisset ad clausulam disertius tractandam, & verba ejus pressius retinenda, si eam pro parte textus habuisset. Non solum tractationem orationis dominicæ, sed quam plurimas homilias ea formula concluserе veteres, qua Gregorius hic est usus: qui quidem, ob vetustatem non summam, minus confirmat clausulam, si eam legit; quam confutat, si eam non legit. Accedent infra, Græci alii: neque invidiosum fuerit *Bogomilos* addere, qui hac clausula abstinuisse feruntur; quamquam etiam *Confessio ecclesiae orientalis*, a laicis, absente clerico, qui recitet clausulam, eam recitari solitam negat, hanc reprehendens consuetudinem, quasi Matthæo minus respondentem. Part. II. quæst. 28. *Nec volam* hujus clausulæ *nec vestigium reperio in translatione* Coptica, *(quod etiam de* Ægyptiaco *quodam codice notabatur in margine manuscripti* Arabici *citati a Pet. Kirstenio in Notis ad* Matth. VI. 13.*) uti nec in versione* Arabica, *quae habetur in Bibliis polyglottis Londinensibus, nec in illa, quae prius Romae prodiit.* Thom. Marescballus ad Versionem Goth. p. 466. In *Coptico* ms. suo perinde ut in editis exstare clausulam negat Maturinus Veyssiére La Croze. Kirstenianum exemplar Arabicum in ipso textu clausula caret, itemque Medicæum, ut docet *Gregorius* l. c. Congruit cum his Arabicis codicibus illa oratio dominica, quæ, ut idem Gregorius cum Seldeno docet, apud Mahometanos est, & ab ipsis dicitur *Oratio Iesu filii Mariae*, atque ita DESINIT, *Et ne regnet super me qui misericors esse nolit, pro misericordia tua, o qui maxime misericors es:* quæ non obscura paraphrasis est verborum illorum, *sed libera nos a malo.*

§ VI.

§ VI. Non tamen hiſce ſuffragiis alia debent admiſceri fictitia.

Citatur *Steph. β.* & *duo* putantur eſſe codices, cum ſit unus, *ſecundus:* neque hic ipſe alius eſt atque *Cant.* græcolatinus: quem ipſum Beza dicit, quum *vetuſtiſſimos aliquos codices graecos* dicit. Citatur etiam editio *Complutenſis;* quæ tamen clauſulam in textu omiſit, non Græcorum, ſed Latinorum codicum auctoritate, uti demonſtrat cel. Frickius in comm. de cura eccl. vet. circa ſcript. p. 141, Vaticanos, quos Millius huc allegat, nullos eſſe evincens. Denique ex *Comp.* deſcriptum eſſe codicem *Ravianum*, quem Saubertus citare ſolet, hodie conſtat. Sic opinio aliquot græcorum codicum evaneſcit. Neque in ſupplementum vocamus puſillum codicem, qui in Bibliotheca *Vffenbachiana* mſ. ſeptimus eſt ſui generis, parteſque aliquas N. T. & in his orationem dominicam habet, & Græce & Latine, ſine clauſula, cum ſolo ἀμὴν *amen:* ultro potius agnoſcimus, in hoc libello perquam recenti (namque in Litania Thomam Aquinatem invocat) Græca Latinis pro communi precationum uſu eſſe accommodata.

§ VII. Ardua, ſi uſquam, hoc loco eſt deciſio.

Expungunt clauſulam (ne de *Complutenſium* margine, de *Eraſmi* annotatione, *Ioachimo Camerario* non obſcure probata, de *Cotelerii* annotationibus ad Conſtit. apoſtolicas, de *Rich. Simonii* animadverſionibus, de ceterorum Romanenſium conſenſu dicamus) expungunt, inquam, *Renhardus Lutz*, *Kirſtenius*, *Scultetus*, *Grotius*, *Waltonus*, *I. P. Pfeifferus*, *Millius*, *cordatiorum*, imo *omnium*, conſenſum allegans in Proleg. § 1086. 1257. *Grabius* in Liturgia ſua, *Wall* l. c. *Anonymus* in ed. *διγλώττῳ* neque non aperte dubitant *Beza*, *Al. Morus* Axiomate XI. Ger. a *Maſtricht* in Not. ad h. l. Tractatus Germ. de Theol. Æth. ab *Adolpho Windhornio* editus, p. 69, aliique. *Buceri*, *Pellicani*, *Bullingeri* conſenſum laudant *Prolegomena Wetſten.* p. 161. Sane qui verbum Dei reveretur, mundum mereri nolet, ut talem periocham, contra atque penes conſcientiam res fert, vel demat vel addat. Rem autem ipſam dignoſcere, valde eſt difficile: nam ipſum *Graecorum* nomen codicum, clauſulam defendit; ſed *antiquitas* ceterorum veſtigiorum eam arcet. Atque hactenus bilanx in eo ſtat æquilibrio, ut non niſi arbitrio humano, in ipſam veritatem nihil juris habente, in hanc poſſit illamve partem inclinari. Vnde non mirum, literatiſſimos homines tantopere hic æſtuare, vel in dubitatione ſubſiſtentes, vel, ubi a dubitatione ſe revocant, ægre ſibi ſatisfacientes. Non enim ſufficit in loco tam ſingulari dicere, *Graece*, *graece* ſic hodie legitur: nec rurſum ſufficit dicere, *Patres*, *patres* antiquiores ſic habent. Quid ergo eſt? in utramque partem nervos cernemus.

§ VIII. Pro clauſula non deeſt quod dici poſſit.

Facile hæc pars vel ſtudio, ut Matthæus & Lucas convenirent, vel per incuriam fuit omiſſa in codice aliquo antiquiſſimo, quem Ægyptii præcipue & Latini

librarii & patres & metaphraſtæ ſecuti ſint. Hoc unum eſt, quod pro defendendis græcis codicibus comminiſci poſſis: ſed non ſine ſpecie, ſi per ſe ſpectetur hic locus; cum præſertim nulla ſit hic verborum in codd. Græcis varietas. Similitudo formularum Talmudicarum, quæ orationem dominicam fere totam, ſparſim videlicet, exhibent, & in Sepher hammuſſar doxologiam proponunt, *Quia tuum eſt regnum, & regnabis glorioſe in ſecula ſeculorum:* urgetur maxime. ſed in ea plus ſuavitatis ineſt, quam ponderis.

§ IX. Sunt rurſum, quæ contra clauſulam dici poſſint.

1 Occurrit Lucas, qui non modo clauſulam, ſed etiam tres alias orationis dominicæ ſententias, a Matthæo perſcriptas, prætermittit. potuiſſet apud Matthæum unica excidere clauſula, per *librariorum incuriam:* at tres ſententiæ diviſæ apud Lucam, non potuere. Aperte igitur eæ, ad apicem, ſunt traductæ a Matthæo, ut Beza agnoſcit, ad Lucam; & traductæ eo tempore, quum clauſula necdum apud Matthæum exſtaret. nam ſi exſtitiſſet, ſimul a Matthæo fuiſſet ad Lucam traducta. Quod ſi cui commodius fuerit opponere, clauſulam *ſtudio* deletam in Matthæo eſſe ab iis, qui Matthæum ad Lucam conformare voluiſſent; non additam eſſe Matthæo, quum æque fuiſſent Lucæ addituri: reſpondebitur, tali pacto eos non ſolum clauſulam, ſed etiam alia orationis hujus capita, non perſcripta a Luca, in Matthæo deleturos fuiſſe: clauſulam vero potius Matthæo intuliſſe eoſdem quam Lucæ, quia Matthæi formula jam tum magis frequentata fuerit, quam Lucæ. unde etiam factum, ut ii, qui orationem dominicam ſeorſum expoſuere, plerumque Matthæum aperte ſumerent; librariique ſubinde, feſtinantes, aliquid v. gr. in petito tertio & quarto ex Matthæo in Lucam potius, quam ex Luca in Matthæum inferrent.

2 Nemo poſtulaverit, ut demonſtremus, cur, unde, quando adjecta ſit clauſula, quum adjectam certe eſſe eam, firmis conſtat documentis. Sed tamen apprime juvant, quæ Gregorius l. c. collegit. Græca eccleſia orationi dominicæ *aeque*, inquit, *ſubjungit* hanc clauſulam, *& aliis precationibus: ut illi, quae incipit*, Ο Θεὸς ὁ Θεὸς ἡμῶν &c. *Euchолog. fol. σιγ. B. illi*, ἐκ νυκτὸς ὀρθρίζει &c. *Euchol. fol. ια. B. illi*, Κύριε ὁ Θεὸς ἡμῶν &c. *Euch. ρμη. A. illi, quae inſcribitur* Εὐχὴ τῶν μιαροφαγεστάντων, *Euchol. μν* (an *μγ*) *A. & quae* Εὐχὴ ἐπὶ θεμελίᾳ οἴκᾳ, *Euch. ρμα. A. Subjungunt etiam hymnis ſuis, ut illi cui titulus* τριστάγιον, *Typic. fol. ξη. B. col. 1. Adhuc magis manifeſtum eſt: nam invenimus aliquando* ὅτι σὸ ἐϛιν, *ubi non eſt* πάτερ ἡμων, *ut in* Τυπικ. *ξη. B. col. 1. & Euchol. fol. κ. B. ubi rubrica ſcribit ſupra*, ἐκφώνητις, *ut infra*, ὅτι πρέπει σοι &c. *eod. A. unde colligere eſt, illos non aliter uſurpaſſe quam aliud aliquod clarum Reſponſum, quod* ἐκφώνητις *mihi videtur innuere. Alibi invenimus* πάτερ ἡμῶν, *ubi NON EST* ὅτι σὸ ἐϛιν, *ut Typic. fol. ξζ. A. col. 1. κθ. A. col. 1. λδ. A. col. 1 & 2. Inſuper quandocunque immediate, ſemper tamen diſtincte recitata invenimus, & πάτερ ἡμῶν populi eſt:* ὅτι σὸ ἐϛιν *ſacerdotis ubique eſt repetitio.* Μετὰ δὲ τὸ, πάτερ ἡμῶν &c. ἐκφωνεῖ ὁ ἱερεὺς, ὅτι σὸ ἐϛιν &c. *Euchol. fol. 1. B. ρξ. B. σκ. A. ρση. A & B. Typic. fol. 1. λδ. A. col. 2. & B. col. 1. ξϛ. A. & B. col. 2. ξζ. A. & B.*

& B. col. 1. & 2. & aliis locis infinitis. Hactenus Gregorius. Quod si Græci clausulam a Domino præscriptam credidissent, ne uno quidem loco eam omisissent: at quin adderent interdum, causam existimarunt esse nullam. Recte igitur sentiunt, qui clausulam ex Liturgiis repetunt. nam in Hierosolymitana quidem liturgia non exstitit, ut ex Cyrillo supra didicimus: at quæ Chrysostomi Liturgia dicitur, Chrysostomique episcopatu antiquior est, ut ad libros ejus de Sacerdotio p. 407 seq. observavimus, ea hodie sic habet: Populus, *Pater noster qui es in cœlis, sanctificetur nomen tuum, & reliqua.* Exclamat sacerdos, *Quia tuum est regnum & potentia & gloria, Patris & Filii & Spiritus Sancti, nunc & semper & in secula seculorum. Amen.* Quam facile vel ex ea ipsa vel ex alia Liturgia per Græcorum quorundam scribacitatem, ut sic dicam, illata est clausula in codices aliquos, Constantinopoli maxime propagatos, seculo IV & deinceps? Ad illam *arcem* se recipiunt, infra illam certe *aetatem* consistunt, ea monumenta, quibus *nil* pro clausula quisquam produxit *remotius* aut *antiquius.* Primus Patrum, qui clausulam habeat, est *Chrysostomus:* qui quanquam hanc ut partem textus tractat, tamen potuit hanc non pro parte textus habere, sed populariter agere, ut egit Lutherus etiam in Homilia mox § X citanda. sed tamen Chrysostomum Constantinopolitanos codices secutum esse, nemo dubitaverit. Chrysostomo jam recentior est *Armenius*, cujus natio etiam Liturgiam Chrysostomi accepit. Chrysostomum, Armeniumve secutus est *Syrus*, Syrum *Persa.* sic enim solent. Paullo antiquior est versio *Gothica*, vel etiam *Æthiopica:* sed aut ad ipsum utriusvis auctorem ex Byzantino climate pervenit clausula; aut utrivis ignotam, successores suppleverunt: & quia Gothica, vel etiam Æthiopica, adhuc non nisi ex uno est producta codice, tam conspicui loci decisio ab iis non est petenda. *Isidorus* non ea vincit monumenta, quibus patria ejus abundarat ante Diocletiani stragem: idemque, & *Germanus*, recentioresque alii, Chrysostomum an similes ei codices secuti sint, perinde est. Seculo VII floruit *Laodicensis* ille *Petrus*, qui clausulam non agnoscit: græci igitur codices clausula carentes perquam sero a codicibus eam habentibus victi sunt. quin etiam mos ille, quo laici apud græcos sacerdotibus pronunciationem clausulæ relinquunt, novitatem clausulæ redolet. In summa, antiquissimum pro clausula documentum, quodcunque est, trecentis annis a Matthæi manu distat: si probabilior ex altera parte definiri causa potest, cur clausula tam cito sub apostolorum tempora fuisset detracta Matthæo; audiemus. Latinis, opinor, omnis culpa adscribitur: quos tamen culpa vacare, docet vel sola *Coptica* versio, doxologiam, non sane in illorum gratiam, æque prætermittens.

3 Valerius Hipponensis episcopus, Græcus erat: itaque Latinas pro eo conciones habebat presbyter *Augustinus.* nunquam ne hancce *quotidianam*, ut idem Augustinus, nec solus, appellat, orationem eos simul oravisse aut consideravisse dicemus? ergo saltem a Valerio, si is clausula usus fuisset, clausulæ notitiam accepisset Augustinus. Quanquam ipse etiam, quum libro II de Sermone Domini in monte ait, *Ex uno Graeco, quod dictum est ἐισεἐγκης, utrumque (inferas & inducas) translatum est:* Græcos codices sibi collatos ostendit; in quibus si clausulam legisset, certe vel approbans, vel dubitans, vel refutans indicasset. Nihilo magis *Hieronymus*,

dum Latinæ recenſioni Matthæi canones Euſebii Cæſarienſis applicavit, in Græco *Euſebii* exemplari clauſulam, ſub quam continuo novus canon incipit, legit. nam ſi legiſſet, tam inſigni differentia Latini interpretis & Græci codicis Euſebiani inductus, ſaltem hoc, utrum probaret ipſe clauſulam an improbaret, adhibitis Adamantii Pieriique codicibus, indicaſſet in ſcholiis, in quibus, ſine clauſula, *Amen* particulam attingit. Idem Pelagianos refutans, totamque orationem dominicam libro III contra eos applicans, eo tandem devenit, ut dicat, credentes *AD EXTREMVM* inferre, *ſed libera nos a malo:* & clauſulam, quæ vehementer ad inſtitutum pertineret, non attingit; cum tamen contra eoſdem Pelagianos etiam illa verba alleget, de quibus in var. Marc. XVI. 14. Recognitionem illam Evangeliſtarum dedicavit Hieronymus Damaſo, qui A. 384 obiit: at A. 413 facta eſt, quæ in libris contra Pelagianos memoratur, Marcellini cædes. tantis temporum ſpatiis clauſulam ab Hieronymo tam multis tamque neceſſariis in cauſis non laudatam, & tamen in ullo codice Græco, quamlibet tot regionibus peragratis, lectam ei fuiſſe, quis, qui Hieronymum norit, dicere ſuſtinet? Plane ignota Hieronymo, ignota optimis non ſolum Origenis, ſed etiam Euſebii codicibus Græcis fuit clauſula. neque ideo ſingulorum locorum plenior lectio, quia plenior eſt, accipi protinus, ſed documenta ſerio examinari debent. Nil opus aſtutia, neque hujus clauſulæ impendio alia tanquam cariora dicta ſunt redimenda, ſed veritas ubique ſimpliciter tuenda: at certe, qui clauſulam obnixe defendunt, videant, ne locum Act. VIII. 37, ac potius dictum 1 Ioh. V. 7, amittant. nam fere eadem monumenta, Latina, quæ duas illas Lucæ & Iohannis periochas agnoſcunt, clauſulam ignorant: Græca, quæ hanc admiſerunt, illas removerunt. Enimvero citerioribus ſeculis Græci quidam in totas periochas vim exercuerunt: Latini, antiquam lectionem retinuerunt. quare hic quoque Latini fide majore digni ſunt. Vide Var. § XXVII ad 1 Ioh. V. 7.

§ X. De tota re, lector judicet.

Prætermiſit clauſulam *Lutherus*, in Agendis Baptiſmi, eiſque renovatis; in Tract. de Decalogo, Symbolo apoſt. & Oratione Dominica; in Catechiſmo utroque, & in Hymno: ubi etiam *Amen* cum Hieronymo ad rogationes refert, non ad clauſulam, quanquam in Homil. ad capp. V. VI. VII. Matth. eam tractat. *Appendicem* eam eſſe, perſuadent nobis rationes § IX collectæ; quanquam margo noſter in ſuſpenſo rem reliquit, dum rationes fuiſſent expoſitæ: & plane pro *appendice* habet *Brentius; Hunnius*, vel pro *appendice* vel pro *epilogo:* cujus moderationem recte ſequentur, qui nil certi ſecum hic poſſunt conſtituere. Liberum ſaltem eſt, privatim vel Matthæi receptam vel Lucæ lectionem in orando ſequi: quin etiam publice, in choro cœnobiorum Wirtembergicorum, & alibi hodienum prætermitti ſolita eſt clauſula. Cavendum vero, ne idiotæ intempeſtivis de hac clauſula ſermonibus perturbentur. Hac quoque in re & veritati & paci inſerviendum eſt. Sincera criſis parum curat, in vexatioribus locis, quid habeant hodie plerique Græci codices, qui ſane opinione recentiores & pauciores ſunt: illud potius agitur, quid primævi Græci codices habuerint, atque adeo fons ipſe, id eſt, manus prima.

Stat

Stat ſtabitque, vetuſtate proximus fonti, interpres Latinus, qui clauſula certo caret. Sed hujus teſtimonii vis non niſi longi temporis uſu percipitur. Hoc tamen loco Græci quoque teſtes, pauci illi quidem, ſed exquiſiti, Latinum firmant. Adhuc nihil occurrit, quod rationes hactenus cumulatas infirmet: occurrit, quod maximopere confirmet, apud *Euthymium*, qui incunte ſeculo XII floruit. nam in Bogomilos, clauſula non utentes, eo tantum nomine invehitur, quod ſit *patrum* additamentum, τὸ παρὰ τῶν θείων φωςήρων καὶ τῆς ἐκκλησίας καθηγητῶν προσῃδὲν ἀκροτελεύτιον ἐπιφώνημα. Hoc teſtimonio fretus cel. La Croze Latinæ hîc quidem verſioni præ Syriaca non obſcure ſuffragatur in Hiſt. Chriſtian. Ind. p. 313. Vnum etiam atque etiam reputari fas eſt: quo plus quiſpiam hoc loco Latini interpretis auctoritatem imminuit, eo plus ipſe ſibi officit, ſi quidem locum ponderoſiſſimum 1 Ioh. V. 7 pro genuino habet. nam non niſi uno Latini interpretis teſtimonio hodie nititur & firmiter nititur. Vid. *Gnom.*

¶ ἀμὴν) Habent *Graeci*, & cum iis *Gothus*, *Armenius*, (in mſ.) alii. Poſtea adjectam eſſe voculam, Eraſmus, Grotius, Millius ſuſpicantur. *Hieronymus Amen* particulam *ſignaculum orationis dominicae* appellat, ut *Cyrillus Hieroſ.* ſupra. quod ipſum etiam atque etiam probat, utrumque eorum neque clauſulam reliquam, neque *Amen* particulam a Matthæo perſcriptam cenſuiſſe. nam ſi clauſulam agnoviſſent, *Amen* non immediate cum ipſis rogationibus exponendo conjunxiſſent. nunc quum clauſulam ignorarunt, particulam *Amen* non ex Evangeliſtæ autoritate, ſed ex conſuetudine eccleſiaſtica adjecerunt. adjectioque particulæ *Amen* videtur anſam dediſſe ad clauſulam eo magis in liturgia & in codicibus frequentandam. (~) *Baſ. γ. Armen.* in append. Millii, *Copt. Lat.* olim & in mſ. Reutl. Schelh. Trevir. aliiſque vetuſtis apud Zegerum & Millium, & inde *Cant.* (quem unum Beza, *quoſdam* citans, citare videtur:) cod. lat. *Florentinus* apud *Lamium* de erud. apoſt. p. 278. *Tertullianus*, *Cyprianus* (nam etſi textus habet, tamen commentarius copioſus non habet:) *Auguſtinus*, Liber 5 de Sacramentis apud *Ambroſ.* c. 4, Auctor *operis imperfecti*, Harmonia *Victoris* Capuani, *Chryſologus*, *Expoſitio* Miſſæ vetus, nec non *Ordo* Romanus; *Syrus* (etſi habet mſ. Colon. & inde Raphelenſ. ed.) vel etiam cod. græci, de quibus § V e Lambecio. Non exſtat *Amen* in tot Pſalmis, niſi quater, laudationibus Dei, Pſalmorum libros diſterminantibus, adjecta: neque exſtat Luc. XI. 4, neque aut doxologiam aut *amen* precibus ſuis ſubjecit Dominus ejuſque apoſtoli. Matth. XI. Ioh. XVII. Act. IV.

15 (~ τὰ παραπτώματα αὐτῶν) *Arab. Lat. Cant. Sax. Syr.* Etiam τοῖς ἀνθρώποις omittunt *Latini* aliquot tractatores. Vid. *Gnom.* ¶ ἀφήτε) ἀφήσει ὑμῖν *Confeſſio* eccl. or. p. 202. *Lat.* in cod. nonnullis, & aliæ verſiones, *Cant.*

18 ~ ἐν τῷ φανερῷ) *Comp. Aug. 1. 2. 4. Barb. decem*, *Byz. Colb. 8.* & *tres* alii *Colbertini*, *Gehl. Gon.* apud Fellum, *Moſc. Pariſini octo*, *Steph. omnes*, *Vatican. Wo. 1.* & e claſſe I *quatuordecim*, e claſſe II *totidem* alii, *Arm. Copt. Goth. Lat. Perſ. Syr. Theophyl.* & al. Probat Ludovicus de Dieu, & C. M. Pfaffius. (ἐν τῷ φανερῷ) *Er. Æth. Hebr.* neſcio an *Orig. Chryſ.* Ex v. 4.

19 τὴς καὶ βρῶτις) βρῶσις καὶ σὴς *Goth. Lat.* (non *Cyprianus*,) *Tatiani* verſio Francica. Et ſic v. 20. iidem, βρῶσις ὄυτε σής.

21 ὑμῶν bis) *edd. mſſ.* &c. Lucæ eſſe cenſet Millius. (σᾦ bis) *Æth. Lat. Tertullian. Cyprian. Macarius*, *Baſilius*, *Ephrem Syrus.* Ex v. ſeq. Singularis, *theſaurus tuus*, interpreti Latino facile obrepſit, & *Graecis* ad ſermones aſceticos aptus fuit. Vid. *Gnom.*

22 ἂν) *edd. mſſ. Goth. Auguſtin. Syr.* &c. (∽) *Aug. 4. Bodl. 5. Mont. Æth. Lat. Victor* Capuanus. Particula facile a quibuſdam omiſſa eſt, apud quos non poteſt non ſubintelligi. Talibus non immorabimur.

24 μαμωνᾷ) *Comp. Er.* ed. 1. 2. *Stap. Aug. 1. 2. 4. Byz. Gehl.* & multi alii, *Orig. Heſych.* & al. μαμμωνᾷ *Er.* ed. 3. & al. edd. Ex affini ſono, μάμμη.

25 καὶ τί πίητε) *edd. mſſ. Theophyl. Goth. Perſ. Syr. Chryſol.* Serm. 67, 70. codices nonnulli apud *Hieron.* Ex v. 31. (∽) *Æth. Armen. Lat. Hilar. Hieron.* cod. *Colbert.* n. 2467. *Epiphan. Chryſ. Euthym.* Legit & non legit *Baſilius.* Vid. *Gnom.* ¶ πλεῖον) πλείων *Aug. 1. 4. Wheel. 3. Clemens* Al.

27 μεριμνῶν) ∽ *Gon. Hilarius* alicubi.

32 ὁ ἐράνιος) ∽ *Clemens* Al. *Copt. Lat. Hilar. Hieron.* Sic Luc. XII. 30. Ac facilis hiatus inter ὁ & ὅτι.

34 τὰ ἑαυτῆς) codd. *graeci.* (ἑαυτῇ) *Colin.* ed. *Bu. Colb. 1. Gon.* cod. *Victorianus* apud Bezam, *Æth. Arab. Lat.* & inde *Cyprianus* aliique. τὰ ante ἑαυτῆς omittunt *Aug. 2. Moſc. Wo. 1.* & nonnulli cod. apud *Er.* quanquam μεριμνῶ cum dativo (uti v. 25.) non cum genitivo reperias. περὶ ἑαυτῆς *Chryſ.*

CAP. VII.

2 μετρηθήσεται) *Er. Stap. Aug. 1. 2. 4. Gehl. Moſc. Wo. 1.* e claſſe I *quindecim*, e claſſe II *novendecim* alii, *Æth. Arab. Lat.* in mſ. Col. manu prima, & aliis, *Perſ. Syr. Theodorit.* & al. ἀντιμετρηθήσεται *Comp. Byz.* &c. *Polycarpus*, *Clemens* Al. *Chryſ.* E Luca. Vtrumque *Origenes.*

6 τὸ ἅγιον) τὰ ἅγια *Laud. 2.* & al. Ex formula, *Sancta* ſanctis. ¶ ὑμῶν) ∽ *Lat.* in mſſ.

12 ἕτος) ἔτως *Comp. Aug. 4.* & al. Ex commate proximo.

14 ὅτι) *Er. Vien.* & alii, *Copt. Lat.* aliqui, *Orig.* (τί) *Comp. Stap. Aug. 1. 2. 4. Baſ. α.* &, manu prima, *β. γ. Bodl. quinque*, *Byz. Moſc. Pariſini ſex*, *Steph. omn.* & *tredecim*, & *novem* alii, *Arab. Ebr. Goth. Syr. Theophyl.* & al. *quam* habet *Lat.* ſed *quoniam* quinque codd. & *quam* etiam pro ὅτι v. 13. *Cyprianus.* His deductis,

ductis, a textu ſtabunt etiam *Gehl. Lin. Mont. N. 1. Wo. 1.* vel etiam *Bodl. duo, Colb. 1. 2. 4. 8. Lipſ. Par. 7. 8. 9. Seld. 5. Arm. Perſ.* Nulla hic Lectio eccleſiaſtica incipit, cujus litera initialis ad rubricam dilata exciderit: & tamen ὅτι particula aphærelin eſt paſſa: coll. Var. 1 Tim. III. 16. Vid. *Gnom.*

15 (~ δὲ) *Par. 1. 8.* pluresve, *Lat. Syr.*

19 δένδρον) ἓν δένδρον *Aug. 1. 2. Byz. Steph. 5.* & alii. ex c. III. 10. unde δένδρον ἓν *Rav.*

21 οὐρανοῖς, ὗτος εἰσελεύσεται εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν.) Poſtrema hæcce, *ipſe intrabit in regnum cælorum*, habet *Latinus* interpres vetuſtiſſimus, & ex eo utraque Matthæi editio *Hebraica*, verſio *Angloſaxonica*, *Hieronymus*, *Lupus* Ep. LXXXIV, &, ex alia fortaſſe translatione, *Cyprianus.* Poſtea librarii, ab οὐρανοῖς ad οὐρανῶν delapſi, hiatum admiſerunt. In tali antitheto plenum ſermonem adhibere ſolent ſcriptores ſacri.

24 ὁμοιώσω αὐτὸν) ὁμοιωθήσεται *Wh. 1.* & alii, *Lat.* hod. E v. 26.

29 γραμματεῖς) *edd. mſſ. Goth.* &c. γραμματεῖς αὐτῶν *Cypr. Par. 6. Euſeb. Æth. Arab.* Ex Luc. V. 30. γραμματεῖς αὐτῶν καὶ οἱ φαρισαῖοι *Lat.* plerique, *Colb. 8. Sax. Syr.* γραμματεῖς καὶ οἱ φαρισαῖοι *Arm. Lat.* aliqui, *Hilar. Perſ. Ruſſ.*

CAP. VIII.

3 ὁ ἰησῦς) ~ *Colb. 8. Goth.*

4 μωσῆς) μωυσῆς *Par. 6. 8.* Scribitur μωσῆς & μωυσῆς & μωσεὺς & μωυσεύς.

5 αὐτῷ) *Comp. Aug. 1. 2. Gehl. Moſc. Par. ſex, Steph. omnes* & *undecim* & *octo* alii, *Æth. Arab.* Erpen. *Arm. Copt. Goth. Lat. Ruſſ. Chryſoſt.* τῷ ἰησῦ *edd.* al. Initio pericopæ.

8 λόγῳ) *Comp. Stap. Aug. 1. 2. 4. Byz. Gehl. Moſc. Par.* & *Steph. ſeni, Vien.* & *ſedecim* & *quatuordecim* alii, *Copt. Lat. Syr. Orig. Chryſoſt.* (λόγον) *Er.* cum paucis. Vid. *Gnom.*

12 ὁ prius) ~ *Comp.* & inde *Rav.*

13 ἑκατοντάρχῃ) *Er.* ed. 1. *Aug. 2. 4. Gehl. Par. ſeptem, Rav. Steph.* mſ. *omn.* & *novem* & *duodecim* alii. ἑκατοντάρχῳ *edd.* al. &c. ¶ ἐν τῇ ὥρᾳ ἐκείνῃ) *edd. mſſ. Goth. Lat.* codd. opt. *Syr.* ἀπὸ τῆς ὥρας ἐκείνης *Wh. 1.* & alii, *Chryſ.* Ex parall. ¶ ἐκείνῃ) ἐκείνῃ. καὶ ὑποστρέψας ὁ ἑκατόνταρχος εἰς τὸν οἶκον αὐτοῦ ἐν αὐτῇ τῇ ὥρᾳ εὗρε τὸν ἀσθενοῦντα παῖδα ὑγιαίνοντα. *Byz.* & ſic fere *Baſ. α*, cum ſigno, quo librarius hæc aliena eſſe monet, *Gehl.* & alii, etiam apud *Er.* & *Stap.* E Luca. Verſio vix ulla, niſi *Æth.*

14 ὁ

14 ὁ ἰησοῦς) ~ *Mont. Lat.* in mſ. Reutling.

15 αὐτῷ) *Comp. Aug. 1. 2. 3. 4. Byz. Moſc. Roe. Vien. Wo. 1.* & *bis decem* alii, *Arab.* Erpen. *Arm. Goth. Ruſſ. Sax. Syr.* in mſ. Colon. *Chryſoſt.* Adde *Colb. 2*, qui hic hiat, ſed hinc tranſtulit ad Lucam. αὐτὸν, in ſingulari, *Colb. 1.* & alii *quatuor*, *Euthym. Chryſol.* (αὐτοῖς) *Er.* &c. Ex parall. Variant *Latini* codd. Vid. *Gnom.*

17 (ἀνέλαβε) *Comp. Cypr. Hunt. 2. Med.* Vtrumque habet *Chryſoſt.*

18 ἐκέλευσε) τὰς μαθητὰς addit *Copt. Goth. Lat.* aliqui, & inde *Arab.* ed. Rom. Ex interpretamento: ne *juſſae* putarentur eſſe *turbae.*

20 init. καὶ) ~ *Aug. 1. Byz.* & alii, *Arab. Perſ. Syr.* ¶ κλίνη) κλίναι *Bodl.* unus apud Fellum, vel plures. κλίναι *Byz.* nec non *Baſ. β.* κλίνει *Aug. 2. 3. Wo. 1. Curcellaei* append. *Clemens* Al.

21 αὐτῷ) ~ *Aug. 1.* & alii.

25 ~ αὐτῷ) *Er. Stap. Aug. 1. 2. 3. 4. Byz. Moſc.* & *octo* & *decem* pluresve alii, *Perſ.* Eo facilius excidit etiam *diſcipuli* in *Copt.* & *Lat.* quibuſdam. (αὐτῷ) *Comp.* &c.

27 καὶ ante οἱ) ~ *Aug. 2. 3. Lat.* aliqui.

28 (γαδαρηνῶν) *Bodl. 3. 4. 5.* & alii, *Perſ. Syr. Euſeb. Epiphan.* Ex parall. γεργεσαίων codd. aliqui apud *Epiphan.* γερασηνῶν *Lat. Athanaſ.*

29 (~ ἰησοῦ) *Aug. 1.* (ut videtur, ante raſuram,) *2. 3. Colb. 8. Mont. Par. 4. Roe. Seld. 1. Oroſius, Chryſologus.*

30 μακρὰν) *non* præfigit *Lat.* excepto *Cant.*

31 ἐκβάλλεις) ἐκβάλεις *Aug. 2. 4.* ἐκβάλης *Byz. Gehl.* ¶ ἐπίτρεψον ἡμῖν ἀπελθεῖν) *mitte nos* habent *Lat.* & al. E Marco.

32 (τὰς χοίρας) *Colb. 8. Gon. Seld. 4. Cyrillus* Al. *Æth. Arab. Copt. Lat. Perſ. Sax. Syr.* ¶ (~ τῶν χοίρων) *Colb. 8. Par. 2. 6. Per. Goth. Lat. Cant. Sax. Syr.*

CAP. IX.

4 ἰδὼν) Sic v. 2. (εἰδὼς) *Aug. 1. Eph. Gal. Gehl. Hunt. 2. Laud. 2. Lin. Med. M. 1. N. 1. Par. 1. 8. Per. Roe. Seld. 1. Vſſer. 1. 2.* pluresve, *Arab. Goth. Perſ. Syr. Chryſoſt.* vel etiam *Lat.* coll. 1 Petr. I. 8. Vid. *Gnom. ἰδὼς Par. 2.*

5 σοὶ) *Comp. Aug. 1. Cant. Steph. omn.* & *quindecim* & *undecim* alii, *Chryſoſt. Goth.* (σοι) *Er.* &c. ex v. 2.

8 ἐθαύ-

8 ἐθαύμασαν) Sic v. 33. & c. VIII. 27. (ἐφοβήθησαν) *Æth. Arab.* ed. Rom. *Copt. Lat.* & ex eo *Barb. 1. Cant. Colb. 8. Gon. Hebr. Perſ. Syr.* Conjunctim, *metuebant mirantes*, habet *Goth.* quippe cui (coll. Marc. l. 27) unum verbum Gothicum haud ſatisfecit.

10 αὐτῷ ἀνακειμένῳ) αὐτῶν ἀνακειμένων *Æth. Hebr.* Mercerі, *Syr.* Ex Marco.

12 ἰησοῦς) ~ *Cant. Æth.*

13 ἔλεον) ἔλεος *Er. Cant. Colb. 8.* Et ſic iidem c. XII. 7. Vid. *Gnom.* ¶ εἰς μετάνοιαν) *edd., Aug. 1. 3. 4. Baſ. α. β. Byz.* &c. *Arabes*, *Copt.* (~) *Aug. 2. Baſ. γ.* (*niſi quod in margine*, inquit Iſelius, *rubro liquore*, *at manu non diſſimili*, *textui adduntur*,) *Moſc. Par. 3. Vſſer. 1.* vel plures: *Æth. Arm. Goth. Lat.* (& ex eo *Cant. Colb. 8.*) *Perſ. Syr.* A *patribus* æquale in utramque partem pondus eſt: facileque apud eos lectio Marci omittentis aut Lucæ ponentis huc eſt illata. Ex Luca illatam cenſet Millius & alii.

17 ἀμφότεροι) *Comp. Aug. 1. 2. 3. Baſ. 1. Byz. Cant. Gehl. Med. Moſc. Steph. omn. Wo. 1.* & *quindecim* & *decem* alii. ἀμφοτερα *Er.* &c.

18 (εἷς ἐλθὼν) *Comp. Aug. 2. Bodl. 1. 6. Cant. Laud. 5. Par. 8. Roe. Seld. 1. 2. Steph. γ. ε. Goth. Lat. Syr.* unde εἰσελθὼν *Cypr. Moſc.* & *ſex* alii, *Chryſoſt.* τὶς ἐλθὼν *Aug. 1. Par. 1.* τὶς ἐλθὼν πρὸς τὸν ἰησοῦν *Byz.* τὶς προσελθὼν τῷ ἰησοῦ *Aug. 4. Par. 5. 6. Steph. ς. η. Wo. 1.* Ineunte periocha. Et ſic fere (τὶς certe ſcripto) *Go. Vien.* & aliquot alii. ¶ ὅτι) ~ *Magd. Mont. Par. 2. Lat.* & alii. ¶ σοῦ) ~ *Lat.* in mſ. Reutl. & Trevir. & apud Hentenium, *Hilarius.*

24 (~ αὐτοῖς) *Æth. Lat. Cant. Colb. 8. Sax. Chryſ.*

26 ἅψητη) αὐτοῦ *Byz.* & al. Ex c. IV. 24.

27 υἱὲ) υἱὸς *Aug. 1. 2. Gehl.* & alii non pauci. Ex c. XX. 30 ſ.

28 ὁ ἰησοῦς) ~ *Aug. 1. Cant.* & alii.

30 οἱ ὀφθαλμοὶ) παραχρῆμα præmittit *Steph. δ.* ſubjicit *Cant. Æth. Perſ. Syr.*

33 ~ ὅτι) *Comp. Aug. 4. Baſ. 1. Byz. Cant. Cypr. Steph. omn. Wo. 1.* & alii multi, *Chryſoſt. Æth. Arab. Goth. Lat. Syr.* (ὅτι) *Er.* &c.

34 οἱ uſq. δαιμόνια) ~ *Cant.*

35 ~ ἐν τῷ λαῷ) *Comp. Aug. 2. Barb. tres, Bodl. 2. Cant. Colb. 8. Laud. 5. Magd. Par. 3. Vſſer. 1. Wheel. 1. Æth. Arab. Copt. Goth. Lat. Perſ. Sax. Syr. Chryſoſt.* (ἐν τῷ λαῷ) *Er.* &c. *Arab.* Erpen. Ex c. IV. 23. ad pericopæ finem ornandum. Idem ad c. X. 1. addunt *Bodl. 5. Steph. η.*

36 ἐσκυλμένοι) *Comp. Stap. Aug. 1. 2. Baſ. α. β. γ. Bodl. 1. 2. 5. 7. Bu. Byz. Cam. Cant. Colb. 8. Cypr. Eph. Gal. Gehl. Gon. Go. Hunt. 2. Laud. 1. 2. 5. Magd.*

Med. Mont. Par. 3. 4. 5. 6. 7. 8. Roe. Seld. 1. 2. 3. Steph. γ. δ. ε. ζ. Vien. (qui quo majorem cum Er. propinquitatem habet, eo magis lectionem interdum oppositam corroborat,) *Vsser. 1. 2. Wheel. 1. Wo. 1.* (adde *Barberinianos:*) *Æth. Goth. Lat.* (cui ἐκλύεσθαι nunquam, σκύλλεσθαι semper *vexari* est,) *Pers. Sax. Syr. Basil. Chrysost. Hieron. Hilar. Hesychius.* porro, *errantes*, eodem sensu, *Arab.* Sane *error fatigat.* (ἐκλελυμένοι) *Er.* & inde al. edd. Glossa, eaque, ni fallor, *Theophylacti.* Ipse Er. & Beza in annot. ἐσκυλμένοι probarunt, multoque magis hodie, tot codicibus convicti, probarent, assentiente Zegero, Camerario, A. Sculteto, & ut Wolfius notat) Boisio, Grotio, Al. Moro, Suicero, Millio, vel etiam Hammondo. Neque quisquam dubitaret de hac lectione, si Erasmo contigisset, ut eam in textum admitteret. Hiant *Al. Aug. 3. 4. Colb. 3. 5. L. Mosc. Wo. 2.* credo, etiam *Cov. 1*, cujus nullum hucusque vestigium est apud Millium; & *Bodl. 3. 4. Laud. 4. M. 2. Seld. 4. 5. Wh. 3.* quippe Evangelistaria, ut est *Aug. 4.* ne dicam, mutila ex parte. Restant, pro Erasmi textu, *Bodl. 6. Lin. Mont.* in marg., *N. 1.* (qui codices quatuor recentes sunt, &, propter propinquitatem, unius recentis instar:) nescio an (e classe II) *Colb. 1. 2. 4. Lipsi. Par. 1. 2. 9. Steph. ε. η. θ.* (qui vel mutili vel minus accurate collati videntur: certe *Colb. 2.* τὸ ἐσκυλμένοι hinc retulit ad Marc. VI. 34.) Tantum. Idoneum exemplum lectionis ab editoribus quasi aliud tantisper agentibus admissæ, mox tamen ab aliis quoque receptæ, & deinceps a multis acriter defensæ; quanquam hoc loco ne Whitbius quidem intercedit, neque talibus locis intercedere posthac quisquam poterit, nisi aut sceptieus, aut is qui unam hanc habeat regulam: *Quicquid semel, Erasmi facto potius, quam judicio ejus adductus, admisi, id semper retinebo.* Et ista tamen regula homines ceteroqui excellentes hodienum tenet, ut Græcum textum non multo exploratius tractent, quam Emserus quondam, & Dietenbergius, & Zangerus, paleam quoque Vulgati, ab omnibus postea rejectam, defenderunt. Vid. *Gnom.* ¶ (ὡς) *Aug. 1. 2. Byz. Med.* & *sex* alii, *Chrysost.*

38 ἐκβάλλῃ) *Steph. ed. 1. 2. Bodl. 2. 6. Colb. 2. 3. Roe. Vsser. 1.* ἐκβάλῃ *multi* alii.

CAP. X.

1 πνευμάτων) κατὰ πν. *Er. Byz. Stap.* & al. Glossa.

2 ἀποστόλων) μαθητῶν exemplaria quædam apud *Bezam*, non Græca, ut nonnullis visum, sed *Latina.* sic quoque cod. *Trevir.* in margine. ¶ ἐστὶ) εἰσὶ *Comp. Aug. 1.* & alii, *Theophyl.*

3 φίλιππος καὶ βαρθολομαῖος) post *Thomam & Matthaeum* ponuntur in *Lat.* ms. Colon. sed ante *Iacobum & Iohannem* in cod. Charit. & aliis *Latinis* apud Iansenium, & inde in *Hebr.* Nil mutant versiones *Sax.* & *Angl.* ex Latino factæ. ¶ λεββαῖος ὁ ἐπικληθεὶς) *edd. mss. Chrys. Æth. Arab. Syr.* nec non *Hieron.* (— —) *Copt. Lat.* vel etiam *Orig.* Non est glossa nominis ματθαῖος, nam λεββαῖος non est idem quod λε-

vi,

υἱ, ſed idem quod θαδδαῖος. vid. *Gnom.* ¶ ὁ ἐπικληθεὶς θαδδαῖος) ~ codd. al. apud *Auguſtinum*, *Cant. Copt. Orig.* in ep. ad Rom. Vid. *Whitby*. Ad eos, qui λεββαῖος tantum habent, accedit *Laterculum* apoſtolorum, quod ad Conſtit. apoſt. contulit *Cotelerius*, nec non *Heſychius* ſub artic. ἴαρα. Brevior hæc lectio, & media, videtur eſſe germana. unde *Thaddaei* cognomen, cognomini *Lebbaei*, ex Marco ſurrogarunt aliqui, alii adjecerunt.

4 ἰσκαριώτης) ὁ ἰσκ. *Aug. 2. Steph. ed. 1. 2. Elzevir.* & recent. edd. *Scarioth* vel *Scariothes* paſſim habent *Lat.* nonnulli mſſ. & inde *Cant.* Etiam *Scarioth* habet *Prudentius*, *Syrus*, *Saxo*. Variat ſecum *Origenes*.

8 λεπρὰς καθ. νεκ. ἐγείρετε) ~ *Athanaſ.* ¶ νεκρὰς ἐγείρετε) Habent *Er. Baſ.* γ liber gloſſis haud indulgens, *Vien.* & alii, *Syr.* (præter *ed. Vienn.*) *Cyrillus* Al. ſæpe, *Hilar.* & (ante λεπρὰς) *Æth. Arab. Copt. Lat. Sax. Cant. Chryſ.* Homil. 46 & 50 in Ioh. & Homil. 26 in 2 Cor. *Cyrillus Al.* (~) *Comp. Aug.* 1. 2. 4. *Barb. novem*, *Baſ.* α. β. *Byz. Gehl. Moſc.* & *tota* claſſis I, (præter *M.* 1. *Seld.* 2.) &, ex claſſe II, *Par.* 1. 2. 3. 4. *Steph.* β (niſi ſphalma eſt,) δ. ε. ζ. η θ. ια, & *quatuordecim* alii; *tres* apud Simonium, *Armen. Perſ. Ambroſ.* in Luc. IX. *Hieron.* in comm. *Baſil. Chryſoſt.* h. l. *Theophyl. Euthym.* Puncta ſuſpicioſa *Lipſ.* adhibet. Hiant hoc loco *Al. Aug.* 3. *Colb.* 3. 5. *L. Wo.* 2. credo, etiam *Bodl.* 3. *Bu. Cov.* 1. Quibus deductis, ſtant etiam a textu, *Barb.* unus, *Colb.* 2. 4. 8. *Mont. M.* 2. *Par.* 5. 6. 7. 8. 9. *Per. Steph.* γ. ς. *Wo.* 1. *Stap. Copt.* Omiſſum vel per incuriam, (affini præſertim ſono λεπρὰς & νεκρὰς,) vel ex Luc. IX. 1. 2.

10 (ῥάβδας) *Comp. Aug.* 1. 2. *Byz. Gehl. Med. Moſc. Par. ſex*, *Steph.* ια. & bis *duodeni* alii, *Perſ.* E Luca.

12 (λέγοντες, εἰρήνη τῷ οἴκῳ τούτῳ) *Comp. Gehl.* & alii, *Lat.* (invito *Hieronymo.*) *Ruſſ. Sax.* Indidem.

13 ἐλθετω) εἰσελθέτω *Comp. Moſc.* & al.

15 γομόρρων) γομόρρας *Byz.* & alii, *Chryſ.* ex 2 Petr. II. 6.

19 παραδιδῶσιν) παραδώσκσιν *Aug.* 2. *Byz. Par.* 7. *Wo.* 1. παραδώτωσιν *Cant.* & al. Ex allit. ad v. 21 init. ¶ λαλήσετε) λαλήσητε *Ald. Byz. Moſc. Wo.* 1.

& ab Artemonio p. 23. ex mſſ. feliciter expedita eſt. unde ex caſtigatione neſcio qua marginali lectionis illius, *Domini vocat*, gloſſa hæc, *nun vocat*, enata & alieno loco illata eſt. 3. Græce eſt, *& Filium Vnigenitum & Deum:* Latine, *& Filium & Vnigenitum Deum;* & hoc videtur eſſe Ptolemaicum, Græcis autem librariis epitheton *Vnigeniti* magis cum *Filii* quam cum *Dei* nomine convenire viſum. etenim Artemonius in hac Ptolemæi periocha non ſemel Latina Græcis jure præfert. poſſet tamen etiam in Græco idem epitheton *Vnigeniti* & cum *Filii* & cum *Dei* vocabulo per zeugma conſtrui. Quoquo modo legas & conſtruas, illud, *Vnigenitus Deus*, Ptolemæo non eſt adjectivum & ſubſtantivum, ſed appoſitio: neque tamen ei diviſim, ſed conjunctim, *Filii Vnigeniti Dei* appellatio videbatur probare, *Principium* ab Iohanne proponi *primum illud genitum a Deo.* nam Valentiniani præter Deum ſupremum, omnes æonas, prolationes ſive *Filios;* omnes omnino æonas, *Deos* eſſe ſtatuebant. Obi. Vnde Ptolemæus illud, *Filium*, habet, ſi non legit, *Vnigenitus Filius?* vid. Artem. p. 7. Reſp. Vel plene legit, ὁ μονογενὴς υἱὸς θεός· vel τὸ υἱὸς ex poteſtate τῷ μονογενὴς eduxit: nam *Filius in Vnigenito continetur*, ut ait Artem. p. 29. vel ſimul reſpexit locum illum Ioh. III. 18, totumve Iohannem. *Vnigeniti* mentione ſemel a v. 1. c. I. Ioh. (in quo verſu tota ceteroqui analyſis Ptolemæi verſatur) diſceſſit: quod ſi ad verſum 18 progreſſus eſt; quid prohibebat, quo minus etiam aliquanto longius exiret? Namque 4. notabile eſt illud κέκληκεν, in præterito. Latine quidem præſens eſt, *vocat;* & in toto contextu Ptolemæus præſens de Iohanne adhibet (προτίθεται, φησὶ κτλ.) verſum 1. reſolvens: ſed enim pro indole hujus inciſi aperte per parentheſin poſiti (*quippe quem —— vocavit*) plane remotiorem Iohannis locum ſpectavit, & ea mente dixit κέκληκεν. Si *vocat* ipſe poſuit interpres, poſuit vel per indifferentiam, vel etiam compenſationis gratia, quum proximis ante verbis præſens illud προτίθεται reddidiſſet, *ſubjecit*, in præterito. Sin autem librarii mutarunt aliquid, breviore via *vocavit* in *vocat* abiit, quam καλεῖ in κέκληκεν. Obſequimur Artemonio, qui in his differentiis aliquid quæſivit p. 24. Non tamen ſoli Valentiniani adoptarunt illud, *Vnigenitus Deus*, v. 18. ſed etiam orthodoxi, Clemens Alexandrinus, Origenes, (etiam in Pamphili apologia ſic citatus,) Gregorius Nyſſenus, Ignatius interpolatus, Conſtitutiones apoſtolicæ quater, & alii plures, ad quos accedit cod. Colbert. octavus: ut notat Artemonius p. 170. qui neſcio an recte excipiat p. 169 Irenæum. nam Irenæus varie locum citans, l. 4. c. 37 ita habet, *Vnigenitus Deus, qui eſt in ſinu Patris, ipſe enarravit.* idque interpreti Irenæi eo minus poteſt tribui, quia hæc lectio ad Latinos nuſquam emanavit. Et υἱὸς & θεὸς legunt Athanaſius, Epiphanius. Habet vero etiam Syrus, *Vnigenitus, Deus:* & plenioris lectionis, *Vnigenitus Filius Deus*, ſtructura eſt apud Athenagoram, qui in Apologia circa A. C. CLXXVII ſcripta, Chriſtianos male atheos vocari docens, confitetur θεὸν πατέρα καὶ Υἱὸν θεὸν καὶ Πνεῦμα ἅγιον. pag. 86. ed. Lipſ. quanquam is eſſe videtur locus, cui cum Whitbyo diffidit Artemonius, præf. p. 17. Nemo horum amicus Valentinianis fuerit: plerique vero non ita leviter iiſdem etiam infenſi erant, ut ex eorum auctoritate vel in eorum gratiam lectionem hanc, cujus totam vim ceteroqui ex v. 1. repetere poterant, adoptarent. aliunde eam

eam nacti sint, oportet, videlicet ex glossemate illo, de quo supra. Quare cum & Ptolemæus & Orthodoxi lectionem illam, *Vnigenitus Deus*, antiquiori inventori acceptam referant, non invitis nobis Artemonius Ptolemæum ejus auctorem esse negat; quanquam ne id quidem Irenæi Tertullianique testimonio demonstrat. Nam Irenæus ipse eandem lectionem, ut diximus, secutus est: non ergo mirum, si eam Valentinianis non exprobravit. Interpretatio quidem Valentiniana lectionis illius perversa erat: lectio tamen ipsa sensum bonum ferebat, coll. v. 1. Bono sensu eam imitabatur Irenæus, interpretationem perversam rejecisse contentus; perinde uti versum 13, aliaque loca, pro sua facilitate, extra certamen, dupliciter citavit. Si corruptus ille sit Irenæi locus, non sequitur tamen, lectionem illam, *Vnigenitus Deus*, in verbis Ptolemæi græcis non fuisse reconditam; sed ab Irenæo duntaxat, rerum copia obruto, minus animadversam. Denique iis in locis, ubi Irenæus Marcioniticas corruptelas crassissimas, & perversissimas interpretationes Valentinianas reprehendit generaliter, haud opportunum ei fuit, parciores multo horum corruptelas nominatim redarguere, quamvis eas non ignoraret. nam certe evangelio secundum Iohannem *pleniſſime* eos utentes notat l. 3. c. 11. quo ipso non obscure eos aliis potius evangelistis non plene usos redarguit. p. 220. coll. p. 223 s. Vid. etiam var. Ioh. VI. 4. Col. I. 16. Tertullianus vero in lib. de Carne Christi, c. 19. Valentinianos sine discrimine adulteratores loci Ioh. I. 13. ait: injuria id quidem, ut ad locum illum notamus; sed tamen ita, ut *etiam Valentinum ipsum* appellet, cujus sane nomini parceret, si eum hujus adulterationis putaret expertem. Ceteroqui non obscure innuit, de dogmatibus Valentini magis sibi constare, quam de lectionibus textuum, quas haberet: nec nisi ambigue illum a culpa violationis absolvit. SI *Valentinus integro instrumento uti* VIDETVR. de præscr. c. 38. *Valentinus aliter exponens, & SINE DVBIO emendans hoc nomine, quicquid emendat, ut mendosum retro alterius fuisse demonstrat.* ibid. c. 30. *Idem licuit Valentinianis, quod Valentino.* ibid. c. 42. Mitius tantummodo de Valentino loquitur, quam de Marcione, *exerte & palam machaera* uso. ibid. c. 38. Quod si Valentinus nil mutasset, potuit mutare Ptolemæus, Valentino doctior habitus apud Epiphanium, & a Valentino aliquantum abisse creditus, in appendice Tertull. de præscript. c. 49.

Ergo Ptolemæus, Principium ab Iohanne *Vnigenitum Deum* esse vocatum, censuit ex Ioh. I. 18. idemque Ioh. I. 1. legit, *& Deus erat Verbum.* Nec recte Artemonius Valentinianorum posteriorum causam a prioribus sejunctam, & cum Orthodoxis conjunctam esse contendit: nisi potius lectione θεὸς versu 1 & 18. priores multo minus, quam posteriores carere potuerunt. Nam quum illi, non hi, *Deum, apud quem erat Verbum*, de Principio acciperent: liquet, aut illos, nisi θεὸς utroque versu legerent, nullum, ne fallum quidem, fundamentum sui systematis habuisse; aut hos sine causa non solum versu 1, sed etiam versu 18 θεὸς legere conatos esse. Sane versu 18 lectionem θεος non magnopere curarunt posteriores, sed quasi in lucro deputarunt, quum Theodotus in Epit. Clementis Al. s. 566. edit. Heinſ. etiam υἱὸς legit. itaque interpolationem θεὸς versu 18. antecessoribus, lectionem θεὸς versu 1. Iohanni acceptam retulerunt. Orthodoxi vero, quamvis illud, ὁ μονογενὴς θεὸς, frequentes

citant, tamen etiam hoc, ὁ μονογενὴς υἱὸς, retinent, ut Athanasius & Epiphanius, de quibus supra, vel conjunctim, ὁ μονογενὴς υἱὸς θεὸς, citant, ut Clemens Al. & Origenes: neque ipsos codices Iohanneos mutarunt; (nam unus ille *Colb. 8.* quidvis obvium suo convasat arbitrio:) ergo versui 1. multo minus intulissent illud, καὶ θεὸς ἦν ὁ λόγος, si id antehac extra textum tantummodo inveniissent; vel certe illud, καὶ θεῷ ἦν ὁ λόγος, interdum etiam neglectius citassent. imo Syrus, quamvis in textum admittat illud, ὁ μονογενὴς θεὸς, v. 18, tamen v. 1 retinet καὶ θεὸς ἦν ὁ λόγος. Expedit hoc argumentum Wesselingius capite II.

Arg. III. *Ptolemaeus l. c. putavit*, *Iohannem dicere*, a Principio productum esse Verbum. *Id Ptolemaeus non aliunde deduxit*, *quam ex clausula versus primi sic lecta*, Dei *id est Principii*, *filius & proles* erat Verbum. Part. I. cap. II & IV. Resp. Sic Ptolemæus nervum argumenti situm habuisset in ellipsi, quæ ipsa aliunde probanda foret. Enimvero, a Principio productum esse verbum, probare conabatur non ex clausula illa quoquo modo lecta, sed ex eo, quod Iohannes ei (διαφείλας) *distinxisse* videbatur hæc tria, *Deum & Principium & Verbum.* neque clarius ex Ioh. l. 1. Ptolemæus, *a Patre esse Principium*, deducere potuit. cum tamen inde illam πρώτην γένεσιν *primam generationem*, adhibito versu 18, deduceret, facile porro deduxit, *a Principio esse Verbum*, quamvis legebat, *& Deus erat Verbum.*

Arg. IV. *Ptolemaeus l. c. ad Ioh. I. 1 sic commentatur*, Καλῶς οὖν εἶπεν· ἐν Ἀρχῇ ἦν ὁ λόγος· ἦν γὰρ ἐν τῷ Υἱῷ. καὶ ὁ λόγος ἦν πρὸς τὸν θεόν· καὶ γὰρ ἡ Ἀρχή. καὶ θεὸς ἦν ὁ λόγος, ἈΚΟΛΟΥΘΩΣ· τὸ γὰρ ἐκ Θεοῦ γεννηθὲν θεός ἐστιν. Οὗτος ἦν ἐν Ἀρχῇ πρὸς τὸν θεόν. *Si Ptolemaeus legisset*, Deus erat Verbum; *non potuisset dicere*, *Iohannem ἀκολούθως* bona consecutione *locutum esse*; *sed quum legit*, Dei erat verbum; *laudare demum potuit consequentiam hanc:* Principium ex Deo supremo genitum Deus est; ergo *Verbum*, quod Principii proles erat, *Dei erat.* Part. I. cap. II & V. Resp. Ptolemæus hanc Iohanni tribuit consecutionem: *Quod ex Deo genitum est*, *Deus est.* Logos genitus est ex Principio, quod Deus est. (Principium autem Deum esse, superius ex Ioh. I. 18 confirmatum putat.) *Ergo* etiam *Logos Deus est.* In Majori propositione, quam expressit, ἐκ θεοῦ posuit sine articulo: quia Minor, quam in mente habebat, articulum non admittebat; de Deo supremo, de quo Artemonius pro Ptolemæo subsumit, revera non agens, ut liquet ex parallelo Valentinianorum loco, quem dat Artem. p. 162. Si Ptolemæus in Iohanne legisset, καὶ θεῷ ἦν ὁ λόγος, ἀκολούθως· debuerat subjungere, τὸ γὰρ ἐκ θεοῦ γεννηθὲν, θεοῦ ἐστιν. Nunc quum subjungit, τὸ γὰρ ἐκ θεοῦ γεννηθὲν θεός ἐστιν· aperte constat, eundem in Iohanne legisse, καὶ θεὸς ἦν ὁ λόγος, sicut bis habent Ptolemæi verba, apud Irenæum & interpretem Irenæo vix recentiorem. vid. Artem. p. 5. Neque ulla veri specie probari potest, *Heracleonem* Valentinianum aliter legisse. nam Origenis de illo silentium, ex quo aliter eum legisse infert Artemonius p. 119 & 185, permultas, si modo aliquid ab Heracleone in locum Ioh. I. 1 legit, potuit causas habere: neque Origenes, qui θεὸς legebat, ita veritus fuit Heracleonem, ut, si θεῷ legisset, id dissimularet.

Arg. V.

Arg. V. *Ipſe* IRENÆVS *l. c. & paſſim*, *Valentinianos refutans*, *non* Deum Verbum, *ſed* Dei Verbum *appellitat*. Part. I. c. VII. coll. pag. 29. med. cum titulo Operis. Reſp. Quemadmodum appellationem illam, *Verbum Deus*, Valentinianis aptam fuiſſe putat Artemonius, eam adeo ab ipſis introductam contendens: ſic Irenæo illos refutanti, & *directis terminis contradicenti*, ut Artem. ait, appellatio illa, *Verbum Dei* (quanquam *Verbum Deum* non ignorabat,) aptior fuit. nam *Verbum Dei* immediatum *Verbi* ex *Deo* ortum inferebat; (v. Artem. p. 11. fin.) cum Valentiniani inter Deum & inter Verbum interponerent Principium: at *Verbum Deus* apud Valentinianos, quibus omnes Æones dii erant, immediatum *Verbi* ex *Deo* ortum non inferebat. Eadem ratio alios patres movere potuit, ut horrore hæreticorum variorum mallent *Verbum Dei*, quam *Verbum Deum* dicere. tantum aberat, ut textum Ioh. I. 1, ſi hæretici eum mutaſſent, itidem mutarent. Præterea *Verbum Dei* dixere Irenæus & ceteri, in his ipſe Athanaſius, ex multis Veteris Teſt. locis, ex Ap. XIX. 13. ex toto ſenſu Iohannis; non præciſe ex illa parte & lectione, *& Dei* Filius *erat Verbum*. neque enim ſemper cum ſubjecto commode conſtruitur genitivus prædicati: v. gr. *Ieſus eſt Dei Filius*; nec tamen commode dicitur *Ieſus Dei. Verbum* dixere ſimpliciter, uti Ioh. I. 1. *Verbum* ter eſt Subjectum. *Verbum Deus* rari dixere etiam poſteriores patres, quos Artemonius agnoſcit legiſſe, *& Deus erat Verbum*. nam Ioh. I. 1. potius primum & ſecundum, quam tertium inciſum imitati ſunt: quanquam ne tertii quidem inciſi imitatio admodum ſerebat, *Deus verbum* dici. eſt enim plana enunciatio, *Deus erat Verbum*: ſed *Verbum Deus*, eſt Appoſitio; Appoſitio autem ſæpe ſermonem facit impeditiorem: nec ſemper ex enunciatione appoſitionem formare licet. Veruntamen qui *Deum Verbum* dicere abſtinuerunt, ipſi rei nil detraxerunt. nam ut *Filius hominis*, vel *Filius* abſolute, ubi de homine agitur, Hominem infert; ſic Filius Dei, & Verbum Dei, & Verbum, & Filius, Deum. In ſumma, qui *Deum Verbum* dicunt, lectionem Iohanneam confirmant: qui non ita dicunt, eam non infirmant. Hæc a nobis, Lector, reſponderi putabis, quotieſcunque Artemonius *Verbum Dei* ex patribus urget.

Arg. VI. *Irenaeus*, *nuſquam*, *ubi Deitatem Chriſti probat*, *ne quidem l. 3. c. 6. hoc dictum*, & Deus erat Verbum, *allegat*. P. I. cap. VIII. Reſp. Irenæus l. c. de induſtria collegit talia potiſſimum teſtimonia, quæ ſimul & de Patre & de Filio agerent. oſtendit enim ibi, & *Domini* nomen etiam Patri, & *Dei* nomen etiam Filio tribui. Allegat tamen hoc, *& Deus erat Verbum*, eod. lib. c. 11. bis, & l. 5. c. 18. MAGNA ubique de cauſa. nam primo loco agit de tota *veritatis regula* contra *errorem omnem* Nicolaitarum & Cerinthi: altero, (in quo tamen Græci hæc verba, και ὁ λόγος ἦν πρὸς τον θεὸν, και θεὸς ἦν ὁ λογος, per Irenæi perſonam prætermittunt, fortaſſe ob homoeoteleuton,) altero, inquam, loco Irenæus laudat evangelium Iohannis, quod de glorioſa generatione Chriſti a Patre agat: tertio, de Patre & Verbo differit. Neque fraudis ullum his in locis á librariis admiſſæ datur veſtigium. De Valentinianis, quos hoc dictum tractantes idem inducit Irenæus, ſupra diximus. Tanto liberius ei fuit, alia dicta aliis laudare in locis. Inſtantiam de di-

cto Rom. IX. 5. apud Irenæum nihilo magis pro Chriſti Deitate citato, quiſquis dedit; nos quidem ea non valde utimur. Omnino dicti illius citatio apud Irenæum obſcurior eſt. nam lib. 4. c. 10. & paſſim Pater appellatur *Deus ſuper omnia*, *Deus benedictus*; quanquam loco Rom. IX. 5. non allegato: rurſum hic ipſe locus inter alia duo Pauli loca expreſſius l. 3. c. 18 citatur; ſed mox, ubi ex duobus illis locis doctrina de uno IEſu Chriſto ducitur, locus Rom. IX. 5. intactus relinquitur. Poſſit igitur a librario intruſus videri: niſi potius Irenæus vim hujus loci ſua ſponte perſpectum iri cenſuit, eumque in fine capitis illius 18 reſpexit, ubi Chriſtus diſerte *Deus noſter* appellatur. Certe Paulo nil præjudicat Irenæus.

Arg. VII. *Irenaeus l. 3. c. 11 dicit, Ioh. I. 1. 3. illam, quae eſt a Patre, principalem & efficabilem & glorioſam generationem Domini Ieſu enarrari. Ergo Irenaeus* Dei *legit. nam ſi* Deus *legas, enarratio illa non cernitur.* P. I. c. IX. Reſp. Irenæus primos duntaxat Iohannis verſiculos exprimit; ſed ea, quæ proxime ſequuntur, ſimul innuit. Neque nervus argumenti, quod ei tribuit Artemonius, in ipſo textu eſt, ſi legas, *Dei erat Verbum:* (nam ſol eſt Dei, Matth. V. 45. nec tamen eſt Dei filius:) ſed tantum eſt in interpretamento illo, *Dei filius erat Verbum. filium* autem unice ſubaudiri debere, aliunde debet oſtendi. hæc oſtenſio, undecunque petitur, æque eſt facilis, ſive θεὸς ſive θεῦ, imo facilior, ſi θεὸς legas. nam *Verbum* eſſe *Dei Verbum*, illico percipimus, cum legimus, *In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum:* ſed quum ſubſequitur, *& Deus erat Verbum*, tum demum *enarratio* de illo *Verbo*, eoque *Dei Verbo*, amplificatur; Dei, cujus eſt Verbum, & Verbi, quod Deus eſt, unitate ſuperaddita. *Principalis & efficabilis & glorioſae* generationis epitheta repetit Irenæus ex ſymbolo Leonis cherubici, quem Iohanni affingat: nec tamen ea non ex ipſo Iohannis textu fluunt, præſertim ſi θεὸς ſervamus. quis enim principaliorem, & efficabiliorem, & glorioſiorem *Deo Verbo* generationem habet?

Arg. VIII. *Idem l. 3. c. 8. de Iohanne*, Cum dixiſſet, *inquit*, de Verbo Dei, *quoniam erat in Patre*; adjecit, *Omnia per eum facta ſunt.* ergo legit, *Dei erat Verbum.* Ibid. Reſp. Irenæus, etiam cum evangelium Iohannis citat, *Dei Verbum* appellat: ſed nuſquam ait, ſic appellari in ipſo evangelio.

Arg. IX. *Idem l. 3. c. 18.* Et quoniam Ioannes, *inquit*, unum & eundem novit *Verbum* Dei, & hunc eſſe *Vnigenitum*, & hunc *incarnatum eſſe* pro ſalute noſtra, IEſum Chriſtum Dominum noſtrum; ſufficienter ex *ipſius* Ioannis *ſermone* demonſtravimus. P. I. c. X. Reſp. Emphatica ſermonis Iohannei citatione Irenæus reſpicit *Verbum*, ac non *Dei* vocabulum; ut mox *incarnationem*, ac non *ſalutem.*

Arg. X. *In omnibus* Irenæi *libris frequentiſſime* Verbum Dei, *&* Verbum *ſimpliciter, ſed* Verbum Deus *ne ſemel quidem dicitur; ſimiliſque ratio eſt* Tertulliani: *cum tamen* Deus Verbum *ſaepe dicatur apud* Origenem. *Vtrique eorum, ut initio Ev. Ioh. legebant, ita locuti ſunt.* P. I. c. XI. Reſp. Vid. ad Arg. V. Artemonii ex Irenæo argumenta diluit Weſſeling cap. VI.

Arg. XI.

Arg. XI. THEOPHILVS *Antiochenus non ſolum* Dei Verbum *appellat ſaepius, nullibi* Deum Verbum; *ſed etiam locum Ioh. I. 1. 3. ita allegat, ut in duas eum partes dividat, & ex utraque ſeorſum parte aliquid deducat, his verbis:* Iohannes dicit, *In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum;* ſignificans, in principio ſolum fuiſſe Deum, & in eo Verbum (ſcil. διὰ παντὸς ἐνδιάθετον ſemper inſitum.) Poſtea dicit, καὶ θεὸς ἦν ὁ λόγος *& Deus erat Verbum. omnia per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo factum eſt nihil.* θεὸς οὖν ὢν ὁ λόγος καὶ ἐκ θεοῦ πεφυκως, Deus itaque cum ſit Verbum, & ex Deo progenitum; quando vult Pater univerſorum, mittit illud ad aliquem locum. *Non ſi* θεος, *ſed ſi* θεοῦ *apud Iohannem legit Theophilus, Verbi generationem & miſſionem inde potuit deducere.* P. I. c. XII. Reſp. Plane hoc inverti debet. Theophilus illud ipſum, *& Verbum erat apud Deum*, ita accepit, ut eo ipſo, *Dei eſſe Verbum*, agnoſceret. unde idem in priore illa interpretationis ſuæ parte genitivum illum, θεοῦ, adhibet: *Antequam quidquam fieret*, inquit, *hunc conſiliarium habuit,* ΕΑΥΤΟΥ̃ νοῦν καὶ φρόνησιν ὄντα, *ut qui mens & ſapientia IPSIVS eſſet.* neque, quod Dei *Filius ſive Prolatio* eſſet Verbum, Theophilus ait, ſed Artemonius id ei commodat. Tum in altera dicti parte ſuperaddi quiddam Theophilus notat, ſic expreſſum, *& Deus erat Verbum. Cum condere*, inquit, *quae deliberaverat, vellet* Deus, τοῦτον τὸν λόγον ἐγέννησε προφορικὸν, *hoc* Verbum *genuit* prolatum, *primogenitum omnis creaturae.* (conf. Tertull. adv. Prax. c. 5.) inde jam Theophilus Verbum non *Dei* aliquid, (quod Artemonius ait) ſed plane *Deum* eſſe & dici ſtatuit, (prorſus ut fœtus humanus magis poſt partum, quam ante, nomen Hominis tuetur:) quumque Logos jam *Deus, & enim ex Deo natus, eſſet;* eapropter mitti poſſe & revera mitti, non ſervili, ſed digniſſima Vnigenito miſſione. Quam rectus & ſincerus hic Theophili ſenſus fuerit, nunc non agitur: ſed certe hic revera fuit ſenſus ejus, a Valentino longe remotus. conf. Weſſeling p. 110 ſeqq. & p. 56. Robuſtum, imo invictum eſt hoc pro lectione θεὸς, Theophilo placita, argumentum; eoque pluris faciendum ejus teſtimonium, quod eam lectionem propius anno 170, quam anno 160 exortam putat Artemonius p. 179: Theophilus autem Iohannem multo ante legerit neceſſe eſt, quippe jam anno 168 Antiochiae epiſcopus factus, & duodecim poſt annis defunctus. quo nomine Theophilus ante Irenæum ponendus fuerat.

Arg. XII. ATHENAGORAS *nunquam vocat* Deum Verbum, *ſed* Dei Verbum; *etiam ubi locum Ioh. I. 3. citat.* Ibid. Reſp. Sed non citat locum Ioh. I. 1.

Arg. XIII. TERTVLLIANVS *adv. Praxean cap. 13. coll. cap. 19. Chriſtum ait tum demum dici Deum, quando memoretur ſeorſum a Patre. ergo Ioh. I. 1, ubi etiam Dei Patris mentio fit, non legit*, & Deus erat Verbum: *adeoque plurimis locis, ubi hodie ſic habet, interpolatus eſt.* P. I. cap. XIII ſeqq. Reſp. I. Deficiunt jam Artemonii argumenta ex Græcis: ſequuntur ex Latinis, Tertulliano, Novatiano, Cajo. Ab illis, ὁ θεὸς lectum, obtinuimus: præ quibus hi, ſi *Dei* legiſſent, minus auctoritatis haberent; præſertim quum hi omnes Ptolemæo, Theophilo, Irenæo ejuſque interprete recentiores fuerint. Sed de his quoque videbimus. II. Primus eorum, Tertul-

Tertullianus, Praxean Patripaſſianum capite XII refutat ex Moſe, qui ſcribat ſemel, *Dixit Deus, Fiat lux: & facta eſt;* & deinceps ſemper, *Deus dixit, Deus fecit:* initioque Evangelii Ioh. in ſubſidium vocato, infert: *Sermo Dei ſi ipſe Deus eſt, ſecundum Ioannem*, DEVS erat ſermo; *habes duos: alium dicentem ut fiat, alium facientem. alium autem quomodo accipere debeas, jam profeſſus ſum.* Inde capite XIII. objicit ſibi Praxeæ nomine: *Si alius Deus dixit, & alius fecit, duo Dei praedicantur.* Ponit ergo duo loca ex V. T. nempe Pſ. XLV. 7 ſ. & Eſ. XLV. 14 ſ. ubi nomen *Dei* tribuatur duobus: additque, *Ipſum plus eſt, quod in Evangelio totidem* (duos) *invenies:* In principio erat Sermo, & Sermo erat apud Deum, & DEVS erat Sermo. *Vnus qui erat, & alius, penes quem erat.* Pergit continuo, *Sed & nomen* Domini *in duobus lego:* allegatque loca, Pſ. CX. 1. Ieſaj. LIII. 1. Gen. XIX. 24. Pſ. LXXXII. 1. Inſtat Praxeas, *Ergo provocabo te, ut hodie quoque ex auctoritate iſtarum ſcripturarum* CONSTANTER *duos Deos & duos Dominos praedices.* Tertullianus autem ita reſpondet, ut diſtinguat inter præterita & præſentia tempora; *Abſit*, inquit. *Nos enim, qui & tempora & cauſas ſcripturarum per Dei gratiam inſpicimus, maxime Paracleti, non hominum, diſcipuli, duos quidem definimus, Patrem & Filium, & jam tres cum Spiritu Sancto —. Duos tamen Deos & duos Dominos nunquam ex ore noſtro proferimus: — quoniam retro & duo Dei & duo Domini praedicabantur, ut, ubi veniſſet Chriſtus, & Deus agnoſceretur & Dominus vocaretur* (ſcil. ſæpius) *quia Filius Dei & Domini. — At ubi venit Chriſtus, & cognitus eſt a nobis, quod ipſe qui numerum retro fecerat, factus ſecundus a Patre & cum Spiritu tertius, & jam Pater per ipſum plenius manifeſtatus; redactum eſt jam nomen Dei & Domini in unionem* (ſcil. ut Deo Dominoque ſingulariter appellato, & Pater & Filius connotetur:) *ut quia nationes a multitudine idolorum tranſirent ad unicum Deum, & differentia conſtitueretur inter cultores unius & plurimae divinitatis. Nam & lucere in mundo Chriſtianos oportebat, ut filios lucis, lumen mundi; unum & Deum & Dominum colentes & nominantes. Ceterum ſi — Deos & Dominos nominaremus, extinxiſſemus faces noſtras etiam ad martyria timidiores, quibus evadendi quaque patet occaſio —. Itaque Deos omnino non dicam nec Dominos, ſed Apoſtolum ſequar, ut, ſi pariter nominandi fuerint Pater & Filius, Deum Patrem appellem, & Ieſum Chriſtum Dominum nominem: ſolum autem Chriſtum potero Deum dicere, ſicut idem Apoſtolus.* Ex quibus Chriſtus, qui eſt, *inquit*, Deus ſuper omnia benedictus in ævum omne. *Nam & radium ſolis ſeorſum ſolem vocabo; ſolem autem nominans, cujus eſt radius, non ſtatim & radium ſolem appellabo. nam etſi ſoles duos faciam, tamen & ſolem & radium ejus tam duas res & duas ſpecies unius & indiviſae ſubſtantiae numerabo, quam Deum & Sermonem ejus, quam Patrem & Filium.* Sat multa exſcripſimus; & tamen facile patimur, ea, quæ intermiſimus, apud ipſum Tertullianum legi: cujus quidem duæ ſunt reſponſiones; prior ad objectionem Praxeæ, poſterior ad inſtantiam ſive *provocationem* Praxeæ. poſteriorem cum priore, & priorem cum capite illo XII pugnare ſtatuit Artemonius, ut evincat, his atque adeo ceteris Tertulliani locis interpolatum eſſe illud, *& Deus erat Sermo.* Vtramvis pugnam ſeorſum componemus. *a* Contra duas reſponſiones illas capitis XIII objicit Artemonius, perire diſtinctionem poſterioris reſponſionis inter V. & N. T. ſi in priore

ore non pro ſuppoſititio agnoſcatur totum illud, *Ipſum plus eſt*, — *penes quem erat*. p. 53 ſ. Reſp. Artemonius illud, *Ipſum plus &c.* a falſariis illatum ſtatuit, & provocationem cum tota reſponſione poſteriore retinet: nos contra eodem, ſi non majori jure, illud retinere, & hanc pro aſſumento declarare poſſemus. Veruntamen totus liber contra Praxean non magis eſt Tertullianicus, (de quo nemo dubitat;) quam utraque hæc pars: & utraque ſimul probe conſiſtit. Omnino Tertullianus in priore reſponſione, citans Iohannem, in mente habebat diſtinctionem inter V. & N. T. unde cum admiratione quadam dixit, *Ipſum plus eſt quod in Evangelio &c.* & revera locus Ioh. I. 1, ad cetera de Deitate Chriſti collatus teſtimonia, ſingulare quiddam habet, eoque magis notandus eſt. Sed in poſteriori reſponſione præcipue debebat ad violentam Praxeæ provocationem, de duobus Diis & duobus Dominis Tertulliano prædicandis, amoliendam, hunc ipſum numerum pluralem grammaticum, ne duos Deos & duos Dominos prædicaret, refutare: qua mente etiam ſolem & radium ſimiliter negat duos ſoles dici. conſ. cap. 18, ubi ſimilitudo de ſole & radio repetitur. At ne Scripturæ quidem ſic loquuntur: quare ulterius progreſſus, has ipſas in loquendo ſibi imitandas eſſe negat; ac non contentus diſtinctione inter V. & N. T., adjungit Montaniſta, creſcente ardore, diſtinctionem inter tempora adventum Paracleti antegreſſa & ſubſecuta. Etenim non ſolum *tempora*, ſed etiam *cauſas Scripturarum* allegat; haſque *maxime a Paracleti diſcipulis per Dei gratiam inſpici* ait; neque ſolum adventum Chriſti, ſed etiam ea, quæ ſecuta ſint, commemorat: *ubi venit Chriſtus*, inquit, *& cognitus eſt a nobis*, — *& jam Pater per ipſum plenius manifeſtatus.* conſ. cap. VII, ubi ait, *quemadmodum etiam Paracletus docet.* Itaque ex propria Montaniſtarum doctrina ſe validius, quam ex communi Chriſtianorum reſpondere putavit: adeoque a Praxea auctoritate Veteris quidem Teſtamenti, ſed *plus* etiam Evangelii, in anguſtias redactus fuerat. Vnde firmiſſime deducimus, genuinam eſſe illam Iohannis allegationem; quippe cujus vim Tertullianus, Iohannem permagni faciens, effugere conabatur. quod effugium ſibi paratum putabat, ſi non jam diceret, quomodo Scriptura etiam Novi Teſt. loqueretur, ſed quomodo ſibi & ſuis æqualibus cenſeret eſſe loquendum. nam poſt adventum Chriſti, ex ſententia Tertulliani, aliter quidem loquebatur evangelium, atque antea prophetæ: ſed poſt adventum Paracleti multo aliter etiam Montaniſtæ, atque Iohannes, præſertim cum accreviſſet neceſſitas polytheiſmi redarguendi & martyrii ſubeundi. Sic factum quoque eſt, ut in hac reſponſione non majorem loci Iohannei, quam locorum V. T. rationem haberet. Non poſtulamus ſalebras Tertullianici loci, ejuſque integri, prorſus complanare: ſed eas ne Artemonii quidem in delendo libertas complanat. β Contra citationes ex cap. XII & XIII inviicem collatas objicit Artemonius, alteram perhiberi ſuperaddere aliquid alteri, & tamen revera nil ſuperaddere. Reſp. Non expediemus nos eo modo, quem nobis tantiſper offert Artemonius pag. 57. Eo duntaxat Iohannem Tertullianus capite XII citarat, ut probaret, *Sermonem eſſe Deum;* cetera ex Geneſi expedierat: capite autem XIII hoc ſuperaddiderat, ut *duos* ex Evangelio Iohannis probaret, Dei nomine appellatos. Formula, *Ipſum plus eſt*, Iohannem non cum Iohanne, ſed cum Veteri Teſt. compa-

rat. III. Quæ cum ita ſint, inconcuſſa apud Tertullianum manet lectio, *& Deus erat Sermo*, & his & reliquis in locis; cum præſertim exceptiones Artemonianæ ceteræ per ſe nil efficiant. α Stat lectio illa cap. XII. libri c. Prax. *Qui* (Sermo Dei *ſi ipſe Deus eſt; ſecundum Ioannem*, Deus erat Sermo; *habes duos*. Namque ſi verba illa, *ſecundum Ioannem: Deus erat Sermo;* quæ Artemonius intruſa putat, auferantur; nullum ſupererit dictum, quod Chriſtus appelletur Deus. Regerit hoc ſibi Artemonius, p. 52, excipitque ita: *Tertullianus, Chriſtum appellari Deum, probarat ex Moſe; ſicut etiam Novatianus de Trin. cap. 25.* Reſp. Nec Novatianus, nec Tertullianus id ex ſolo Moſe probare conati ſunt, ſed Iohannem in ſubſidium vocare prorſus neceſſarium duxerunt; quanquam nec probatio ex Moſe per ſe expedita, probationem ex Iohanne abhorreret. Præterea objicit: *Tertullianus modo Ioannis verba ex c. I. 3 ſine ejus nomine poſuit: cur continuo nomen ejus ad haec verba citaret?* p. 58. Reſp. Sic ſolet & ipſe & alii citare. vid. § XI ad 1 Ioh. V. 7. Denique objicit: *Tertullianus non ſcripſiſſet*, Si ipſe, *ſed*, ſi & ipſe. p. 59. Reſp. Liberum ei fuit, *&* vel ponere, ut alibi ponit, vel omittere. vide mox ad locum γ. β Manet locus cap. XIII. libri c. Prax. *In Evangelio totidem* (duos, *Dei* nomine appellatos) *invenies: In principio erat Sermo, & Sermo erat apud Deum, & Deus erat Sermo.* Exc. *Tertullianus non ſolet tam prolixe citare.* p. 59. Reſp. Mox etiam poterat omittere illud, *Sede ad dexteram meam:* & plura alia. γ Manet locus cap. VII. lib. c. Prax. *Vacua & inanis res eſt Sermo Dei? qui Filius dictus eſt, qui ipſe Deus cognominatus eſt:* Et Sermo erat apud Deum, & Deus erat Sermo. *Scriptum eſt*, Non ſumes nomen Dei in vanum. *Hic certe eſt, qui in effigio Dei conſtitutus, non rapinam exiſtimavit ſe eſſe aequalem Deo. Nam τὸ nomen Dei*, ad illa, *Deus cognominatus eſt*, reſpicit. Regerit hoc ſibi Artemonius p. 61, nec ſolvit. nam ibi opinionem vanitatis directe a Sermone depellit Tertullianus. Exc. 1. *Tertullianus eodem & ſequenti capite dicit* Dei Sermonem, *non* Deum Sermonem. Ergo illud, *qui ipſe Deus — erat Sermo*, a falſaria manu eſt. p. 60. Reſp. Tertullianus ſic loquitur ex commoditate locutionis, præſertim contra Valentinianos. Exc. 2. *Tertullianus formulam*, Sicut ſcriptum eſt, *addit capite 8. ergo iſtud ſcriptum non allegarat capite 7.* p. 60. Reſp. Formulam ibi adhibet inter duas allegationes cum formula factas. Exc. 3. *Tertullianus omiſiſſet illud*, & Sermo erat apud Deum. p. 62. Reſp. Hoc præmiſſo vis augetur ſententiæ ſubſequentis. Exc. 4. *Non dixiſſet*, qui ipſe Deus, *ſed* qui & Deus. *nam* ipſum Deum *aliis locis ſolum Patrem agnoſcit.* Reſp. 1. Cur idcirco tota ſententia intruſa putatur? annon *&* potuiſſet excidere, & *ipſe* intrudi ſolummodo? 2. *Ipſe* facit epitaſin caſus recti, in antitheto ad appellationem proxime præcedentem, *Sermo Dei, Filius.* δ Stat citatio Iohannis in lib. de Reſurr. carn. c. 6. *Fecit hominem Deus, id utique quod finxit, ad imaginem Dei fecit illum, ſcilicet Chriſti. &* Sermo *enim* Deus: *qui in effigie Dei conſtitutus, non rapinam exiſtimavit pariari Deo.* Exc. Sermonem eſſe Deum, probat Tertullianus ex Phil 2. perinde ut c. Prax. c. 7. Artem. p. 61. Reſp. Vtroque loco & Iohannem & Paulum aperte ſpectat. ε Manet lectio cap. XV. lib. c. Praxean: *Etſi Deus Sermo, ſed apud Deum, quia ex Deo Deus. — quoniam Sermonem Dei, Deum dixerat, ſuperdicit ex abundanti, Deum nemo vidit unquam. quem Deum? — ſcilicet Patrem, a-*

pud

quod quem Deus erat Sermo, unigenitus Filius —. Hunc & Paulus conſpexit, nec tamen Patrem vidit. Nonne, inquit, vidi Ieſum? Chriſtum autem & ipſe Deum cognominavit, Quorum patres, & ex quibus Chriſtus ſecundum carnem, qui eſt ſuper omnia Deus benedictus in aevum. Oſtendit & ipſe viſibilem Dei Filium, id eſt, Sermonem Dei; quia qui caro factus eſt, Chriſtus dictus eſt. Expreſſe *Sermonem Deum* ab Iohanne dictum contendit Tertullianus; neque id per conſequentiam elicit, ſed ex eo ipſo conſequentias ſuas deducit: quin etiam Iohannem cum Paulo confert. Exc. 1. *Si litera ſtricte urgetur, Tertullianus ſcripſit*, & Deus erat Dei Sermo. Artem. p. 64. Reſp. Tertullianus argumentatur ex prædicato *Deus*: hæc ergo literæ pars urgenda eſt ante omnia. Exc. 2. *Si ex verbis Tertulliani de lectione ejus Iohannea argumentandum eſt; potius ex cap. 27 c. Prax. concludetur, eum legiſſe, & Dei erat Sermo: nam ibi dicit, Sermonem Dei vel Spiritum Dei & Virtutem Altiſſimi dictum eſſe.* Reſp. 1. Evidentiſſimum locum ex oculis noſtris non ſubducet oſſuſa alterius loci Tertullianici obſcuritas. 2 Obſervanda particula *vel*, ante particulam *&*, apertam *Sermonis Spirituſque* ſynonymian ex mente Tertulliani denotans. nam capite XXVI, aperta ab Iohanne ad Lucam tranſitione facta, Iohannem deinceps non niſi obiter adhibet: at ex Lucæ c. I. 35, ubi legit, *Spiritus Dei ſuperveniet in te*, Spiritum Dei ab angelo pro Sermone Dei dictum eſſe contendit. *& Spiritus Sermo eſt*, inquit, *& Sermo Spiritus.* Locum Ioh. I. 1. ibi nullo modo ſpectat. Et tamen Artemonius mathematicam clauſulam, *Q. E. D.* hoc loco ponit, p. 65, prorſus uti p. 56, 195, 238, 371. & in Defenſ. p. 31. pro ſupplenda argumenti imbecillitate in locis palmariis. *Candorem* quendam in toto ejus opere *regnare* judicat Bibliotheca Angl. T. XV. p. 539, ubi opus ipſum recenſetur: exceptionem vero miniſtrat Weſſelingius p. 150. Quam candidus quiſque ſcriptor ſit, ipſius pluris intereſt, quam lectoris, vigilantis certe: ſed tamen ne vel candor errorem inſinuet, monendi ſunt omnes. Exc. 3. *Filius, ex Tertulliani mente, dicitur Deus omnipotens, qua Sermo Dei omnipotentis. adv. Prax. c. 17. pariter ergo Filius dicitur Deus, qua Sermo Dei.* Reſp. Nil opus eſt argumentatione. Concluſio ipſa eſt apud Tertullianum antecedens: *Filius omnipotentis tam omnipotens eſt Dei Filius, quam Deus Dei Filius.* ibid. Ac recte infertur, Chriſtus eſt Filius Dei: ergo eſt Deus. Sed tamen & Praxeæ verba, quorum parodian Tertulliano offert Artemonius, ipſe Tertullianus, alio quippe ſenſu prolata, refutat capite XXVI: & per hæc omnia manet lectio, *& Deus erat Sermo.* ſæpe enim e Scriptura aliquid per conſequentiam deducitur, quod ſuo loco expreſſe ſcriptum eſt. Exc. 4. *Non ſcripſit Tertullianus*, & ipſe, *quaſi Paulus videlicet* & ipſe, *non modo Ioannes, Deum cognominarit: ſed*, & ipſum. Reſp. Hoc *ipſe* multo commodius eſt: & mox in aliis exemplaribus repetitur, in aliis omittitur; & repetitione & omiſſione τὸ *ipſe* hîc præmiſſum confirmante. Vtrumvis *ipſe*, ſi Tertulliani non eſt, non debilitat cauſam noſtram: ſin ejus eſt, etiam confirmat. 5 Manet lectio lib. c. Hermog. cap. XVIII. *Materiam Deo praeponit Hermogenes, praeponendo eum Filio. Filius enim Sermo, & Deus Sermo: & Ego & Pater unum ſumus.* Exc. *Illud*, Filius enim Sermo, *per ſe nil probat: lego igitur*, Filius enim Sermo Dei, & Deus Sermo (Dei.) Reſp. Tertullianus argumentatur ſic, *Sermo eſt Deus: Filius eſt Sermo: ergo Filius eſt Deus, adeoque Hermogenes ma-*

teriam Filio praeponens, Deo praeponit. Præmiſſas petit ex Ioh. I. 1. X. 30. Plana ſunt omnia. ζ Manet lectio in locis ab Artemonio intactis. Lib. c. Hermog. c. XX, *Deus erat Sermo.* Lib. c. Prax. cap. XVI, *Deus erat Sermo — & Deus in terris cum hominibus converſari non alius potuit, quam Sermo, qui caro erat futurus.* Ibid. cap. XXVII, *Deus neque deſinit eſſe, neque aliud poteſt eſſe: Sermo autem Deus, & Sermo Domini manet in aevum.* atque hic ultimus locus theſin habet duobus dictis confirmatam.

Arg. XIV. *Lectione illa*, & Deus erat Sermo, PRAXEAS, *cui appoſitiſſima fuiſſet, non eſt uſus. vid. Tertull. c. Prax. cap. 20.* Part. I. cap. XVI. Reſp. Ex *toto inſtrumento utriuſque teſtamenti* non niſi *tribus capitulis* ſive dictis eſt uſus, ut ait Tertull. ibidem. Ergone dictum Rom. IX. 5. & cum eo omnia dicta in Iohanne & in V. ac N. T. quibus Praxeas, cum uti poſſe videretur, uſus non eſt, tum aliter ſe habuiſſe dicemus? Cur autem non ſit uſus, noſtra nil refert. fortaſſe quo pauciora huc dicta citavit, eo minus ſe refutari poſſe putavit. Quid vero mirum, ſi non eſt uſus initio Ev. Ioh. ubi ſententia Praxean refutans immediate præcedit verba hæc, quæ Artemonius ab eo citari potuiſſe contendit? *Inprimis ipſa ſtatim*, inquit Tertull. cap. ſeq. *praefatio Ioannis evangelizatoris demonſtrat, quod retro fuerit, qui caro fieri habebat.* In principio—& Deus erat ſermo—& ſine ipſo factum eſt nihil. *Nam ſi haec non aliter accipi licet, quam quomodo ſcripta ſunt, indubitanter alius oſtenditur, qui fuerit a principio, alius, apud quem fuit. alium Sermonem (Dei,) alium Deum: licet & Deus Sermo, ſed qua Dei Filius, non qua Pater: alium per quem omnia, alium a quo omnia.* Invertimus ergo & dicimus: niſi Praxeas legiſſet, *& Deus erat Sermo*, Tertullianus non fuiſſet uſus occupatione illa, *licet & Deus Sermo.* nunc quum uſus eſt, patet, utrumque eorum legiſſe, *& Deus erat Sermo.* nam Iohannis textum eſſe hunc, non Tertulliani conſequentiam, ex eo quoque elucet, quia totum hic Iohannis textum Tertullianus, nullam partem tranſiliens, ſtricte conſiderat.

Arg. XV. *Si Tertullianus legiſſet*, & Deus erat Sermo, *debuiſſet l. c. dicere*, alium eſſe Sermonem Deum; alium, apud quem Sermo erat, Deum. *atqui abſolute dixit*, alium Sermonem, alium Deum, *Sermonem Deo, ut ſaepe, contradiſtinguens* P. I. cap. XVII. Reſp. Brevius commodiuſque locutus eſt, citra periculum amphiboliæ: ſpectavitque præciſe illud Ioh. I, 1. *& Sermo erat apud Deum;* ſicut mox illud, *& Deus erat Sermo*, attingit, quum ſubjungit, *licet & Deus Sermo.* Cyrillus in Lib. de Trin. c. 9 ait, εἷς ὄντως θεὸς, ὁ θεος καὶ ὁ λόγος καὶ τὸ πνεῦμα αὐτῶ· num ergo ne Cyrillus quidem legit, καὶ θεὸς ἦν ὁ λόγος;

Arg. XVI. *Tertullianus l. c. ex Ioh. I. 1 deducit, alium eſſe Sermonem Dei, alium Deum. ergo legit*, & Dei erat Sermo. Ibid. Reſp. Non in omnibus Tertulliani codd. exſtat *Dei:* ſed ſive ipſe id poſuit, ſive non poſuit; non tertium, ut diximus, ſed ſecundum inciſum in Ioh. c. 1. v. 1 ſpectavit. quare ſi in his verbis literam ſtricte urges, ſtatuere debes (coll. Artem. p. 64.) in Tertulliani Iohanne exſtitiſſe,

exſtitiſſe, *& Sermo Dei erat apud Deum.* Singula vidimus Tertulliani loca: quod ſi totam Artemonii correctionem repetas curſim, liber contra Praxean ita ſui diſſimilis reddetur, ut Tertullianus cum ſine dubio ſit abdicaturus. Copioſe etiam de Tertulliano & Praxea agit Weſſeling cap. XVIII & XXVI.

Arg. XVII. ARTEMONITÆ *recipiebant omnes libros canonicos, & in his evangelium Iohannis; & tamen negarunt, Ieſum Chriſtum in ſcriptura* Deum dici. *Ergo*, Et Deus erat Verbum, *non legerunt.* P. I. cap. XVIII. Reſp. Ergo aliam ſcripturam V. & N. T. eos habuiſſe oportet, in qua v. gr. dicta, Ioh. XX. 28. Pſ. XLVII. 6. non legerentur. Vrget Artemonius verba Novatiani de Trin. c. XXX. Ea vero ſic habent: *Obluctantes adverſus veritatem ſemper haeretici ſincerae traditionis & catholicae fidei controverſiam ſolent trahere, ſcandalizati in Chriſtum, quod etiam Deus & per ſcripturas aſſeratur, & a nobis hoc eſſe credatur.* Ait Novatianus, Chriſtum Deum non modo credi a credentibus, ſed etiam per ſcripturas aſſeri, & ea re ſcandalizari hæreticos. Agnoverunt igitur hæretici, alicubi certe in ſcripturis Chriſtum dici Deum. quod ſi vel ſemel dicitur, nil impedit, quo minus Ioh. I. 1. dicatur. Plane Novatianus, ut mox oſtendemus, legebat, *Et Deus erat Verbum:* & exinde Artemonitas reſutabat, ſine ulla textus ab iis corrupti querela. ergo Artemonitæ ſic quoque legebant: quanquam, ſic legentes, iiſdem artibus uſi ſunt, quibus omnes Antitrinitarii, conjecturam Artemonii ignorantes. Nullo teſtimonio docebit Artemonius, Artemonitas nullo plane modo Chriſtum in ſcriptura Deum cognominatum agnoviſſe. quicquid Part. I. cap. 25 colligit, ad ſummum probat, cum ſcriptura eos loqui noluiſſe. *at quomodo & qua fronte* noluerint, quærit Artemonius p. 126. Reſpondeant novi Artemonitæ, qui *Deus Verbum* legere perſeverant. Exc. *Origenes & Theodorus Mopſueſtenus teſtantur, Artemonitas Chriſtum Deum Verbum negaſſe.* p. 85. 88. Reſp. Origenes eodem loco ait, illos negaſſe Chriſtum *Primogenitum totius creaturae & Sapientiam:* ergone etiam loca illa, Prov. VIII. 22. Col. I. 15. aliter legerunt? Legerunt etiam *Deum Verbum*, ſed non cognorunt: perinde ut alii legerunt *Hominem Ieſum Chriſtum*, ſed non cognorunt. Facile caremus effugio illo, quod nobis præcidit Artemonius p. 78 ſeqq.

Arg. XVIII. NOVATIANVS *in lib. de Trinitate toties locum Ioh. I. 1. urgens, per conſequentiam tantummodo probat, Chriſtum eſſe Deum.* Quis dubitet, *inquit cap. XIII.* Chriſtum, quia Verbum Dei *(ſubaudi* eſt, *)* Deum incunctanter edicere eſſe? *Ergo non legit*, Deus erat Verbum, *licet nunc in eo ſic legatur.* P. I. cap. XIX. Reſp. Novatianum noviſſimus ejus editor vindicavit, *Ioannes Jackſonus:* adverſus quem Artemonius *Defenſionem*, cum *Addendis* ad librum ſuum, anno MDCCXXIX edidit. Vix adduci poſſis, ut credas, tandiu hæc ex animo defendere Artemonium: enimvero mira vis eſt erroris, qui ſubactiſſimi intellectus hominem uſque eo aufert, ut conjecturæ ex conjecturis conflatæ & conglutinatæ immoretur, & antiquiſſima, diffuſiſſima, lucidiſſima lectionis ſanæ veſtigia diſturbare obnitatur. Quid diceret hodie, cum ceteris, Novatianus, ſi viderent Artemonium univerſos ipſos iſtud dicere cogentem, quod ne uni quidem in mentem unquam venit? *Addendorum* Ar-

temonii, ſuis locis, quo pertinent, rationem, ut ipſa poſtulant p. 60, habemus: ad *Novatianum* autem primas Artemonii & ſecundas objectiones nunc expedire ingredimur. Novatiani volumen de Trinitate eſt quaſi epitome, Hieronymo teſte, operis Tertulliani. Tertullianus autem, ut evicimus, conſtanter *Et Deus erat Sermo* legit: pariter ergo Novatianus. Scopus porro Novatiani non modo polemicus fuit, ſed etiam dogmaticus: neque unam ſibi tantummodo hæreſin refutandam propoſuit, ſed omnes, quæ quidem in doctrinam de Trinitate & de Chriſto impingerent, ut ex cap. X apparet. Inprimis vero a cap. XI eos redarguit, qui, quum ſcriptura Chriſtum Deum dicat, Chriſtum Deum *dicere* dubitant. Inde capite XII eos redarguit, a quibus Chriſtus *deſtricte homo nudus* ADSERITVR: quæ verba mendo, quod eis Artemon. Defenſ. p. 68 ſeqq. tribuit, carent, quanquam Whiſtonus, pro *adſeritur*, *adoratur* edidit, ex alliteratione ad verbum vicinum *corporatur* vel *comprobatur*. Sane ab eo ipſo loco, Novatianus *dicendi* verbo, ejuſque ſynonymis, inſignite, frequenter, conſiderate utitur. id quod ad capiendum Novatiani ſenſum penitus eſt obſervatu neceſſarium: &, ubi obſervatur, multarum ineptiarum crimen a Novatiano depellit. Hoc propoſito, ad evangelium Iohannis, ejuſque initium progreſſus, argumentum capite XIII inſtruit, cujus hic nervus eſt: *Verbum, ſive Verbum Dei, eſt Deus. Ioh. I. 1. Chriſtus eſt Verbum, ſive Verbum Dei. Ioh. I. 14. Ap. XIX. 13. Ergo Chriſtus eſt Deus, adeoque qui Chriſtum Deum* dicere *dubitant, male dubitant.* Vim probationis de Deitate Chriſti, quippe qui *Verbum Dei* dicatur, non tam in vocabulo *Dei*, quam in vocabulo *Verbi*, & in nexu verſiculorum Ioh. I. 1. 2. 14, de *Verbo* agentium, Novatianus poſitam habet. *Acerrimum diſputatorem* Novatianum, per charientiſmum, appellat Artemonius p. 120. Omnino minori ille diſputandi & differendi arte uſus eſt, quam Artemonius: id vero lectioni Iohanneæ ab illo ſervatæ non officit, ſed ſubſervit. atque in hoc argumento, quod commemoravimus, recta & plana ſunt omnia: quare nil addo.

Arg. XIX. Hominem, Dei Filium (*inquit Novatianus* c. XIX.) id eſt, Dei Verbum, ſicut ſcriptum eſt, accipiant hæretici. *Ergo Novatianus ſcriptum legit*, Dei Verbum, *nempe Ioh. I. 1.* P. I. cap. XXI. Reſp. Longo illo capite XIX dictum Luc. I. 35 tractat & vindicat Novatianus, ita concludens, *Sic facta eſt angeli voce, quod nolunt haeretici, inter Filium Dei hominiſque cum ſua tamen ſociatione diſtinctio, urgendo illos, uti Chriſtum hominis filium intelligant quoque Dei filium, & hominem Dei filium, id eſt, Dei verbum, ſicut ſcriptum eſt, Deum accipiant.* Angelus apud Lucam dixit, *Quod naſcitur, Sanctum, vocabitur filius Dei.* id citat Novatianus, & loco Ioh. I. 14 in medium vocato vindicat, ex dicto Iohannis de *Verbo*, *Dei* utique, inferens, dictum apud Lucam, de *Filio Dei*, non de humana, ſed de divina Chriſti agere natura. Sermo obliquus, ſine ullius gloſſematis ſuſpicione, in rectum commutatus, ſenſum egregia Gradatione radiantem fundit: *Chriſtus, hominis filius, homo, eſt quoque Dei filius: & homo, Dei filius, id eſt Dei Verbum, eſt Deus.* Formulam, *ſicut ſcriptum eſt*, Artemonius ad τὸ *Dei*, ante *Verbum*, adeoque ad Ioh. I. 1 refert: ſed certe nuſquam minus quam ad illud *Dei* referri poteſt; ad Ioh. I. 1 autem, nullo modo. Ceteroqui nil, quo eam referas, intereſt. Nam quic-

quicquid eam præcedit & ſequitur, id revera *ſcriptum eſſe*, & Novatianus, in ultima quoque capitis XIX linea docet, neque negare quiſquam poteſt.

Arg. XX. *Novatianus, ſi evidentem & neceſſariam adhibeas emendationem, cap. XXIII ait:* Sed enim (*ſupple*, cujus) hoc Verbum (*ſubintellige* erat,) per quod facta ſunt omnia. (omnia?) *Et Deus* (*lege*, *Dei*) inquit, *erat Verbum.* Deus ergo proceſſit ex Deo, dum qui proceſſit Sermo Deus (*lege*, Dei) eſt, qui proceſſit ex Deo. *Et dubitamus adhuc Novatianum ipſum in ſuo Ioanne*, Et Dei erat Sermo, *legiſſe?* P. I. cap. XXI, coll. p. 125, ubi Artemonius huic correctioni *inprimis* confidit. Reſp. Itane tres, præter elliplin, mutationes ſint neceſſariæ, explicandæ orationi, ne ſimplicem quidem emendationem deſideranti? Totus locus, ellipſi facilius ex antecedentibus per parentheſin expleta, ſic habet: *Si Homo tantummodo Chriſtus, quomodo dicit*, Ego ex Deo prodii & veni, *cum conſtet, hominem a Deo factum eſſe, non ex Deo proceſſiſſe? ex Deo autem homo quomodo non proceſſit, ſic Dei Verbum proceſſit. — Sed enim hoc Verbum, per quod facta ſunt omnia*, (proceſſit.) Et Deus, *inquit*, erat Verbum. *Deus ergo proceſſit ex Deo, dum qui proceſſit Sermo Deus eſt, qui proceſſit ex Deo.* Syllogiſmus in mente Novatiani hic erat: *Verbum proceſſit ex Deo. Verbum eſt Deus. ergo Deus proceſſit ex Deo, adeoque Chriſtus non eſt homo tantum.* Majorem propoſitionem probavit ex Pſalm. XLV. 2. minorem ex Ioh. I. 1. Quid hic reprehendi poteſt? Aliam *Artemonius defenſus* emendationem p. 27 proponit, Novatianum ſic loqui faciens, *Sed enim hoc Verbum, per quod facta ſunt omnia*, & Dei, *inquit*, erat Verbum. *ut* &, *Novatiani hic, non Iohannis nomine poſitum*, etiam *valeat.* Cujus ergo Verbum erat, præterquam Dei, ſi *etiam* Dei?

Reliquis item locis Novatianus partim confirmat genuinam lectionem, partim ei non officit. Confirmat capite XXV, ubi a Moyſe Iohannem accepiſſe docens ait: *Oſtendit* Moyſes, *in principio Verbum fuiſſe, & Verbum hoc apud Patrem fuiſſe, DEVM præterea Verbum fuiſſe. omnia per ipſum facta eſſe.* Excip. *Si premas hæc verba Novatiani, ſequetur, eum etiam legiſſe*, Et Verbum erat apud Patrem. Artem. p. 105. Reſp. Hæc variatio, ſumta ex 1 Ioh. I. 2, non mutat totam propoſitionem, ſicut illa variatio, quam Artemonius Novatiano adſcribit. Non obeſt eodem capite XXV, cum ait, *Facit hominem Dei Filius, Verbum ſcilicet Dei, per quem facta ſunt omnia.* vid. Artem. P. I. cap. XXIV. nam maſculinum *quem* hîc refertur ad Filium, (alias dixiſſet *quod*, coll. Arg. XX.) Itaque Novatianus illud, *Verbum ſcilicet Dei*, non ut verba Iohannis, ſed rurſum ut ſuam gloſſam adhibet, qua ad verba Iohannis perveniat. Non obeſt eod. cap. cum ait: *Qui deſcendit, ipſe eſt qui aſcendit — h. e. Dei Filius, Dei Verbum. Verbum autem Dei caro factum eſt, & habitavit in nobis. Hic erit Chriſtus: Deus ergo pronunciabitur Chriſtus.* nam quia dicit, *Dei Filius*, mox gloſſam addit, *Dei Verbum.* Eademque ratio eſt locorum, quæ ex capite XXVI producit Artemonius p. 121. præſertim ſi apud ipſum Novatianum prolixius legas. Confirmat apertiſſime capite XXX. *Ergo credamus*, inquit, *ſiquidem fideliſſimum, Dei Filium Ieſum Chriſtum Dominum &* Deum *noſtrum: quoniam* in principio erat Verbum, & Verbum erat Deus, (leg. *apud Deum*) & Deus erat Verbum —. *&*, *Dominus meus & Deus meus. &*, *quorum patres & — benedictus Deus in ſecula.*

ſecula. Eadem plane ratio eſt locorum, quæ Novatianus hîc congerit : neque ulla exceptione Artemonii p. 122. diſſociantur. Ipſum illud, *Deus*, pro *apud Deum*, ſubſequentem ſententiam, *& Deus erat Verbum*, in quam librarius properans per alliterationem offendit, præclare confirmat. Nullus ſcriptor eſt, in quem plus curæ contulerit Artemonius, conjecturam ſuam defendens. Novatianum igitur evolve, quæſo, lector : vindicias noſtras quam rigidiſſime examina, & undique circumſpice, ſi quid poſſit deſiderari. poſtea demum confer librum Artemonii majorem & minorem : miraberis artificium.

Arg. XXI. CAIVS *apud Euſeb. l. 5. cap. ult.* Pſalmi, *inquit*, quotquot ſunt, & cantica ab initio a fidelibus ſcripta, τὸν λόγον τῦ θεῦ τὸν χριϛὸν ὑμνῦσι θεολογῦντες, Verbum Dei Chriſtum celebrant Deitatis prædicatione. *Ergo in Evang. Ioh. (nam Apocalypſin rejecit Cajus) legerunt hymnorum ſcriptores*, Dei erat Verbum : *majore emphaſi & lubentia ſcripturi*, Deus erat Verbum, *ſi ita legiſſent in Iohanne.* P. I. cap. XXVIII & XXIX. Reſp. Floruit eccleſia primitiva chariſmate hymnorum etiam extemporalium : non omnes autem hymnos, ſed aliquos duntaxat in literas eſſe relatos, Cajus agnoſcit. Idem vero teſtatur, omnes eos, qui perſcripti exſtent, Chriſtum prædicare Deum. Sive hos Pſalmos ſive alios abrogavit Paulus Samoſatenus ; & horum ſive nihil ſive aliquid ad noſtram pervenit ætatem : formulas eorum certe omnifarias fuiſſe, indubium eſt. Omnes tamen in eo convenire, ut Chriſtum Deum celebrent, memorat Cajus. ψαλμοὶ τὸν λόγον τῦ θεῦ τὸν χριϛὸν ὑμνῦσι θεολογῦντες. Hypallage ineſt uſitata Græcis, id eſt, ὑμνῦντες θεολογῦσιν· enunciatio autem eſt hæc, *Verbum Dei Chriſtus* θεολογεῖται *Deus celebratur*, *in pſalmis.* In hac enunciatione Artemonius ſubjectum præcipue urget, cum Prædicatum potius urgendum eſſet, (ut ipſe in confinio paginæ ſuæ 187 & 188 minus opportune contendit :) nam Subjectum Cajus eo modo expreſſit, uti & ipſe & Artemonitæ probarent : in Prædicatum vero contulit illam ſummam Pſalmorum, Artemonitas refutantium. *Dei Verbum* non aut ex Apocalypſi aut ex litera Ioh. I, 1 petere neceſſe habuit Cajus. *Sermo apud Deum*, idemque *Sermo Deus*, non poteſt non etiam *Sermo Dei* dici. Ceterum illud totum Euſebii caput contra Artemonitas digniſſimum eſt, quod legant omnes.

Ex eadem ratione, quod de *Simone mago* obiter notat Artemonius p. 139, illum item Seculo I de ſe ſcripſiſſe, *Ego ſum Sermo Dei*, *ego Paracletus &c.* non probat, Simonem in Ioh. legiſſe, *& Dei erat Sermo.*

Hactenus XXI argumenta nobis adnumeravit Artemonius, numero per συγκατάβασιν videlicet ad imperitos, quo magis eos lucrifaceret, amplificato : ſed revera multo ſunt pauciora argumenta. Singuli enim auctores, quotquot argumenta ex quolibet auctore colligantur, ſinguli tantummodo teſtes ſunt : quin etiam multi inſtar ſunt tantummodo unius. nam Latinum interpretem initio habuiſſe *Dei*, arbitratur Artemonius. eum interpretem, vel, dicam, eos interpretes, quotquot Latini patres in ea lectione ſunt ſecuti (Latini autem ſunt multi, quibus nititur Artemo-

Artemonius,) nullam seorsum ab ipso Latino interprete uno alterove testimonii auctoritatem habent. Ne ergo movearis numero, lector: pusilla pars ejus remanet, & hæc ipsa Artemonium destituit.

§ III. Nihilo magis fulciunt Artemonii conjecturam scriptores alii, quos superioribus adjicit.

Hos complectitur Part. I. cap. XXXI. Enimvero α CYPRIANVS l. 2 Test. adv. Iud. c. 3. *quod Christus sit Sermo Dei*, probat ex Evangelio κατὰ Ioannem, *In principio — & Deus erat Sermo &c.* Hic quoque *Dei* in *Deus* mutatum conjicit Artemonius: sed alia quoque dicta huc allegat Cyprianus, ex quibus patet, eum *Dei Sermonem* & *Deum Sermonem* & *Sermonem* absolute dictum pro eodem habuisse. Clarior etiam est locus ibidem c. 6. ubi, *quod Deus Christus*, probat ex Evangelio κατὰ Ioannem, *In principio — & Deus erat Sermo.* Hic totum locum falsarii manu insertum suspicatur Artemonius. quod si ita est, etiam insequens locus ita insertus sit oportet, *Item in EODEM Dominus ad Thomam &c.*

β VICTORINVS Petavionensis, qui sub finem seculi III floruit, in tractatu de Fabrica mundi hæc habet. *Septem cœli sunt: illis diebus* (creationis) *conveniunt; sic enim cautum est*, Verbo Domini cœli firmati sunt, & Spiritu oris ejus omnis virtus eorum. — *Iustus Verbo cognomen est ei. Sic enim dicit Pater ejus*, Eructatum est cor meum Verbum bonum. *Iohannes evangelista sic dicit*, In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & DEVS erat Verbum: hoc erat in principio apud Deum. Omnia per ipsum facta sunt, & sine eo factum est nihil. *Ergo primus factus creaturae est; secundus hominis, humani generis, ut ait apostolus.* Vid. Artem. præf. p. 20 seqq. Obiter notamus, *Factus*, in his verbis extremis, non esse participium, ut accipit Artemonius, ad græcismum hunc revocans, πρῶτος ἐγένετο τῆς κτίσεως, & Victorinum ante Arium arianizasse inferens: sed esse substantivum (probatæ Latinitatis,) ex illo verbo, *facta sunt*, (ἐγένετο, γένεις) deductum. Quod vero Artemonius pro illa periocha, *Iustus Verbo cognomen est ei*, omnino legendum putat, *Istius Verbum*, (*id est, Dei Verbum;* quanquam longo intervallo non occurrit nomen, quo *istius* referatur) *cognomen est ei;* unde mox in allegatione Iohannis, pro *Deus*, *Dei* legit: non est ejusmodi, ut quicquam superstrui possit. Artemonii conjecturæ Wesselingius suam opponit conjecturam p. 117. & nos conjecturam tentavimus. sed in mentem venit, nil opus esse. Victorinus *non aeque Latine ut Graece noverat*, teste Hieronymo & re ipsa. sic igitur Græce cogitare potuit, δίκαιος, λογος ἐπονομάζεσθαι, idque Latine, sed τολοιχως perscripsit, *Iustus, Verbo cognomen est ei.* i. e. *optimo jure Verbum appellatur.* Vtut est, inconcussa ab Artemonio manet Victorini lectio, *Et Deus erat Verbum:* in Latinis ab eo juxta atque in Græcis lecta codicibus.

γ. δ Ex Græcis, IVSTINVM martyrem, imo etiam IGNATIVM Artemonius θεῷ legisse contendit, quia non λόγον θεου, sed λόγον θεῷ appellent. Conf. Artem. Def p. 46. Respondimus sæpe.

ε MELITO Sardenſis ſic ait, Μόνε θεῦ τῦ πρὸ πάντων καὶ ἐπὶ πάντων, καὶ (ἐπὶ) τῦ χριςῦ αὐτῦ, ὄντως θεῦ λόγε πρὸ αἰώνων, ἐσμὲν θρησκευταί. Alterum ἐπὶ Weſſelingius (capite X de Melitone agens,) pro ἔτι irrepſiſſe conjicit, & alii ſimpliciter id delent: certe poſt καὶ ἐπὶ præcedens facile vel pro καὶ ἔτι vel pro καὶ, καὶ ἐπὶ iteratum eſt. Pro ὄντως Artemonius legit ὄντος, nec valde intercedimus. idem vero θεῦ λόγε plane reſolvit in *Dei Verbum*: quanquam Melito, ſi refugiſſet θεὸν λόγον dicere, potius dixiſſet, τῦ χριςῦ θεῦ, ὄντος αὐτε λόγε. In utramque partem, quod ad lectionem Iohanneam attinet, nil magnopere decidi poteſt ex Melitone.

§ IV. Imo plerique illorum refutant Artemonii conjecturam, receptamque lectionem confirmant.

Ex vetuſtiſſimis ſcriptoribus, quos examinavimus, Artemonianæ ſuſpicioni certe nil præſidii affert Celſus, Athenagoras, Cajus, Ignatius, Iuſtinus, Melito: lectionem vero Iohanneam de Deo Verbo plane agnoſcunt *Valentiniani*, etiam priores; tum *Irenaeus*, *Theophilus*, *Tertullianus*, *Praxeas*, *Artemonitae*, *Novatianus*: (vid. ad Arg. 4. 6. 11. 13. 14. 17. 20.) item modo *Cyprianus*, *Victorinus*. Ex quibus hæc Congeries ſubnaſcitur: Valentiniani priores, & Irenæus Tertullianusque, quorum neuter ullam hujus certe textus Ioh. I. 1. interpolationem illis tribuit, eodem modo legerunt, judice Artemonio p. 28. Tertullianus & perpetuus Tertulliani imitator Cyprianus, eodem modo legerunt, judice eodem, p. 158. Repeto: Tertullianus & epitomator Tertulliani Novatianus eodem modo legerunt: item, Artemonitæ, quos in textu quidquam mutaſſe negat Artemonius p. 172 ſ. & Novatianus, qui eos ita refutat, ut nullam iis mutationem textus adſcribat, eodem modo legerunt. Atqui hos ſingulos, *& Deus erat Verbum*, firmiter legiſſe oſtendimus: ergo firmius etiam concludimus, *cunctos* ita legiſſe. Si hodie nobiſcum haberemus in vita hos doctores, quid eos dicturos putamus de Artemonio, talia ipſis adſcribente: imo quid eos dicturos ipſe cenſeat Artemonius?

§ V. Idem præſtant alii ſcriptores, quibus, *& Deus erat Verbum*, lectum fuiſſe, Artemonius agnoſcit.

Memorantur ab Artemonio (cujus volumen ordine ſequimur) pag. 2 & 233 ſ. *Iulianus* apoſtata: p. 83 *Epiphanius:* p. 88 ſ. & 340 *Theodorus* Mopſueſtenus: p. 89 & 419 ſ. *Alogi;* quos etiam a *Cerintho*, Iohannis tempore, hanc lectionem probatam ſtatuiſſe, Artemonius p. 425 putat: p. 91 *Leo* magnus: p. 153 *Photinus* (qui idcirco poſt θεὸς ἦν diſtinctionem poſuit:) p. 155 *Euſebius* (diſertiſſime τὸ θεῦ legi negans:) p. 158 & paſſim, *Clemens Alexandrinus* & *Origenes:* p. 162 *Valentiniani* poſteriores: p. 166 *Methodius* & *Athanaſius:* p. 176 *Platonicorum* libri ex Græca lingua in Latinam verſi, quos Auguſtinus ſibi lectos memorat (ipſe conferendus) l. 7 Confeſſ. c. 9. Hos quivis pro natione, ætate, ſecta diſtribuat, ut volet: quæli-

quælibet distributio novam lucem emittet. Adde omnia exemplaria Græca, typis excusa & præcipue manuscripta, quorum mox vim declarabimus.

§ VI. Nec non ceteri, quorum nulla apud Artemonium mentio fit.

Hujus generis sunt *versiones*, in Evangeliis, (quanquam *Gothica* hoc loco hiat,) maxime multæ, populis & seculis diversissimæ: præcipue vetustissima *Latina*, cujus etiam pondus crescit, si adjungas, quod Artemonius p. 158. coll. præf. p. 22. existimat, lectionem, *Deus*, apud Græcos prius fuisse receptam; Latinos autem patres ad Nicænum usque concilium, si non ultra, *Dei* retinuisse. Diu lateque usi erant Bibliis Latinis & orthodoxi & sectæ tantopere inter se divisæ, antequam eis lectio illa, *Deus*, ex Artemonii sententia obtruderetur: qua ergo manus longitudine ita eis obtrudi potuit, ut prioris lectionis ne vestigium quidem, refutationis saltem causa, remaneret? Habet codex *Gehlianus* Hypomnema in S. Apostolum Iohannem Theologum, in quo memoratur Evangelium Iohanni inter tonitrua & terrores & fulgura divinitus datum, his verbis adjectis: *In vocem postremo tonitru resolvitur articulatam, & clarius insonat illud*, ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ λόγος, καὶ ὁ λόγος ἦν πρὸς τὸν θεὸν, καὶ θεὸς ἦν ὁ λόγος. *Prope oraculum* (πλησίον τῆς θεοῤῥημοσύνης) *Prochorus erat, lucem quidem perspiciens, nil autem audiens. Lingua tonitrui Theologus: & mystes* (Prochorus) *ex metu se colligens, tremula manu res inde illas perscribit, donec perfectum est evangelium.* Sit apocrypha narratio: certe vetusta est, & lectionis θεὸς vetustatem confirmat. conf. Hieronymi præf. in Matth. Neque Artemonius, si ejusmodi quidpiam pro sua conjectura inveniret, id non esset ornaturus. Accedit antiquissima Harmonia evangelica, quam *Victor Capuanus* instauravit: accedit *Hippolytus* contra Noetum, c. 12 & 14. Vol. II. Op. edit. Fabric. f. 14. 15. atque adeo Noetus ipse, perinde ut Praxeas, de quo § I. Arg. XIV. nec non *Gregorius Thaumaturgus*, Origenis discipulus, qui in Panegyrico item θεὸν λόγον celebrat, p. 24 edit. Stutgardianæ; Scriptor commentariorum in Evangelistas, quæ *Theophilo* tribuuntur, Hieronymi certe Catalogo antiquior, lib. I. *Dionysius Al.* cum compresbyteris in ep. ad ecclesiam Alexandrinam, *Marcellus Ancyranus*, (de quo vid. Wesseling cap. I. ubi etiam Eusebii aliorumque testimoniis robur addit,) *Didymus* lib. III. de Spir. S. *Marius Victorinus*, *Hilarius* diaconus in 1 Cor. II. 1. *Ephraim Syrus* f. στγ. Auctor *Synopseos* Scripturæ sacræ, *Zeno* Veronensis, *Paulus Orosius* in Apologia, *Nonnus*, *Apringius* in Ap. l. 4. IV. 7, *Gregorius M.* & quis non? Hierosolymis, Antiochiæ, Alexandriæ, Romæ, Constantinopoli, adeoque ubivis gentium, *Deus* lectum est. Omnesne in loco tam conspicuo, ἐν προοιμίῳ τῶν εὐαγγελίων, ut Chrysostomus ait in Comm. ad Gal. I. 3. nam evangelium Iohannis multi etiam Matthæo præmittebant, dormitarunt? *Amelius* quoque, philosophus Platonicus, seculo III. laudavit barbarum (Hebræum, Iohannem) qui Verbum ἀξιοῖ ἐν τῇ τῆς ἀρχῆς τάξει τὸ καὶ ἀταξίᾳ καθεστηκότα πρὸς θεὸν εἶναι, καὶ ΘΕΟΝ εἶναι, δι' ὃ πάντ' ἁπλῶς γεγενῆσθαι. cetera vide apud Eusebium lib. XI. præp. evang. f. 317 ed. Steph. unde, nisi ex Iohanne? ex quo multi philosophi, ut Basilius M. in homil. in Ev. Ioh. notat, hunc locum desumserunt. Hæretico-

rum corruptelas in textum illatas ſtudioſe in lucem produxerunt orthodoxi : cur unam hîc Valentinianam diſſimularent, quum totum, quod intererat, aliunde peti poſſe ſtatuerent? Exceptiones Arianorum, etiam criticas, in libris contra eoſdem, quam minutiſſime recenſent & ſolvunt orthodoxi : cur Ariani hunc locum, quo tantopere urgeri ſolebant, ſimpliciter agnoverunt, ad articuli potiſſimum abſentiam provocantes? vid. Chryſ. ad Gal. I. 3. Etiamſi aliqua, imo plurima exemplaria N. T. haberent hodie ὁς, quorum tamen ne unum quidem in ulla lingua ſic habet: tamen θεὸς eſſe legendum, evidentiſſima patrum antiquiſſimorum teſtimonia, juxta cum ipſo contextu evincerent. Artemoni Artemoni, eſt aliquid, lectionem tanti momenti, per tot ſecula indelibatam, nunc tandem delere, & omnem fere vitam in imminuenda Filii Dei gloria collocare. Fugientia antiquitatis eccleſiaſticæ veſtigia & rudera captas, & pro latebra ac munimento habes : Scripturæ vero teſtimonia, per ſe valentia & ſufficientia, in medio poſita, partim tranſvolas, partim diſturbas. Nil tamen agis : dies patefaciet, prius etiam quam tua pollicetur Præfatio, pag. XXXIII.

§ VII. Valentiniani poſteriores non fuere auctores hujus lectionis.

Hos ejus auctores, & ex his Theodotum producit Artemonius, majori fortaſſe ſpecie Tatianum producturus, de quo conſ. Millii Proleg. N. T. ſ. 38 ſeq. Sed tamen nil horum eſſe, patet ex §§ præced. maximeque § II ad Arg II. oſtendimus, Artemonium P. I. cap. XXXII & XXXIII. ſine cauſa disjungere Valentinianos priores a poſterioribus, ſive genuinam verſûs 1. ſive interpolatam verſûs 18. in capite primo Ioh. lectionem ſpectes. Pergit Artemonius, & P. I. cap. XXXIV. teſtimonio Tertulliani Origeniſque conatur evincere, Valentinianos poſteriores vim attuliſſe Scripturæ ſacræ. Sed Tertullianus unicum citat locum, Ioh. I. 13. in quo non Valentiniani poſteriores, non Valentinus, quem Tertullianus appellat, ſed ipſe Tertullianus erravit. vid. infra, ad v. 13. Origenes eas lectiones Ioh. I, 1. 18. quas Artemonius Valentinianis poſterioribus imputat, ipſe ſecutus eſt. ergo aut alia loca Evangelica a Valentinianis corrupta, quæ neque ipſe neque alii patres ſequebantur, ac non hæc Iohannea ſpectavit, aut plane injuriam Valentinianis fecit.

§ VIII. Hæc lectio non tum demum exorta eſt, quum eam exortam eſſe computat Artemonius.

Exiſtimat Artemonius, Iohannem ſcripſiſſe Evangelium ante deſtructa Hieroſolyma, vel non multo poſt : p. 350. lectionem autem hanc apud Græcos eſſe primum introductam circa A. C. 170. deinde apud Græcos & Latinos propagatam. P. I. cap. XXXV & XXXVI. Vnde ſcriptores, quos in tota tractatione citat, in duo genera diſtrahuntur. vetuſtiores contendit legiſſe, *& Dei erat Verbum ;* ceteros, *& Deus erat Verbum.* illos a falſariis putat eſſe corruptos ; hos, deceptos. Verum enimvero quiſquis varietatem lectionum N. T. novit, præclare intelligit, Clementem Alexandrinum, (cujus opera mutationem propagatam eſſe ſtatuit Artemo-

temonius,) ejuſque in lectionibus N. T. aſſenſores, non maximas habere partes; longeque citeriores eos eſſe Novi Teſt. codicum divortiis: imo ea divortia eſſe antiquiora anno illo 170. adeoque codicum in hac lectione convenientiam omni exceptione eſſe majorem. Fingamus, fuiſſe falſarium unum, vel quamlibet multos falſarios, ab anno illo 170 viventes: moleſte ferentes, Iohannem c. 1. v. 1. *Dei* ſcripſiſſe; optanteſque, ut id in omnibus exemplaribus Iohannis Græcis, vel etiam Latinis, in omnibus apologiis, diſputationibus, commentationibus omnium adhuc auctorum, quin etiam in omnibus eorundem exemplaribus, & in omnibus exemplarium locis, penes eccleſias, doctores, librarios, hæreticos, ethnicos, in oriente & occidente, ingratiis Artemonitarum omnium, præ quorum germanitate Iuſtinus martyr Artemonio novator eſt, p. 76. 201. in *Deus* mutetur: omnia denique experientes, ut ea mutatio omnibus doctoribus tum florentibus, omnibus librariis, omnibus poſteris, conciliis, eccleſiis, populis, linguis, perſuadeatur, & in omnia rei Chriſtianæ monumenta diffundatur, nullo novitatis ſuæ indicio aut veſtigio orthodoxis, hæreticis, philoſophis relicto. Is, cujus in manum de Evangeliſtæ manu traditum fuerat Evangelium, tale quidpiam fortaſſis audere potuiſſet: ſed quinquaginta, ſed centum & amplius annis interjectis id quiſquis perfici potuiſſe credit, hic vehementer aptus eſt ad nil non credendum ſibi, quod credi non debet; & ad nil cuiquam credendum, quod credi debet.

§ IX. Quod de corruptelis textuum, quas Marcionitæ invexerint & Orthodoxi adoptaverint, memorat Artemonius; cauſam ejus non juvat.

Allegat exempla 1 Cor. 10, 9. 15, 47. & multa diſputat P. I. cap. XXXVII & XXXVIII. Ea ſuis tractamus locis, oſtendimuſque, orthodoxos nil hic a Marcione ſumſiſſe. porro finge, ſumſiſſe eos aliquid: alia longe ratio eſt loci Ioh. I, 1. nam utriuſque loci Paulini lectio Artemonio probata codicibus certe quibuſdam nititur: at conjectura ejus in Ioh. I, 1. teſtibus deſtituitur. viciſſim loca Paulina multis prius annis per Marcionem, quam verba Ioh. I, 1. per Valentinianos depravata putat Artemonius p. 200 & 180. Ergo etiamſi Marcionis fraudes locum inveniſſent, tamen Valentinianæ minus loci invenerant.

§ X. In præſenti loco fruſtra ſolicitantur codices.

Suſpicioſiſſimum eſt Partis I. caput XXXIX. Curioſe Artemonius, ut appareret, codices mſſ. conſuluit: conſenſum eorum in hoc loco præclare perſpectum habet: habet tamen, quod dicat. Subleſtam quandam unius Catabrigienſis codicis, vel florilegii potius, varietatem, a Millio contemtam, quam ipſe etiam refutat, tamen annotat, infertque, ſic olim potuiſſe lectionem, θεὸς, obliterari & præteriri. quid ſimile? Laudat præterea Mart. Czechovicium, qui in verſione ſua N. T. Polonica notet, in quibuſdam veteribus Latinis codicibus extare *Dei*, non

Deus. recte autem addit, debuisse veteres illos codices Latinos indicari. Si quisquam librarius ita scripsit; aut imperite fecit, aut perfide.

§ XI. Quæ Artemonius differit de Criticis Scripturas interdum solo ingenio emendantibus, causam ejus non juvant.

Part. I. cap. XL. exempla profert ad Marc. VII. 2. Act. VII. 16. XVI. 12. 1 Cor. V. 12. Gal. I. 1. Eph. I. 1. Hebr. XII. 15. Ostendimus autem his ipsis locis, sanitatem eorum nulla ingenii medicina egere. porro si egerent, quid hoc ad Ioh. I. 1. præ quovis alio Scripturæ loco?

§ XII. Quæ Artemonius differit de aliis textibus ex suo ingenio aut ex uno tantum & altero codice emendandis, causam ejus non juvant.

Tali modo, *octo* extremis Partis I. capitibus, *totidem* fere loca N. T. tentat: tentamina autem plane ejusdem sunt indolis, atque conjectura in Ioh. I. 1. Singula suis locis excutimus, ad Ioh. XII. 41. Rom. I. 4. IX. 5. 1 Cor. II. 11. &c. Porro etiamsi de his locis omnibus aut plerisque recte judicaret, ab iis tamen ad locum Ioh. I. 1. non magis quam ad quemlibet alium valeret consequentia. quæ enim alioqui norma relinquetur? Ratio sana scilicet: quæ ab Artemonio in epiphonemate hujus partis ultra omne id, quod scriptum est, evecta, ipsum in toto operosissimo opere longe reliquit. Sane ista ratione, qua Artemonius utitur, veteres quovis loco quidvis dicere coëgeris. Prima specie lectorem perterrefacere potest confidentia hujus viri in affirmando, negando, inculcando, insimulando, insultando; & subitus tot capitum, testimoniorum observationumque adspectus: sed propius pressiusque examinata omnia, ut nubes disparent, veritatis filios vehementer confirmantia. nam & intime perspicit, & ipso opere suo comprobat, & in Dedicatione Defensionis non obscure confitetur Artemonius, stante lectione θεὸς, Sociniſmum stare non posse. quo nomine gratiam Artemonio habemus, &, redhostimenti loco, ut eundem fructum, si capit, percipiat ipse, exoptamus. Satis prolixi fuimus: etenim in periculoso incendio præstat sitella abuti, quam torrem negligere. Alii aliis conjecturis hunc temeravere locum, ut notat Artem. p. 292. & cras fortasse rursum exsistet alius, qui totum incisum, θεὸς ἦν ὁ λόγος, pro glossemate habeat, aut qui pro καὶ θεὸς, plane ὁ θεὸς, non sine specie, sed tamen improbissime, conjiciat: ut, quemadmodum Iohannes ad Lucem collatus, negatur fuisse Lux; sic Logos ad Deum collatus negetur esse Deus, apertissimo antichristianismo. Quæ omnia testimoniis a nobis hactenus cumulatis æque refutantur. Væ mundo a scandalis etiam criticis: veruntamen væ homini illi, per quem scandalum venit. Artemoniana extra crisin, discutit *Gnomon*.

3 ὃ δὲ ἐν ὃ γέγονεν. ἐν αὐτῷ ζωὴ) *edd. mss.* plur. Sed olim multi post ἐν vel post αὐτῷ distinxerunt. Vid. *Zegeri* Epanorth. h. l. *Croji* Observ. cap. XXV. *Mill.* h. l. *Whitby* f. 31. 32. *Grab.* ad Iren. f. 40. *Artemon.* p. 333. N. T. ed. Gr. Angl. p. 415

p. 415. *Zornii* T. I. Opuſc. ſacr. p. 71. Io. *Lami* de erud. apoſt. p. 270. 277 ſ. 282. 316. 321. Prior harum diſtinctionum refutatur ex eo, quod multa eorum, quæ facta ſunt, non tamen vivunt: & quæ vivunt, non tamen vita ſunt. Altera diſtinctio ante ſe inſert tautologiam in textum; & poſt ſe, ſermonem abruptum.

4 ἦν prius) ἐστὶν *Cant.* in Felli notis & in Millii append. ¶ ἦν alterum) ἐστὶν *Cant.* in Millii notis. Conf. N. T. Gr. Angl. l. c. ¶ τὸ) ~ *Iren.* f. 40. ed. Grab.

5 αὐτὸ) αὐτὸν *Bodl. 6. Lin. N. 1. Par. 6. Theodotus* in ἐπιτομαῖς.

6 ὄνομα) ἦν ὀνομα *Al. Cant. Lat. Iren.* Gloſſa.

12 δὲ) ~ *Cant.* Pro *autem*, *enim* habet *Iren.* mſ.

13 οἳ) ~ *Tertull. Cant.* ¶ ἐγεννήθησαν) *natus eſt* habet *Tertull.* de Carne Chriſti, c. 19 & 24. de Chriſto explicans. unde Valentinianos, immerito ille quidem, tanquam adulteratores hujus capituli accuſat c. 19, quod ſcriptum eſſe contenderent *nati ſunt*: ut patet ex contextu, & ex codice Tertulliani Wouweriano (apud Artemon. p. 175.) qui tamen codex caſtigationem mendi l. c. ex offenſione ad præcedentia orti, a margine ad alienum retraxit locum. Sic quoque, *natus eſt*, habet liber II ad *Theophilum*, inter opera *Athanaſii*. Vtroque modo, *Irenaeus* l. 3. c. 18 & 21. l. 5. c. 1. Rurſum, ſingulari numero, Platonicorum libri apud *Auguſtinum* l. c. Caſu primum orta videtur eſſe varietas in Latino aliquo Iohannis codice. nam Græce ab οἱ, ὃς differt: ſed Latine *qui* utrumque valet. unde *nati ſunt* facile tranſiit in *natus eſt*. idque Irenæus per accommodationem, Tertullianus & Platonici illi ſerio ſecuti ſunt.

14 πλήρης) πλήρη *Bodl.* unus apud Fellum, *Cant. Steph. δ.* nec non *Valentiniani* apud Iren. f. 40, ubi Grabius addit *Cyrillum* Al. & *Theophylactum*. Reliqua, quæ Millius addit, non huc pertinere cenſemus.

16 (ὅτι) *Barb. 1. Cant. Colb. 8. Iren.* ſed in nexu cum v. 30. *Cyrillus* non ſemel, *Nonnus*, *Armen.* nec non *Orig.* apud Rumpæum, p. 339. Conſer Bezam, ab aliis non recte exſcriptum. Probat Io. Kaiſer.

17 ἡ poſt χῳ) ~ *Vſſ. 1.* apud Fellum.

18 ὁ μονογενὴς) *niſi* præfigit *Iren.* & alii *Latini*, & mſ. *Char.* ¶ υἱὸς) *edd. mſſ. Verſiones*, *Euſebius*, *Baſilius* &c. θεὸς *Colb. 8.* & ſic, vel υἱὸς θεὸς, nonnulli veteres, de quibus ad v. 1. Arg. II. θεῷ *Copt.*

19 (πρὸς αὐτὸν) *Al. Colb. 8. 9. Hunt. 2. Laud. 1. L. Med. Par. 6. Wh. 1. Chryſoſtomus*, *Æth. Arab. Arm. Copt. Lat. Sax. Syr.* Id ſequitur Io. Kaiſer.

28 βηθαβαρᾶ) *Er.* &c. & *omnia accuratiora*, teſte Chryſoſtomo, *exemplaria*: atque ita vel legunt vel legendum eſſe affirmant *Origenes*, *Euſebius*, *Hieronymus*, *Suidas*, *Bonaventura*, ac *multi & graves auctores* apud Menochium. (βηθανια) *Comp. Al. Aug. 4. Cam. Gehl. Moſc. Stap. Vatican. Wo. 1. 2.* cum plurimis, *Heracleon*, *Nonnus*, *Arab. Copt. Lat. Perſ. Syr.* Vtriuſque lectionis meminit *Epiphanius*, *Theophylactus*, *Euthymius*. Vtrumque jungit *Æth.* Nomen notius pro ignoto.

ignoto. Vid. Franc. Lucas ad h. l. ſed & mox idem ad c. V. 2. & Hilleri Onom. pag. 766 ſeq. *βηθαβαρᾶ Aug. 1.*

29 (~ ὁ ἰωάννης) *Al. Hirſ. Hunt. 2. Moſc.* & *bis novem* alii, *Arab. Armen. Chryſoſt. Cyrill. Theophyl.* Initio pericopæ ſuppletum docet Millius : neque tranſtulit Kaiſerus.

31 ἐκ) ~ *Vien.*

32 ὡσεὶ) *edd.* &c. Ex Matth. (ὡς) *Al. Aug. 1. 4. Hirſ. Wo. 1. 2.* & aliquot alii, *Orig.*

38 (~ δὲ) *Bodl. 2. 3. Cov. 1. Hirſ. M. 1. Wo. 2.*

40 ἦλθον) ἦλθον ἓν *Al.* & pauculi alii, *Copt. Theophyl.* ¶ ~ δὲ) *Comp. Steph.* ed. 1. 2. *Al. Aug. 1. 4. Bodl. ſex, Byz. Hirſ. Moſc.* Fragmentum vetuſtiſſ. in Biblioth. acad. *Tubingenſis, Steph. omn. Wo. 1. 2.* & *undecim* ~ *novendecim* alii. (δὲ) *Er.* & al. Sed frequens Iohanni aſyndeton.

42 πρῶτος) πρῶτον *Al.* & aliquot alii, *Æth. Arab. Lat. Syr. Theophyl.* ¶ (μεσίαν) *Comp. Aug. 1. 4. Byz. Hirſ. Moſc. Stap.* Fragm. *Tubing.* codd. fere omnes. Invito etymo, quod evolvit *Hiller.* Syntagm. p. 357. ¶ ~ ὁ) *Comp. Er. Al. Aug. 1. 4. Barb. decem, Bodl. 2. 3. Colb. 2. Em. Gehl. Gon. Go. Hirſ. Hunt. 2. Laud. 4. 5. Mont. M. 1. Moſc. Par. 1. 2. 3. 4. 5. 8. Seld. 1. 2. 3. 5.* Fragmentum *Tubing. Vien. Wh. 2. 3. Wo. 1. 2.* (ὁ) *Steph.* edd.

43 ~ δὲ) *Er. Al. Aug. 1. 4. Byz. Hirſ. Moſc.* Fragm. *Tubing. Wo. 1. 2.* & complures alii, *Copt.* (δὲ) *edd.* al., *Lat.*

44 (ὁ ἰησοῦς, poſt αὐτῷ) *Comp. Al. Aug. 4. Gehl. Moſc.* Fragm. *Tubing.* & complures alii, *Arab. Copt.* apud Fellum, *Lat.* Lectio media. unde hoc ante ἐξελθεῖν ponunt *Er. Steph.* ed. *Aug. 4.* alia pericopa ineunte, *Syr.* Neutrubi, *Aug. 1.* & complures alii, *Æth.* Vtrinque, *Hirſ.* & aliquot alii, *Armen. Epiphan.* vel etiam *Wo. 1.*

46 ~ τῷ ante ἰωσὴφ) *Comp. Al. Aug. 1.* codd. plurim. τῷ *edd.* al.

49 ~ ὁ poſt ἀπεκρίθη) *Comp. Aug. 1. 4. Byz. Caeſ. Hirſ. Moſc. Wo. 2.* Fragm. *Tubing.* codd. fere omn. ὁ *edd.* al.

51 (πιστεύεις, citra interrogationem) *Er.* & al. Vid. *Gnom.* ¶ μείζω) μείζων *Par. 3. 7.* ex rhythmo. unde μᾶζον *Bodl. 3. 4. 5.* & alii. ¶ ὄψει) ὄψῃ *Al. Moſc. Wo. 1. 2.* & al.

52 (~ ἀπ' ἄρτι) *Æth. Arm. Copt. Lat. Orig. Epiphan. Cyrill. Nonnus.* Videtur huc illatum ex Matth. XXVI. 64.

CAP. II.

1 κανᾶ) *Catua* habet *Syrus.* vid. L. de Dieu ad h. l. & Hilleri Onom. p. 776.

4 λέγει)

4 λέγει) καὶ λ. *Al. Wo. 1.* & al.

12 (ἔμειναν) *Al. Hunt. 2. Lin. Mont. N. 1. Nonnus, Armen. Copt. Perſ.* Ob κατέβη.

13 med. καὶ) ~ *Hirſ. Trit.*

15 φραγέλλιον) ὡς præmittit *Colb. 8. Steph. 1. Lat.* Rei mitigandæ opinione. Legit ὡς & non legit *Origenes.* ¶ χοινικῶν) χοινικα *Comp. Byz. Eph. Seld. 1. Syr. Nonnus.* In *Wech.* error eſt, quum omnes antiqui ſic habere dicuntur.

16 τοῖς uſque πωλοῦσιν) τῷ uſque πωλοῦντι *Cypr. Nonnus.* ¶ μὴ) καὶ μὴ *Er. Al. Aug. 4.* & alii, *Æth. Lat. Perſ. Syr.*

17 καταφάγεται) *Comp.* & al. edd. *Al. Aug. 1. 4. Byz. Cam. Gal. Hirſ. Moſc. Steph. decem, Wo. 1. 2.* & *bis novendecim* alii: neque ignoravit hanc lectionem *Origenes.* (κατέφαγε) *Er.* & alii. Ex LXX.

19 ~ ὁ poſt ἀπεκρ.) *Comp. Aug. 1. 4. Hirſ. Moſc. Per.* & alii. ὁ *edd.* al.

22 ~ αὐτοῖς) *Er.* ed. 1. 2. *Al. Aug. 1. 4. Barb. 10. Byz. Hirſ. Laud. 1. 2. 4. Moſc. Steph.* mſ. omn. *Wo. 2.* & complures alii, *Æth. Arab. Arm. Copt. Lat. Perſ. Syr. Orig.* (αὐτοῖς) *Comp.* &c.

23 τοῖς) *Comp. Al. Aug. 1. Byz. Gehl. Hirſ. Moſc. Wo. 1. 2.* pluresve. ~ *Er. Steph.* & al. ed.

24 πάντας) πάντα *Barb. 3. Bodl. 6. Byz. Colb. 3. Eph. Gehl. L. Laud. 2.* unus apud *Bezam, Par. 1. 3. 4. 5. 6. Seld. 1. 2. Wo. 1. 2. Æth. Chryſoſt. Cyrill. Euthym. Nonnus.* τὰ παντα nonnulli cod. in *Er.* annot. Ex parall.

CAP. III.

1 δὲ) ~ *Byz.*

2 τὸν ἰησοῦν) *edd.* &c. Initio periochæ, & ex cap. XIX. 39. (αὐτὸν) *Al. Gehl. Hirſ. Laud. 1. 2. 5. Moſc.* & alii bene multi, *Armen. Chryſoſt. Cyrill. Lat.* in mſſ. *Auguſtinus, Sax.*

5 ~ ὁ poſt ἀπεκρ.) *Comp. Aug. 1. 4. Byz. Hirſ. Wo. 1. 2.* pluresve. ὁ *Er.* & al. Ex v. 3. ¶ (καὶ εἶπεν αὐτῷ) *Colb. 1. Cypr. Laud. 4. Med. Par. 6. 8. Æth. Arab. Copt. Sax. Syr.* Hiat *Goth.*

6 σαρξ ἐστι) *quia de carne natum eſt*, addunt cod. *Lat.* duo vetuſti, *Tertull. Ambroſ.* ¶ πνευμα ἐστι) *quia Deus ſpiritus eſt*, addunt *Cyprianus, Hilarius, Ambroſius, Auguſtinus, Iuvencus, Hincmarus, Fulbertus, Vigilius* Thapſenſis, *Explanatio fidei* ad Cyrillum apud Hieronymum. *Euſebius* id huc confert potius, quam infert. *quia Deus ſpiritus eſt, & ex* (de) *Deo natus eſt*, cod. *Lat.* duo vetuſti, *Tertull.* Synodus *Carthag.* Videtur primo fuiſſe gloſſa, quæ librario in mentem vocarit ſententiam illam cap. ſeq. v. 24. quæ etiam cum Matth. I. 20. conjungitur a

Chryſologo: Quod in Maria natum eſt, de Spiritu Sancto eſt: & quod de Spiritu Sancto natum eſt, ſpiritus eſt; quia Deus ſpiritus eſt. Serm. CXLV & LX.

8 καὶ πᾶ) ἢ πᾶ *Al. Arm. Lat.* in cod. multis.

10 — ὁ poſt ἀπεκρ.) *edd. primae, Aug. 1. Byz. Hirſ. Wo. 1. 2.* pluresve. ὁ *Steph.* ed. 3.

12 ἀ πιςεύετε) ἀκ ἐπιςεύσατε *Byz. Eph.*, aliqui apud *Er.* unus apud *Bezam*, *Wo. 2. Perſ.* ἀκ ἐπιςεύετε *Er.* ed. 2. 3. 4. 5. Voluit, opinor, ἀ πιςεύετε, ut alios codd. habere notat, ſcribere, & per ſphalma retinuit augmentum. ſic quoque, ἀ ἐπιςεύετε *Hirſ.* ¶ ὑμῖν) — *Er. Byz. Wo. 2.* & al. ¶ (πιςεύσητε) *Er.* ex emendatis, ut ait, exemplaribus græcis; unus apud *Bezam*, *Aug. 4. Bodl. 2. 3. 5. Gal. Hirſ. Laud. 4. M. 2. Seld. 1. Trit. Wo. 1. 2. Theophylactus.*

13 ὁ ὢν ἐν τῷ ὐρανῷ) — *Colb. 8. Æth. Gregorius Naz.* Legit & non legit *Epiphanius.* ὁ ὢν ἐκ τᾶ ὐρανᾶ *Cam.* Vid. *Quiſtorp.* Annot. ad h. l.

20 αὐτᾶ) ὅτι πονηρά ἐςι addit *Colb. 8. Hunt. 2.* unus apud *Bezam*, *Arab. Copt.* ὅτι πονηρὰ ἦν addit *Vien.* Ex v. 19.

23 αἰνὼν) *in fonte Nun* habet *Arab.* at *in fonte Ion* habet *Syr.* ¶ σαλεὶμ) σαλὴμ *Comp. Aug. 1. 4. Byz. Stap.* cod. un. ap. Montf. & al. *Nonnus* in edd. *Suidas.* Ex Hebr. VII. 1.

25 ἦν) — *Hirſ.* δὲ *Bodl. 6. Lat.* aliqui. *Syr.* ¶ (Ἰωδαίᾳ) *Al. Aug. 1. 4. Barb. 9. Cam. Gehl. Hirſ. Steph. omn.* & permulti alii, *Perſ. Syr. Euſeb. Chryſoſt. Theophyl. Euthym. Nonnus.* Ex rhythmo.

27 (ἀφ' ἑαυτᾶ) *Colb. 8. L. Par. 6. Arm. Copt. Syr.*

28 μοι) — *Er. Byz. Moſc.* & aliquot alii. Facile omiſſum ante μαρτυρεῖτε.

31 ſ. (— ἐπάνω πάντων ἐςὶ καὶ) *Cant. Armen.* καὶ omittit *Colb. 8.*

34 δίδωσιν) τᾶτῳ addit *Arab.*

36 ζωὴν alterum) τὴν ζωὴν *Comp. Aug. 1. Byz.* ¶ (μενεῖ) *Comp. Aug. 1. Byz. Gehl. vetuſti codices Graeci manuſcripti* apud Stapulenſem nec non apud Eraſmum, & complures alii, *Arab. Syr. Cyrill. Theophyl. Iren. Tertullian. Cyprian.* Sed vid. verſ. 18: ἤδη κέκριται. Iam judicatus eſt: ira Dei *manet* ſuper eum; non opus eſt, ut demum veniat.

CAP. IV.

1 (Ἰησᾶς) *Comp. Aug. 1* ante raſuram, *Cant.* & alii, *Arm. Copt. Lat.* & (Ἰησᾶς poſtea omiſſo) *Arab. Perſ. Sax. Syr.* ¶ καὶ βαπτίζει) — *Byz. Eph. Vſſ. 1. Sax.*

2 αὐτὸς) — *Lat.*

3 πά

3 πάλιν) *Er. Lat. Syr.* &c. (~) *Comp. Al. Aug. 1. Barb. 9. Byz. Cypr. Gehl. Hirſ. Moſc. Wo. 1. 2.* & *bis tredecim* alii, *Perſ. Chryſ.* Ex v. 43. Hiant *Aug. 3. 4.* credo etiam cetera lectionaria, ut *Bodl. 3. 4. 5. Laud. 4. M. 2. Seld. 4. 5. Wh. 3.* quibus deductis particulam defendunt *Baſ. 1. Bodl. 1. Bu. Cant. Cov. 1. Gal. Hunt. 2. Laud. 1. 5. L. Par. 2. 5. 6. 9. Seld. 2. 3. Vien. Wh. 1.* & al.

5 συχαὲ) σιχαὲ *Beza* & cum eo recent. edd. ¶ ὁ) ὃ *Comp. Aug. 1. Cant.* & alii.

6 ἕν) δὲ *Moſc. Lat.* in mſ. Char. & Reutl. *Syr.*

13 ~ ὁ poſt ἀπεκρίθη) *Comp. Aug. 1. 4. Byz. Gehl. Hirſ. Wo. 2.* pluresve. ὁ *Er.* &c.

17 εἶπεν) εἶπεν αὐτῷ *Er. Byz. Stap.* vel etiam *Wo. 1. 2.* cum quibusdam aliis, *Æth. Arab. Perſ. Syr.*

18 ἀνὴρ) ὁ ἀνὴρ *Er. H. Steph.* ed.

20 τῷ ὄρει τούτῳ) *edd. primae, Aug. 1. 4. Byz. Gehl. Hirſ. Wo. 2.* pluresve, *Chryſoſt.* τουτῳ τῷ ὄρει *Steph.* ed. 3.

25 (οἴδαμεν) *Colb. 8. L. Per. Steph. δ. n. Wo. 1. Æth. Arab. Arm. Copt. Cyrill. Nonnus.* ¶ (μεσίας) *Comp. Aug. 1. 4. Byz. Gehl. Moſc. Stap.* codd. plurimi.

27 ἐθαύμαζαν) ἐθαυμαζον *Al. Wo. 1.* & alii, *Lat. Orig. Chryſoſt. Cyrill.*

30 (~ ἕν) *Al. Aug. 1. 4. Hirſ. Moſc. Stap. Wo. 1. 2.* & alii bene multi, *Lat.* mſſ. nec non *Cant. Æth.*

31 μαθηταὶ) μαθ. αὐτὸν *Comp. Aug. 1. 4.* & alii, *Euthym. Æth. Arab. Lat.* aliqui, *Syr.* Et ſic nonnulli v. 33.

34 ποιῶ) ποιήσω *Cant.* & al.

35 ἔτι) *Er.* cum codd. multis, *Lat.* (~) *Comp. Aug. 1. 4. Bodl. 2. 3. 5. Byz. Cam. Cant. Colb. 2. Laud. 2. L. Lin. Med. M. 1. N. 1. Roe. Steph. δ. ε n. Vſſer. 1. 2.* cod. *Rutgerſii, Orig. Chryſ. Cyrill. Theophyl.* Facile excidit poſt ὅτι, uti poſt δὴ in cod. Alex. Iud. XIII. 8. & poſt ipſum ὅτι, Iud. VIII. 20. Pſ. XLII. (XLI) 6. 12. XLIII. (XLII) 5. ¶ τετραμηνος) *Comp. Ald. Al.* & claſſis I. codicum tota, (niſi *Magd.* & *Moſc.* diverſum tenent:) item *Aug. 4. Barb. 8. Cam. Cant. Stap. Steph. omnes, Wo.* 1. cod. *Rutgerſii*, & *viginti quinque* alii, *Orig. Cyrillus*, nec non *Theophyl.* Idque probat Camerarius, Glaſſius, Cloppenburgius, & Fridlibius T. II. Theol. exeg. f. 34. Hinc τρίμηνος *Par. 7.* (τετράμηνον) *Er. Chryſ.* vel etiam *Vien. Wo. 2.* Vereor addere *Colb. 1. 2. 3. Med. M. 2. Par. 9.* e claſſe II. Hiat *Aug. 3.* credo etiam *Bodl. 3. Seld. 4.* Vid. *Gnom.* ¶ ἤδη.). ἤδη *Cant. Hirſ.* ~ *Chryſ. Æth. Lat.* in mſ. Colon. *Sax.* Pro ἤδη γὰρ *Nam* (fort. *Et jam*) habet *Irenaeus.*

36 init. γὰρ) ~ *Cant. Colb. 8. Copt.*

37 ὁ ante ἀληθινὸς) ~ *Beza*, *Theophylacto* Romano fretus.

41 ἐπίϛευσαν) ἐπ. εἰς αὐτὸν *Comp. L. Par. 5. 6. Lat.* aliqui, *Perſ. Syr. Chryſoſt.*

42 ἀληθῶς) *edd. mſſ. Iren. Arab. Lat. Syr.* &c. ~ *Eph. Med. Lat.* in mſ. Char. *Perſ.* ¶ (~ ὁ χριϛὸς) *Barb.* 1. *Bodl. 3. 5. Eph. L. Æth. Arm. Copt. Lat. Iren.* (in fine allegationis,) *Orig.*

45 ἃ) ὅσα *Al.* & alii, *Chryſoſt.*

46 (~ ὁ ἰησῦς) *Cant. Colb. 8. Gon. Æth. Arm. Copt. Lat.* Vnde poſt πάλιν, hoc ponunt *Comp. Aug.* 1. *Byz. Hirſ. Wo.* 1. 2. Initium pericopæ. ¶ βασιλικὸς) *regulus* habet *Lat.* ¶ ἐν καπερναὲμ) ~ *Lat.* in mſ. Trevir. *Auguſtinus.* Poſt ἦν hoc ponit *Syrus.*

49 ἀποθανεῖν) ἀποθάνῃ *Cam.*

50 ᾗ prius) ~ *Lat. Cant. Perſ. Cyrill.* ¶ ᾧ) ὃν *Al.* ¶ ὁ quartum) *edd. primae, Al. Aug.* 1. 4. *Byz. Hirſ.* & al. ~ *Steph.* ed. 3. & recent. edd.

51 ἀπήντησαν) ὑπήντησαν *Aug. 4. Cant. Cypr. Lin. Magd. Per. Seld.* 1. 2. ¶ παῖς) υἱὸς *Hirſ.* & alii. Ex v. 50. ¶ σῷ) αὐτῷ *Al. Par. 6. Arm. Lat.*

CAP. V.

1 ἑορτὴ) ἡ ἑορτὴ *Comp. Aug.* 1. *Gal. Laud* 2. *Med. Par. 9* in Biblioth. nov. libr. *Vſſ.* 1. 2.

2 ἔϛι) ἔϛη *Comp.* ἦν *Arab. Perſ. Nonn. Wechel.* marg. ¶ ἐπὶ) *edd. mſſ.*, etiam cod. *Pallantinus* & alii apud Ant. Nebriſſ. Quinquag. c. V. ἐν *Al. Cant. Nonn. Nebriſſ.* ¶ ἐπὶ τῇ προβατικῇ) ~ *Perſ. Sax. Syr.* ¶ (προβατικὴ) *Mont.* in margine, *Æth. Arab. Lat.* (paucis codd. exceptis,) *Euſebius, Athanaſ.* T. I. fol. 1073. *Chryſoſt. Theodorus* Mopſueſt. *Ammonius, Cyrillus* Al. *Theophyl. Hieron. Beda.* ~ *Cant.* latine. Vid. *Gnom.* ¶ ἐπιλεγομένη) λεγομένη *Er.* ed. 1. *Bodl. 5. Cant.* ¶ βηθσαϊδὰ) *edd. mſſ. Chryſ. Hieron.* &c. βηθσαϊδὰ *Lat.*, etiam *Tertullian. Barb.* 1. &, idem fortaſſe, *Vaticanus, Theophylactus* Romanus, *Æth. Copt.*

3 (~ πολὺ) *Cant. Colb. 8. Par. 9. Wheel.* 1. ¶ (παραλυτικῶν) *Cant. Perſ.*

3. 4 ἐκδεχομένων uſque νοσήματι) *edd. mſſ. Tertullianus* ſæpe, *Lat. Sax. Syr. Chryſ.* &c. (~) cod. Gr. *Pariſinus, Nonnus.* Hiat *Goth.* ἀγγ. uſque ad ὕδωρ, omittit *Par. 7.* ὁ ἓν πρῶτος uſque ad νοσήματι omittit *Æth.* Totum v. 4. omittit *Cant. Colb. 8.* & mſ. *Lat.* Pariſinus: ut ſuſpectum, vel potius, ut in publica lectione tranſiliendum, notant Gr. *Pariſ.* tres: in margine habet *Par. 9.* & alii. vide Millium & Kuſterum. *Coptici* libri alii habent, alii omittunt. Verſus 7 hanc periocham aperte præſupponit: caſu primum omiſſa videtur.

4 γὰρ) γὰρ κυρίου *Al. Laud. 2. 4.* & alii, *Arm. Lat.* Ex Matth. XXVIII. 2. ¶ κατέβαινεν) ἐλάμβανε *Al. Med. Æth.* Huic verbo ν addit *Cypr.* ex alliteratione. ¶ ἐταράσσετο τὸ) *Comp. Er. ed.* 1. *Aug. 4. Bodl. 3. Cov.* 1. *Par. 9. Per. Steph. e. t.*

ιβ. *Vſſ.* 1. *Wh.* 3. *Wo.* 2. *Æth. Lat.* (ἐτάραττε τὸ) *Er.* edd. ſeq. *Stephanorum* edd., mſſ. nec non *Chryſ.* το bis legendum, ſemel ſcriptum.

5 καὶ) *Er. Al. Byz. Par.* 9. *Wo.* 1. 2. & al. ~ *Comp.* &c. ¶ ἀσθενείᾳ) ἀσθ. αὐτῷ *Par.* 9. & alii, *Lat.*

7 κύριε) ναὶ præfigunt *Byz. Wo.* 1. 2. & alii, *Syr.* ¶ βάλῃ) *Comp. Al. Aug.* 1. 4. *Byz. Gehl. Hirſ. Moſc. Wo.* 2. multique alii, *Chryſoſt.* βάλει *Wo.* 1. βάλλῃ *Er.* & al.

8 ſeqq. (κράβαττον) *Al. Aug.* 4. *Moſc.* cum multis.

10 ἐκ) καὶ ἐκ *Al. Moſc. Wo.* 1. & al.

14 τί σοι) σοί τι *Hirſ. Wo.* 1. 2. *Lat.*

16 (~ ἐζήτουν αὐτὸν ἀποκτεῖναι) *Cant. Colb.* 8. *L. Steph.* η. *Arm. Copt. Lat. Cyrillus, Nonnus.* Sic habet v. 18.

19 ἂν ἐκεῖνος ποιῇ) ἐκεῖνος ποιεῖ *Al. Byz.* & al.

27 med. καὶ) *edd. mſſ. Stap. Lat.* multi, *Perſ. Syr.* ~ *Al. Colb.* 8. *Æth. Arab. Lat.* in mſſ. *Auguſtinus, Leo.* Facile excidit ſyllaba ante voculam ab eadem litera incipientem.

27 ſ. ποιεῖν, κτλ.) ποιεῖν· ὅτι υἱὸς ἀνθρώπου ἐστὶ, μὴ θαυμάζετε τοῦτο. Sic diſt. *Chryſoſtomus*, & (ex eo, ut videtur) *Aug.* 1. 4. *Cam.* pluresve, *Syr. Euthym. Theophyl.* Ad Samoſatenum eo magis refutandum. Sequitur id *Stapulenſis.*

30 (~ πατρὸς) *Al. Barb.* 1. *Cant. Colb.* 8. *Cypr. Hirſ. Hunt.* 2. *Med. Steph.* γ. η. *Trit. Æth. Arab. Arm. Copt. Lat. Perſ. Syr. Chryſoſt.* Inſertum ex v. 37.

35 ἀγαλλιαθῆναι) *Comp. Al. Aug.* 1. 4. *Byz. Hirſ.* codd. plur. ἀγαλλιασθῆναι *edd.* al. ¶ (τρὸς ὥραν ἀγαλλ.) *Comp. Lat. Chryſ.* pluresve.

41 ἀνθρώπων) ἀνθρώπου *Al. Hirſ.* & al. Ex v. 34.

44 ζητεῖτε) ζητοῦντες *Lipſ.* & al.

45 (;) *Aug.* 1. *Byz.* pluresve, *Chryſoſt.* hom. 47 in Ioh. *Syr.*

47 πιστεύσετε) πιστεύσητε *Aug.* 4. *Byz.* & aliquot alii.

CAP. VI.

1 τῆς γαλιλαίας) ~ *Bodl.* 7. unus apud *Bezam*, vel etiam *Wo.* 1. item *Perſ. Cyrill.* καὶ *Moſc.*

2 (~ αὐτῷ) *Al. Cant. Colb.* 9. *Cypr. Hunt.* 2. *L. Med. Par.* 8. *Æth. Arab. Arm. Goth. Lat. Perſ. Syr. Chryſoſt. Cyrill. Chronicon* Alex.

4 τὸ πάσχα) ~ *Cyrill.* Caſu videtur omiſſum: Valentinianos primum deleviſſe, nemo veterum teſtis eſt.

5 ἀγοράσομεν) ἀγοράσωμεν *Er. Al. Wo.* 2. & aliquot alii.

10 ἀνέπεσον) ἀνέπεσαν *Al. Aug.* 4. *Hirſ.* & al. ¶ ἔν) ~ *Byz. Hirſ. Wo.* 1. 2. & al.

11 (~ τοῖς μαθηταῖς , οἱ δὲ μαθηταὶ) *Al. Barb.* 1. *Cant. Steph.* n. *Chryſ. Æth. Arm. Copt. Goth. Lat. Perſ. Syr.* Moralia *Baſilio* adſcripta , *Nonn. Auguſtinus.* Recurrente τοῖς omiſſum ; vel ex alliteratione ad v. 12. vel ex parallelis inſertum. ¶ (ἤθελεν) *Er.* ed. 1. 2.

14 (~ ὁ ἰησῆς) *Armen. Lat.* in codd. permultis.

15 (~ πάλιν) *Er.* ed. 1. *Aug.* 4. *Baſ.* 1. *Bodl.* 1. 3. *Byz. Cov.* 1. *Hirſ. Laud.* 4. *L. Moſc. Par.* 2. 5. *Seld.* 2. *Stap. Seph. omn.* & ex iis , qui eandem particulam c. IV. 3. omiſerunt , *octo* & *ſex* alii , *Æth. Copt. Perſ. Syr. Chryſoſt. Nonnus.* Hoc ante ἀνεχώρησε ponit *Comp.*

17 ἐκ) ἔπω *Colb.* 8. *Goth.* & al. Scholion.

22 ἰδὼν) εἶδον *Al.* & al. ¶ (~ ἐκεῖνο κτλ.) *Al. Barb.* 1. *Med. Steph.* n. *Æth. Arab. Copt. Goth. Lat. Nonnus.*

23 εὐχαρ. τῷ κυρίῳ) *edd. mſſ. Goth. Sax.* &c. ~ *Cant. L. Armen.* ¶ κυρίῳ) ἰησῷ *Colb.* 1. *Med. Par.* 8. *Wh.* 1. *Perſ. Syr.*

24 ~ καὶ ante αὐτοὶ) *Comp.* & al. ed. *Al. Aug.* 1. 4. *Byz. Gehl. Hirſ. Monr. Moſc. Uſſ.* 1. 2. *Wo.* 1. 2. codd. plur. *Copt.* nec non *Arab. Goth. Lat. Perſ. Syr.* καὶ *Er.* & al.

27 τὴν βρῶσιν poſt ἀλλὰ) ~ *Er. Wo.* 1. & alii , *Lat.*

28 ποιῶμεν) *Comp.* & recent. edd. *Al.* apud Millium , *Aug.* 1. 4. *Barb.* 9. *Stap. Steph. omn. Wo.* 2. & *novem* & *tres* alii , *Chryſoſt. Cyrill. Goth.* (ποιῶμεν) *Er. Steph.* edd. *Al.* apud Fellum , *Byz.* &c. Sic c. XI. 47. ἵν ποιήσωμεν *Wo.* 1.

29 ~ ὁ poſt ἀπεκρ.) *Comp. Aug.* 1. 4. *Byz. Hirſ. Moſc. Wo.* 1. 2. ὁ *edd.* al. ¶ πιστεύσητε) πιστεύητε *Er.* ed. 1. 2. *Al. Eph.*

30 ἵν alterum) ~ *Colb.* 3. *Eph. Seld.* 1. *Æth. Arab. Perſ. Syr.* ¶ σὺ) ~ *Byz.* & al.

35 πώποτε) εἰς τὸν αἰῶνα *Lat.* in mſ. Char. & alii , *Cyprian.* Ex cap. IV. 14.

38 πέμψαντός με) π. με πατρὸς *Bodl.* 7. *Cant. Lipſ.* & alii , neſcio an *Tertullian.* Ex v. ſeq.

39 δὲ) γὰρ *Colb.* 8. *Lat.* aliqui. Ex v. ſeq. ¶ (~ πατρὸς) *Bodl.* 7. *Cant. Lipſ.* (ex compenſatione , coll. v. præced.) item *Al. Arab. Copt. Perſ. Syr. Athanaſ. Chryſoſt. Cyrill.* Ex v. ſeq. cujus varietas hunc denuo confirmat. ¶ αὐτὸ) αὐτὸν *Aug.* 4. *Hirſ. Moſc. Wo.* 1. 2. & al. Ex v. ſeq. ¶ (~ ἐν) *Er. Byz. Hirſ. Moſc. Wo.* 1. 2. & *decem* & *octo* alii , *Cyrill.* Ex v. ſeq.

40 δὲ)

40 δὲ) *edd.* &c. Ex v. præced. (γὰρ) *Al. Bodl. 7. Byz. Cant. Cypr. Hunt. 2. L. Lipſ. Magd. Mel. Par. 8. Per. Steph. γ. δ. ν. Arab. Copt. Lat.* (in mſ. Colon. & aliis,) *Syr. Clemens* Al. *Cyrill. Nonn. Auguſtin.* ¶ (πατρός μου) *Cant. Wheel. 1. Æth. Arab. Arm. Copt. Perſ. Syr. Clemens* Al. *Nonnus.* πατρὸς *Tertull. Chryſoſt. Theophyl.* πεμψαντός με πατρὸς *Colb. 8. Laud. 2. 4. L. Seld. 1.* ſic, *patris mei qui miſit me*, habet *Lat.* ¶ ἐγώ) ~ *Al.* apud Fellum, *Cant. Go. Clemens* Al. *Chryſ.* ¶ (ἡ) *Cypr.* & alii, *Clemens* Al.

42 (~ ἰησοῦς) *Laud. 2. Lin. Steph. δ. Lat.* in mſ. Colon. aliiſque, *Chryſoſt. Nonnus.* ὁ præfigit ed. *Herwag.* & aliæ.

43 ἓν) ~ *Cypr.* cum pauculis, *Arab. Perſ. Syr. Cyrill.*

44 πρός με) πρὸς ἐμὲ *Byz. Hirſ. Moſc.* ¶ ὁ πατὴρ) ~ *Al. Cam. Laud. 2.* ¶ ἐν) *Er. Al. Aug. 1. Byz. Caeſ. Gehl. Hirſ. Moſc. Wo. 1. 2.* codd. plur. ~ *Comp.* & al.

45 ἔσι) ὅ ἐσι *Cam.* ¶ (~ τοῦ) *Comp. Aug. 1. Byz. Hirſ. Moſc. Wo. 1.* pluresve. Sic LXX. ¶ (ἀκούων) *Comp. Aug. 1. Byz. Gehl. Hirſ. Moſc. Steph.* plerique, *Wo. 2.* & complures alii, *Cyrill. Lat.* in mſ. Reutl. & Schelh.

46 θεοῦ) πατρὸς *Goth.* ex v. 45.

51 ἣν ἐγὼ δώσω) *edd. mſſ. Clemens* Al. *Goth. Syr.* &c. (~) *Æth. Lat. Barb. 1. Cant. Cyprianus* aliique Latini, *Athanaſius.* Legit & non legit *Origenes*, & *Cyrillus* Al. qui l. 4 c. Neſt. tantummodo habet ἥ. Hiat *Al.*

52 οἱ ἰουδαῖοι πρὸς ἀλλήλους) *Comp. Byz. Hirſ.* pluresve, *Lat Syr.* (πρὸς ἀλλήλους οἱ ἰουδαῖοι) *Er.* &c. ¶ σάρκα) σ. αὐτοῦ *Barb. 1. Æth. Arab. Copt. Perſ. Lat. Syr. Chryſoſt.* σ. ἑαυτοῦ *Mont.* in marg.

54 τῇ) ἐν τῇ *Schmidii* ed. *Byz. Moſc.* & complures alii.

55 (ἀληθὴς bis) *Barb. 1. Cypr. Eph. L. Med. Per. Seld. 1. Steph.* γ. ε. ν. *Arab. Orig.* (alibi textum ſequens, *Chryſoſt. Cyrill.* nec non *Clemens* Al. In *Byz.* ſuper ἀληθὴς ſcripta eſt terminatio ής.

56 αὐτῷ) *edd. mſſ. Goth.* & reliquæ *verſiones*, *Orig.* &c. αὐτῷ· καθὼς ἐν ἐμοὶ ὁ πατὴρ, κἀγὼ ἐν τῷ πατρί. Ἀμὴν ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ἐὰν μὴ λάβητε τὸ σῶμα τοῦ υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου εἰς τὸν ἄνιον τῆς ζωῆς, οὐκ ἔχετε ζωὴν ἐν αὐτῷ. *Cant.* idemque *Steph. β.* non ex codd. N. T. ſed (ut ſolet patres excerpere,) ex *Victorini Afri* lib. IV. qui verſum 53 & 54 pro ſuo inſtituto ſic inflexerat: *Niſi acceperitis corpus Filii hominis, ſicut panem vitae, & biberitis ſanguinem ejus, non habebitis vitam in vobis. qui autem edet carnem ejus, & bibet ejus ſanguinem, habet vitam aeternam.*

58 ὁ καταβὰς) ~ *Cant. Colb. 8. Copt.* ¶ τρώγων) τρ. μου *Comp. Aug. 1.* & alii; *Vſſ. 3*, τοῦτον omittens. Ex v. 54. ¶ (ζήσει) *Er. Steph.* ed. 1. 2. *Aug. 4. Byz. Hirſ. Moſc.* & *nemo* & *duo* alii, pluresve, *Chryſoſt.*

59 καθὼς ἐδίδαξεν) ταῦτα addit *Auguſtin. Cant.*

63 (λελά-

63 (λελάληκα) *Barb. 1. Cant. Colb. 1. 8. Cypr. L. Med. Steph. γ. δ. n. Wh. 1. Æth. Arab. Goth. Lat. Perſ. Syr. Chryſoſt. Cyrill.* Hiat *Al.*

64 (~ μὴ) *Byz. Vſſ. 1. Wo. 1. Cyrill. Lat.* (in codd. compluribus,) *Hieron. Auguſtin. Aſrorum* Confeſſ. ad Hunericum, *Victor* Capuanus, *Sax.* Facile omiſſum μὴ ante πι.

65 μϐ) ~ *Cant. Colb. 2. Æth. Arab. Copt.*

68 ἓν) ~ *Colb. 8. Cypr. Arab. Copt. Syr. Cyrill.*

69 τ῀ ζῶντος) *edd. mſſ. Goth. Syr. Chryſ. Cyprian. Auguſtin.* &c. (~) *Cant. Colb. 8. Steph. n. Armen. Copt. Lat.* in cod. pleriſque, *Cyrill. Nonnus, Innocentius III.*

70 (~ ὁ ἰησ῀ς) *Comp. Aug. 1. Byz. Hirſ. Wo. 1. 2.* & complures alii: ſed habent Verſiones.

71 ἰσκαριώτην) *edd. mſſ.* &c. Ex parallelis: nam hoc loco obſtat τὸν articulus. Sic enim eſſet ἰούδαν σιμωνος τὸν ἰσκαριώτην, non τὸν ἰούδαν σιμωνος ἰσκαριώτην. Articulus ponitur inter nomen & cognomen. (ἰσκαριώτ῀) *Colb. 8. Wo. 1.* pluresve, *Goth. Lat.* aliqui, *Alcuinus.*

CAP. VII.

1 μετὰ ταῦτα) ~ *Aug. 4.* & al. Initium pericopæ in Evangeliſtariis. ¶ ἤθελεν) *volebat*, habet *Lat.* unde nonnulli, *valebat.* εἶχεν ἐξουσίαν, vel abſolute εἶχεν, *Chryſoſt.* in comm., *Cyrill. Euthym.*

3 (~ σ῀) *Aug. 1. Magd. Wo. 1.* & aliquot alii, *Syr. Chryſoſt. Cyrill. Theophyl.* Id per compenſationem corrigunt *Magd.* & *Wo. 1.* σὺ ante ποιεις inſerto.

6 ἓν) ~ *Bodl. 5. Cant. Magd. Syr. Cyrill.*

8 (~ ταύτην) *Cant. Cypr. Gal. Med. Steph. γ. ε. n. Wh. 1. Copt. Chryſoſt. Cyrill.* ¶ (ὀκ) *Cant. Cypr. Copt. Lat.* plerique, *Perſ. Sax. Epiphan.* vel etiam *Theophyl.* in comm. *Porphyrius, Hieronymus*, (qui li ὄπω legiſſent, ille Dominum non accuſaviſſet inconſtantiæ, hic illi aliter reſpondiſſet l. 2. c. Pelag.) *Auguſtinus.* Idque probat Grotius, Wall & alii. Inde alii ὄπω, *nondum*, fecerunt, uti etiam c. VI. 17. vel νῦν addiderunt, ut *Chryſoſtomus* ejuſve gloſſa, & *Syr. Arab.*

9 (~ δὲ) *Bodl. 6. Cant. Colb. 8. Cypr. Med. Vſſ. 2. Arab. Lat. Perſ. Syr.* ¶ αὐτοῖς) *edd. Goth.* &c. ~ *Byz.* (αὐτὸς) *Seld. 1.* & alii, *Lat.* ex v. ſeq.

12 περὶ αὐτ῀) ~ *Goth.* ¶ ~ δὲ) *Comp. Aug. 1. 4. Byz. Cant. Hirſ. Moſc. Wo. 1.* & multi alii, *Goth. Chryſoſt. Euthym.* (δὲ) *Er.* &c. Hiant *Al. Aug. 3. Hunt. 2. Laud. 1. Par. 9.*

16 (ἓν)

16 (ἐν) *Comp. Aug. 1. 4. Bodl. quinque, Hirſ. Moſc. Stap. Wo. 2.* & *undecim* & *ſeptendecim* alii, *Goth.* ¶ αὐτοῖς) ~ *Med. Hirſ.* & al.

21 ~ ὁ poſt ἀπεκρ.) *Comp. Aug. 1. 4. Byz. Hirſ. Moſc. Wo. 1. 2.* vel plures. ὁ *Er.* & al.

22 διὰ τοῦτο) Hoc cum θαυμάζετε conſtruunt alii.

26 init. καὶ) ~ *Byz.* & alii, *Lat.* in mſſ. ¶ ἀληθῶς prius) ~ *Colb. 8. Gal. Æth.* niſi potius ad varietatem inſequentem citandi fuerunt; *Vſſ. 1. Nonnus, Perſ. Syr.* ¶ ἀληθῶς alterum) *Er.* &c. *Stap. Theophyl. Goth. Syr.* Ex inciſo proximo, vel ex v. 40. cap. IV. 42. VI. 14. (~) *Bodl. 6. Cant. Colb. 2. Cypr. L. M. 1. Par. 6. 7. 8. Steph. γ. η. Vſſ. 1. Arab. Arm. Copt.* (in ed. Ox. min.) *Lat. Orig. Chryſoſt.* in comm., *Cyrill. Epiph. Iſidorus* Peluſ. *Nonnus.*

29 ~ δὲ) *Comp. Er.* ed. 1. *Aug. 1. Bodl. 1. 2. 5. 7. Byz. Hirſ. Wo. 1. 2.* & *bis decem* alii, *Valla, Lat. Orig.* unde pro ἐγὼ, κἀγὼ *Aug. 4.* (δὲ) *edd.* al. *Goth.* Hiant *Al. Aug. 3. Hunt. 2. Laud. 1. Par. 9.*

31 (~ τέτων) *Comp. Aug. 1. Gal.* & aliquot alii. De verſionibus, minus certum.

32 ὑπηρέτας ante οἱ) *Comp. Aug. 1. Byz. Hirſ. Moſc. Wo. 1.* vel plures, *Goth.* (ὑπηρέτας ante ἵνα) *Er.* &c. *Lat.* ¶ οἱ φαρισαῖοι καὶ οἱ ἀρχιερεῖς) Sic codd. *Graeci, Goth. Syr.* &c. *Latinus* vero, *principes & phariſaei.* Duplex, ni fallor, erratum eſt, quod & *phariſaei* poſtponuntur, & *principes*, (ut ἄρχοντες in *Lin. Per.* & apud Simon. in *Cant.*) *pontificum* loco, memorantur. Reſpicit huc verſus 45, ubi ipſe *Latinus* habet, *ad pontifices & phariſaeos.* Vid. *Gnom.*

33 ~ αὐτοῖς) *Comp.* & al. edd. *Aug. 1. Byz. Cant. Lipſ. Moſc. Per. Stap. Steph. omn. Wo. 1. 2.* & *bis quatuordecim* alii, *Copt. Goth. Lat.* (in mſ. Schelh. & Trevir.) *Perſ. Sax. Syr. Euthym. Auguſtin.* (αὐτοῖς) *Er.* & al.

34, 36 (εἰμι) *Æth. Arab. Lud. de Dieu* & *Eraſmus Schmidius*, qui plures citant. Vide *Gnom.*

35 ὅτι ἡμεῖς οὐκ εὑρήσομεν αὐτὸν) ~ *Mont. Chryſ. Nonnus.*

37 πρός με κὴ πιστεύητε ὁ κτλ.) Sic *Aug. 1. 4. Byz.* nec non *Ebnerianus.* &c. (πρός με. καὶ πιστεύετω ὁ κτλ.) recentiores aliqui. Vid. *Gnom.*

38 γραφὴ,) γραφή. *Chryſ. Syr.* & al.

39 (ὃ) *Aug. 1. 4. B. 1. Byz. Hirſ. M. 1. 2. Moſc.* pluresve. ¶ (~ ἅγιον) *Med. Per. Arm. Copt. Origenes* paſſim, *Athanaſius, Hieron.* Legit & non legit *Cyrillus* Al. Hiat *Al.* ἅγιον ἐπ' αὐτὸς *Cant. Goth.* δεδομένον *Barb. 1.* &, idem fortaſſe, *Vaticanus.* ſic, *datus*, habent *Lat.* plerique, *Victorinus Afer, Leo* & alii, *Perſ. Syr.* Eadem euphemiæ ſpecie videntur alii epitheton omiſiſſe, alii gloſſam addidiſſe & ſubſtituiſſe. ¶ ~ ὁ poſt ὅτι) *Comp. Aug. 1. 4. Byz. Hirſ.* pluresve. ὁ *Er.* &c.

40 πολλοὶ κτλ.) *edd.* &c. Et ſic v. 31. (ἐκ τῆ ὄχλε ἕν) *Lat. Cant.* τινὲς κτλ. *Cyrill. Armen.* ¶ τὸν λόγον) ſuper cν bis ω habet *Aug. 4.* τῶν λόγων *Hirſ.* τέτων τῶν λόγων *Wo. 1.* & ſic fere al. ¶ ὁ) ~ *Er.*

41 ~ δὲ) *Comp. Aug. 1. 4. Byz. Cant. Hirſ. Moſc. Wo. 1. 2.* codd. plur. *Syr.* (δὲ) *Er.* & al.

45 ἕν) ~ *Er.* ed. 1. 2. ¶ καὶ φαρισαῖοι) ~ *Perſ. Nonnus.*

47 ἕν) ~ *Cant. Arab. Perſ. Syr. Cyrill.*

51 ἡμῶν) ὑμῶν *Bodl. un.* apud Fellum, *Æth.* ~ *Bodl. un.* apud Fellum, *Mont.*

52 ἐκ τῆς γαλιλαίας) edd. &c. Videtur allit. ad ſeq. *Galilaeus Lat.* neſcio an *Stap.* ἐκ τῆς γαλιλαίας, pro γαλιλαῖος, ex verbis proximis ſubſequentibus videntur arripuiſſe Græci recentiores. ¶ ἐγήγερται) *edd.* &c. *Hieron.* Ex Matth. XI. 11. vel Luc. VII. 16. quibus in locis viciſſim nonnulli ex hoc loco pro ἐγήγερται ſcripſerunt ἐγείρεται. (ἐγείρεται) *Bodl. 3. Cant. Colb. 8. Laud. 4. Magd. Med. Æth. Lat. Origenes, Nonnus.* Hiat *Al.*

53 (~ καὶ uſque αὐτῆ) *Aug. 4. Hirſ. M. 2. Par. 3. 6. Trit. Vſſer. un.* & *multi codd.* apud Fellum, *Copt. Goth. Syr.* aliqui, *Chryſoſt. Theophyl. Nonnus.* ¶ ἐπορεύθη) *edd.* &c. ex ſeq. ἀπῆλθεν *Aug. 1. Bodl. 2. 6. 7. Gal. L. Lin. Mont. N. 1. Par. quatuor, Per. Seld. 3.* (ἀπῆλθον) *Lipſ. Moſc. Seld. 1. Lat.* ἐπορεύθησαν *Byz.* & al. ¶ καὶ ἀπῆλθον ἕκαστος εἰς τὸν οἶκον αὐτοῦ. Hæc capitis proxime ſequentis initium conſtituere debere cenſet *Ant. Blackwall* de Claſſ. ſacris pag. 497 ed. Woll. Vid. *Gnom.*

CAP. VIII.

1 uſq. 11 ἰησοῦς δὲ uſque ad μηκέτι ἁμάρτανε) Habent edd. *Aug. 1. Byz. Cant.* multi apud *Stephanum* & *Bezam*, (qui tamen, quum ait, *Ex vetuſtis noſtris codicibus* ſeptendecim *unus duntaxat illam* (hiſtoriam) *non habebat:* codices Stephanicos Evangeliſtis vel præditos, quorum omnino decem ad hunc locum margo citat Stephani, vel iis carentes, confundit, & eos ipſos ſibi non viſos prodit;) plurimi apud *Millium* & *Kuſterum*, nonnulli apud *Vallam*, (qui inciſum illud v. 9 καὶ ὑπὸ τῆς συνειδήσεως ἐλεγχόμενοι, quo multi Græci codices carent, in *pleriſque* cod. Græcis legi notat. totam ergo periocham legerat in pluribus, in nullo defectum notans. & quidem paullo ſuperius ad cap. VII. 29 *ſeptem Græca* exemplaria ſe legiſſe ait:) unus apud *Eraſmum*, multi & Græci & Latini apud *Hieron.* l. 2. c. Pelag. c. 6. (adde mox var. v. 2.) *Æth. Arab. Lat. Angl. Perſ. Sax. Conſtitutiones* apoſtolicæ l. 2. c. 24. & præter alios ii, qui hanc periocham poſtea in Pœnitentes & confitentes, atque in Commemoratione S. Pelagiæ legendam definierunt, ut notatur in *Aug. 1.* & *Byz.* Itaque *Evangeliſtarium* mutilum, quod Prolegomena Wetſten. p. 20 citant, in indice feſtorum habet octob. 8. τῆς ἁγίας πελαγίας τῆς πόρνης ζήτει εἰς τὸ ΤΕΛΟΣ τῆ βιβλίε. Exſtat item in lectionariis ad diem 1 Aprilis, quo celebratur Mariæ

Talis cauſa minus ſpecioſa dictu, ſed valde efficax reipſa eſt. *Euſebius* Cæſarienſis putat, Γ ternarii notam a librariis mutatam eſſe in ἐπίσημον ſenarii notam: *cui ſententiae ſubſcribunt* Severus *Antiochenus*, Ammonius *Alexandrinus*, & Theophylactus, ut habent Proleg. Wetſten. p. 6. Vidi in membranis epiſemon, literæ Γ ſimillimum: & epiſtola ad Hebræos, cujus ϛίχοι ΨΓ feruntur in editionibus, in *Caeſ.* habet Ψϛ. & Olympiodoro, cui αἴγαϛρον obtruſere librarii, αἴγαγρον reſtituit Weſſelingius. Porro talium notarum uſus, & harum duarum ſimilitudo, antiquitatem habet grandem, coll. var. Marc. XV. 25. facile ergo patimur, hanc cauſam ſuperioribus illis adjici, ut vel ſingulis vel conjunctis mutatio mature introducta & late dicta adſcribatur. *ſexta* etiam *Lat.* habet: niſi librarii ex *III* fecere *VI.* coll. Var. Ap. XIII. 18. (τρίτη) *Cam.* & cod. apud Wech. i. e. Bezæ, i. e. *Cant.* (qui quia Latine *ſexta* habet, Græcum τρίτη non ex Latino, ut plerumque ſolet, finxit; adeoque ex præſtantiſſimo Græco, cui interdum obſequitur, exemplari repoſuit:) *Nonnus*, ut vidimus: *Chronicon* paſchale Alexandrinum; & in eo ſcriptor antiquus, (quem Petrum Alexandrinum nonnulli falſo putant,) adfirmans, ſic habere τὰ ἀκριβῆ βιβλία αὐτό τε τὸ ἰδιόχειρον τῷ εὐαγγελιϛῇ, *libros accuratos & Iohannis autographum ad ſuam uſque aetatem in Epheſina Eccleſia cuſtoditum.* Auctoritatem affirmationis de autographo Iohannis *Iohannes Frickius* defendit in libro egregio de Cura eccl. vet. circa canonem p. 130 ſeq. Sane ejuſmodi in negotio ſcriptor Alexandrinus ad autographon illud provocavit, in quo nemo non cuperet rem ipſam cognoſcere, ſcriptorem, ſi fefelliſſet, maximopere reprehenſurus. nec, ſi *Epiphanius* id non vidit (quippe utiliter alioqui contra Alogos allegaturus) ne alter quidem aliquanto id ante videre aut noſſe potuit. ſed tamen ſi quis de autographo dubitat, exemplaria certe ſpecioſæ tum antiquitatis ſic habuiſſe oportet. Itaque ſi ſcriptor Chronici & auctor ei laudatus, ſi Nonnus, librariorum munere functi eſſent, codiceſque Iohan-

hannei ab illorum manu, & in codicibus hæc lectio, quam probavere, exſtaret: aſſenſuros nos arbitror. Cur nunc contra? Gaudemus merito, ubi vera lectio quam plurimis codd. nititur: ſed hoc certe loco res cogit, ut numero codicum minore ſimus contenti. Sunt alibi geminæ lectiones, non pluribus nixæ codicibus, quas tamen, Eraſmo agnitas, nobis conſuetas, defendimus. Conjecturam Marco adhibent Hieronymus, vel quiſquis commentarium ſcripſit in Pſalmum LXXVII, Cajetanus, Stapulenſis, Lutherus, Camerarius, Sixtus Senenſis, Meleh. Canus, Gerhardus, Petavius, Calixtus, Voſſius, W. Langius: tutius autem Iohanni lectionem duntaxat paucioribus hodie codicibus nixam reſtituunt *Hartungus*, *Boiſius*, *Bynaeus*, *Caſaubonus*, *Coccejus*, *Colomeſius*, *Lamius*, *Relandus*, *Reyherus*, *Tillemontius*, quos notant Wolfius & Reineccius. Addantur *Camerarius*, *Toletus*, *Elias Hutterus*, *Martinius*, *Steph. Morinus*, *Vſſerius*, *B. de Canſtein*, *Pfaffius* in ſyntagm. quidem, p. 138 ſs. *Ruſius*, *Strubbergius*, *I. A. Oſiander*: nec *Beza* repugnat, nec *Tho. Mareſchallus* in Notis ad Gothum, p. 423. ἕκτη errorem eſſe agnoſcit eruditiſſimus vir, Carl Gottlob *Hoffmann* in Introd. N. T. p. 370. 377. Parum liquido Ep. Ignat. interpol. ad Trall. ſect. IX. τῇ οὖν παρασκευῇ, τρίτῃ ὥρᾳ, ἀπόφασιν ἐδέξατο παρὰ τοῦ πιλάτου, συγχωρήσαντος τοῦ πατρός· ἕκτῃ ὥρᾳ ἐσταυρώθη. Vid. *Gnom.*

15 ἐκραύγασαν) ἔκραζον *Al. Cypr. Med. Seld.* 4.

16 ἤγαγον) *Comp. Aug.* 1. 3. 4. *Bodl.* 1. 2. 5. 6. *Bu. Byz. Cant. Colb.* 2. *Gal. Gebl. Gon. Go. Hirſ. Laud.* 2. *Lin. Magd. Mont. M.* 1. *Moſc. N.* 1. *Par.* 1. 3. 4. 5. 6. *Roe. Seld.* 1. *Steph.* γ. δ. ε. ζ. *Trit. Vſſ.* 1. 2. *Wheel.* 1. *Wo.* 2. *Theophyl. Euthym.* εἰς τὸ πραιτώριον, addit *Aug.* 3. 4. (incunte periocha) *Byz.* & al. αὐτὸν εἰς τὸ σταυρῶσαι *Gal.* & al. Gloſſa, gloſſam de prætorio corrigens, ex Matth. (ἀπήγαγον) *Er.* & al. Ex Matth.

17 εἰς τὸν) εἰς τόπον *Moſc.* & alii. Ex alliteratione. τόπον poſtea deeſſe notat editio Ox. min. in *Bodl.* 5. *Gon. Vſſ.* 2. ¶ ὃς) ὁ *Aug.* 4. & al. ¶ γολγοθᾶ) γολγαθᾶ unus cod. Gr. apud *Lucam* Brug.

20 ὁ τόπος τῆς πόλεως) *Comp. Al. Aug.* 1. 3. 4. *Byz. Gebl. Hirſ. Wo.* 2. & alii permulti. τῆς πόλεως ὁ τόπος *Er. Steph.* edd.

21 οἱ ἀρχιερεῖς) Sic habent *Syr. Arab. Angloſax.* non adjecto τῶν ἰουδαίων, quod in ceteris monumentis legitur. Perſæpe memorantur οἱ ἀρχιερῆς, neque unquam dicuntur οἱ ἀρχιερεῖς τῶν ἰουδαίων· & hoc loco τῶν ἰουδαίων facillime librarii ex verbis ſubſequentibus arripuere. Vid. *Gnom.*

23 τὸν ἰησοῦν) *eum* habet *Lat.* ¶ ἄραφος) *Er. Steph.* ed. 1. 2. *Al. Aug.* 3. 4. *Byz. Hirſ. Moſc.* codd. plur. ἄρραφος vel ἄῤῥαφος *Comp.* & al.

25 δὲ) — *Byz. Moſc.* Incunte pericopa. ¶ μαρία ἡ) καὶ μαρία ἡ *Æth. Perſ. Syr.*

26 ἴδε) *Comp. Aug.* 1. 4. *Byz. Med.* & *bis undecim* alii, *Chryſoſt.* (ἰδοὺ) *Er.* & al. Ex ſeq.

27 ἆρας)

27 ὥρας) ἡμέρας *Al. Byz.* & complures alii. Verſio nulla. ¶ ὁ μαθητὴς αὐτὴν) *Er. Aug.* 1. 4. *Byz. Hirſ. Wo.* 1. 2. pluresve. αὐτὴν ὁ μαθητὴς *Comp.* & al. ¶ μαθητὴς) μ. ἐκεῖνος *Comp. Aug.* 4. *Stap.* & alii. Ex parall.

28 εἰδὼς) ἰδὼν *Er.* ed. 1. 2. *Aug.* 4. *Byz. Hirſ.* multique alii. Ex v. 26. ἰδὼς *Par.* 2. ¶ (~ ἤδη) *Aug.* 4. *Bodl.* 5. *Byz. Eph. Laud.* 2. 4. *Chryſoſt. Lat.* aliqui, *Syr. Nonnus.* Habet hoc ante πάντα *Aug.* 1. & *Lat.* mſſ.

30 οὖν) *edd.* &c. Sic v. 29. 31. δὲ *Colb.* 1. 3. *Med. Wheel.* 1. *Syr.* ~ *Colb.* 8.

31 ἐπεὶ παρατκευὴ ἦν) Hoc ante ἵνα μὴ ponit *Er. Chryſoſt. Nonn. Æth. Arab. Lat. Perſ. Syr.* ~ *Par.* 6. ¶ ἡ) ~ *Er. Aug.* 1. 4. ¶ (ἐκεινη) *Comp. Er. Leuſden. Gal. Laud.* 5. *Lin. Seld.* 5. *Vſſ.* 2. *Arab. Lat. Perſ. Athanaſ.* homil. εις τον σπόρον, *Cyrill. Theophyl. Nonnus.* ἐκεινου commodius eſt quam ἐκεῖνη. Nam præcedit vocabulum σαββάτῳ, & ad id refertur ἐκείνου τοῦ σαββάτου. ¶ κατεαγῶσιν) Augmento locum hîc eſſe negat Thomas Magiſter, & legit κατεάγωσιν, inſtar τετύφωσιν, ex κατέαγα. In verbo καταγῆναι. Atqui etiam ἀνεῳχθῆναι dicitur Luc. III. 21, extra indicativum manente etiam in aoriſto.

34 ἔνυξε) *edd. mſſ. Chryſ.* &c. ἤνοιξε *Wheel.* 1. *Lat.* ¶ εὐθέως) *Comp. Aug.* 1. 4. *Byz. Gehl. Hirſ. Moſc.* codd. plur. ἐυθὺς *edd.* al. ¶ αἷμα καὶ ὕδωρ) *Ambroſ. Hier. Damaſc. Tertull.* &c. inverterunt, *aqua & ſanguis*, (propter baptiſmum,) ut cenſet Voet. P. II. ſelect. diſp. de perfoſſo Chriſti latere.

35 ἐςὶν αὐτοῦ ἡ μαρτυρία) *Aug.* 4 tribus locis, *Byz. Hirſ. Wo.* 1. pluresve, *Lat.* in mſ. Trev. αὐτοῦ ἐςιν ἡ μαρτυρια *Er.* & al. *Orig.* ἐςὶν ἡ μ. αὐτοῦ *Comp. Aug.* 1. 4. alio loco, *Moſc. Wo.* 2. *Chryſ. Andreas* Cæſ. in Ap. XXII. 8. *Lat.* plerique. αυτοῦ omittit *Andreas* l. c. in cod. Auguſtano. ¶ κἀκὶ) *Er. Al. Barb.* 1. *Cant. Colb.* 8. *Cypr. Med. Mont.* inter lineas, *Seld.* 5. *Arab. Lat. Perſ. Syr.* (~) *edd.* & codd. al. Ex cap. XI. 15.

36 (ἀπ') *Comp. Aug.* 1. *Gehl.* & complures alii, nec non *Hirſ. Copt. Lat. Syr. Theophyl. Nonn.* Ex LXX. *Eraſmi* edd. variant. ἀπ' & παρ' habet *Cyrillus* Al.

38 δὲ prius) ~ *Comp. Aug.* 1. *Hirſ. Moſc. Stap.* & multi alii, nec non *Wo.* 1. Initium periochæ. ¶ ~ ὁ ante ἰωσηφ) *Comp.* & mſſ. ὁ *Er.* & al. ¶ (αὐτοῦ) *Aug.* 4. *Bodl.* 5. *Colb.* 8. *Par.* 2. ¶ ἦλθεν uſq. ἰησοῦ) ~ *Er.* Recurrente verbo ἦλθε. ¶ τὸ ιησου tertium) αὐτοῦ *Bodl.* 4. *Laud.* 4. *Æth.*

39 ὡς) *Comp. Aug.* 1. 4. *Byz. Hirſ. Wo.* 1. 2. codd multi. ὥσει *edd.* al.

40 ἐν) *Comp. Al. Aug.* 1. 4. *Byz. Hirſ. Moſc. Vſſ.* 1. 2. *Wo.* 1. 2. & *bis ſeptendecim* alii, *Theophyl.* (~) *edd.* al.

CAP. XX.

8 (~ ἄλλος) *Lat. Syr.*

9 δεῖ) *oportebat* habent *Lat.* aliqui.

11 (τῷ

11 (τῷ μνημείῳ) *Al. B.* 1. *Bodl.* 1. 2. *Cant. Cov.* 1. *Gal. Go. Lipſ. Magd. Par.* 1. 2. 3. *Steph.* γ. ς. ζ. η Scribere cœperant τὸ μνημεῖον *Aug.* 4. *Hirſ.* ſed ſub manu hic obſcurius, ille clare τῳ μνημειῳ fecit. ¶ ἔξω) ~ *Al. Arab. Perſ. Syr.*

14 init. καὶ) ~ *Al. Barb.* 2. *Cant. Colb.* 8. *Per. Arab. Lat. Perſ. Syr. Cyrill.* ¶ ~ ὁ poſt ὅτι) *Comp.* & *mſſ.* ὁ *Er.* & al.

15 ἐθηκας αὐτὸν) *Comp. Aug.* 1. 4. *Byz. Hirſ. Wo.* 1. nec non *Cant.* pluresve. αὐτὸν ἔθηκας *edd.* al.

16 ῥαββκνὶ) ῥαβκνὶ *Comp. Aug.* 1. & al. ῥαββωνεὶ *Cant.* ἑβραϊστὶ præfigunt *Cant. Colb.* 8. *Eph. Med. Æth. Arab. Arm. Copt. Perſ. Syr.* Ex c. XIX. 17. 20.

17 (~ μα) *Iren.* in mſſ. *Maximus*, *Cant.* ¶ καὶ tertium) ~ *Lat.* aliqui: ſed habet *Sax.*

19 οὖν) ~ *Aug.* 4. *Wo.* 1. & alii, *Lat.* in mſ. Char. & Reutl. Initio periochæ.

21 ὁ ἰησ̄ς) ~ *Cant. Wh.* 1. *Lat.*

25 τύπον, prius) τόπον *Arab. Arm. Perſ. Syr.* ¶ (τόπον) *Al. Bodl.* 6. *Hirſ.* (alio atramento,) *Lin. N.* 1. *Arab. Lat. Perſ.* Pronomen *Syrus* ſubſtituit, quod ad prius τοπον refertur.

28 init. καὶ) ~ *Er. Cant. Wheel.* 1. *Lat.* vel etiam *Wo.* 1. ¶ ~ ὁ ante θωμ.) *Comp. Aug.* 1. 4. *Byz. Gehl. Hirſ.* pluresve. ὁ *edd.* al. ¶ αὐτῷ) ~ *Arab. Copt. Lat.* aliqui.

29 ~ θωμᾶ) *Comp. Al. Aug.* 1. 3. 4. *Bodl.* 1. 2. 6. 7. *Byz. Cant. Colb.* 3. *Cov.* 1. *Cypr. Eph. Gal. Gehl. Gon. Go. Hirſ. Laud.* 2. 4. 5. *L. Lin. Lipſ. Magd. Mont. M.* 1. 2. *N.* 1. *Par.* 1. 2. 3. 4. *Per. Roe. Seld.* 1. 2. 5. *Stap. Trit. Vſſ.* 1. 2. *Wh.* 2. 3. *Wo.* 1. 2. *Æth. Arab. Arm. Copt. Lat.* in *Cant.*, in *Trevirenſi*, in pleriſque aliis, in *Hieronymo*, *Sax. Syr. Cyrill. Theophanes*, *Euthym. Theophyl. Nonnus*, *Cyprianus*, *Hilarius*, *Auguſtinus*, *Leo.* (θωμα *Er.* neſcio an *Bu. Wh.* 1. & pauculi claſſis ſecundæ, *Orig.* ¶ πεπίστευκας) Signum interrogationis additum raſum que in *Aug.* 1.

31 ταῦτα uſq. αὐτῷ) ~ *Wo.* 1. manu prima. ¶ ~ ὁ poſt ὅτι) *Comp. Aug.* 1. 3. 4. *B* 2. *Cant. Gehl. Hirſ. Moſc.* pluresve. ὁ *edd.* al. ¶ ὁ χ(ριστὸς) ~ *Iren.* mſ. *Lat.* aliqui. ¶ (ὢν) ζ. αἰωνιον *Cant. Colb.* 8. *L. Par.* 6. *Per. Steph.* ς. *Nonnus*, *Æth. Arab. Copt. Lat.* aliqui, *Perſ. Sax. Syr. Iren. Fauſtin. Gaudentius.* Ex parall. Vtroque modo *Cyrillus* Al.

CAP. XXI.

1 πάλιν) ~ *Aug.* 1. 4. *Byz. Wo.* 1. & aliquot alii, *Perſ. Chryſoſt.* Initio pericopæ. ¶ (~ τοῖς μαθηταῖς) *Er. Lat.* multi, *Sax.* τ. μ. αὐτκ *Byz. Gehl. Wo.* 2. & alii, *Armen.* τ. μ. αὐτ̄ ἐγερθεὶς ἐκ νεκρων *Aug.* 1. 4. & alii. Initium periochæ auctum ex v. 14.

2 οἱ) οἱ υἱοὶ *Aug.* 3. *Hirſ.* & al. υἱοὶ *E. Schmidii* ed.

3 ἐνέβησαν) *Comp. Al. Aug. 1. 4. Bodl. 2. 5. Byz. Cant. Colb. 8. Cov. 1. Cypr. Eph. Gon. Go. Hirſ. Laud. 2. L. Magd. Med. Par. 1. Per. Roe. Seld. 1. Trit. Wo. 1. 2.* (ἀνέβησαν) edd. al. ¶ (~ εὐθὺς) *Barb. 1. Cant. Colb. 8. L. Æth. Arm. Copt. Lat. Perſ. Syr.*

4 γενομένης) γιν. *Er.* ed. 1. 2. *Al. Byz. Per.* ¶ (ἐπὶ) *Al. Aug. 4. Cant. Colb. 3. 8. Laud. 4. M. 1. Par. 2. Per. Cyrill.*

5 (~ οὖν) *Er. Aug. 3. 4. Colb. 3. 8. Wheel. 1. Copt.*

12 (~ τῶν μαθητῶν) *Chryſ. Hieron.* c. Ioh. Hieroſ. unde *diſcumbentium* habet *Lat.*

13 οὖν) ~ *Per.* & al.

14 αὐτῷ) ~ *Al. Colb. 8. Seld. 1. Lat.* aliquī.

15 ὁ ἰησοῦς) Omittit hoc *Byz.* & *Lat.* olim, ut ex Auguſtino patet. Neque habebat cod. *Reutlingenſis* manu prima. 15 ſeqq. ἰωνᾶ) ἰωαννᾶ *Er. Per. Lat.* & al.

16 δεύτερον) ~ *Lat.* ¶ (ἀρνία) *Lat.* ex v. 15. Vid. *Gnom.*

18 οἴσει) οἴσουσί σε *Al. Æth. Arab. Perſ. Syr.* unde pro ἐκτενεῖς κτλ. habent ἄλλοι σε ζώσουσι καὶ οἴσουσιν *Cyrill.* & *Chryſoſt.* plurali duplici, quem aliis verbis habent *Cant.* & *Nonnus.*

20 δὲ) ~ *Al. Lat.*

22. 23 ἐὰν) *ſi* vertit *Lat.* & hoc probat Beſſarion, Valla, Stapulenſis, Eraſmus, Cajetanus, Magdalius, Eſtius, Ianſenius, alii. Hinc prono & aperto ſphalmate *ſic* multi, *ſi ſic* mſ. Colon. & al. & inde *Cant.* & *Claramontanenſis* (quæ duo nomina merito cenſentur unius eſſe codicis,) & codices Græci in Correctorio vetuſto memorati. v. 22 *ſi ſic*, v. 23 *ſi* mſ. Schelh. Vid. etiam *Ioannis De la Haye* & *H. a Bukentop* annot. h. l. *M. Marulus* l. 3. pag. q. 7 b. *Calov.* Crit. p. 650. *Raithii* Vind. p. 439.

23 ἔτος) ~ *Orig. Cyrill. Hieron.* ¶ (~ αὐτῷ) *L. Lat.* in mſ. Colon. & Reutl. *Syr.*

25 βιβλία) *Er. Al. Cant. Colb. 8. Arab. Arm. Copt. Lat. Perſ. Syr.* Librariī addidere ἀμήν. Vim τοῦ ἀμὴν repræſentat verſus 24.

ACTA APOSTOLORVM.

Hæc habent

EDD. eædem.

MSS. CLASS. I. *Al. Aug. 6. Baſ. 2. Cov. 2. 3.* (incipiens in c. I. 11.) *4. Laud. 2. 3.* (hiat a c. XXVI. 29. ad c. XXVIII. 26.) *Lin. Magd. 1. N. 1. 2.* (hiat a c. I. 18. ad c. II. 11. & ſæpe cum *N. 1* apud Fellum & Millium permutatur,)

Pet. 1.

Pet. 1. Vff. 2, cujus epitheton numerale vix nisi in epistola ad Hebræos, in qua sola etiam *Vff. 1* occurrit, adhibemus.

CLASS. II. *Barb. octo*, *Baroc.* (incipit a c. XI. 13.) *Cant.* (hiat a c. VIII. 29. ad c. X. 14. & desinit in c. XXIII. 29.) *Cant. 2. Colb. 6. Gen. Hunt. 1.* (incipit a c. XV. 19.) *L. Lu.* (incipit circ. c. XII. 4. atque editor N. T. Gr. Angl. pro *Lu.*, non recte percepto indice Millii, *Luciani* martyris *lectionem* (utinam eam haberemus,) citare solet.) *Mont. Pet. 2.* (incipit circ. c. XVIII. 22.) *3*, (qui Fello est *Pet. 1.*) *Seidel.* (hiat c. II a v. 3 ad v. 34.) *Sin. Steph. δ. ε. θ. ι. ια. ιγ.* (*Steph. κ* tantum bis occurrit:) *Vien.*

VERS. *Æth. Arab. Armen. Copt. Lat. Syr.*

PATRES, *Chrysost. Euthalius*, (exemplaria Pamphili secutus, a Zacagnio & Millio collatus,) *Oecumenius*, *Theophylactus*, *Cassiodorus*, *Beda* &c.

Seorsum de *Laud. 3*, qui Acta solum modo habet, (& Fello est *Bodl. 1.*) hoc loco dicendum est aliquid. *Graecolatinus* is est: quantæ vetustatis, non admodum constat. vid. Mill. Proleg. f. 157. Certe cum *Cantabrigiensi* illo facit, Latinisque vel codicibus vel patribus, Cypriano præsertim & Irenæi interpreti, plurimum obsequitur, & glossis indulget. vide Millii not. ad Act. I. 7. II. 4. 17. 24. 25. 32. 37. IV. 10. 31. 32. V. 30. XVI. 2. & Proleg. § 1023. Additamenta tamen Vulgati recentiora egregie redarguit.

TIT. πράξεις τῶν ἀποστόλων) λεκτὰ εὐαγγελιστῆ πράξεις ἀποστόλων cod. ms. *Boecleri*, *Magd.* & sic fere *Comp.*

CAP. I.

4 συναλιζόμενος) *edd. Aug. 6.* &c. *Chrys. Hesychius*, *Lat.* συναυλιζόμενος *Vff.* & alii; *Epiphanius*, nisi apud hunc quoque συνηυλίσθη pro συνηλίσθη irrepsit. Utrumque legit *Valla* & *Erasmus*. Etiam in Xenophontis Cyri pædia, ubi vetus liber plane συναλίζεσθαι habeat, συναυλίζεσθαι editum esse notat Camerarius. Vid. *Gnom.*

5 (ἐν) *Steph. ιγ.*

8 ἐν alterum) ~ *Al.* & alii.

11 ἐμβλέποντες) βλέπ. *Seid. Vff.* & alii. Ex v. 9. ¶ ὅτως) ὅτος *Vff.* & alii. E proximo. ¶ ἐλεύσεται) ἐλεύσεται πάλιν *Lin. N. 1.*

12 σαββάτου ἔχον ὁδὸν) ἀπέχον σάδια ἑπτὰ *Chrys.* (ex Iosepho, apud Drusium,) & inde *Syrus.*

13 ἰάκ. καὶ ἰωάν.) *edd.* &c. *Chrys. Athanasii* Synopsis. (ἰωάν. καὶ ἰάκ.) *Al. Cant. Æth. Arm. Copt. Lat. Syr. Augustin.* ¶ καὶ ἀνδρέας) Hunc continuo post *Petrum* habet *Laud. 3* apud Fellum, & *Breviarium* Lat. ms. ¶ βαρθολομαῖος καὶ ματθαῖος) ματθαῖος καὶ βαρθολομαῖος *Æth. Arab. Syr.*

14 (~ καὶ τῇ δεήσει) *Al. Æth. Arab. Arm. Copt. Lat. Barb. 1. Cant. Laud. 3. Syr. Hieron.* & alii. ¶ μαρίᾳ) μαριὰμ *Gen.* & alii. Sic plerumque Lucas; non tamen ſemper.

15 (ἀδελφῶν) *Al. Barb. 2. Steph. 1α. Æth. Armen. Copt. Lat.* Ex v. 14. 16. ¶ τὲ) δὲ *Beza, Lat.* (& inde *Cant.* manu ſecunda,) *Aug. 6.* ¶ εἴκοσι) *Comp. Vff.* pluresve. εἴκοσιν *Er.* κ̄ *Aug. 6*, nota numerali.

16 ἔδει) *oportet* habet *Lat.* Ex v. 21. vel ε litera caſu præciſa. ¶ ταύτην) *edd. mſſ., Iren. Lat.* in cod. Reutl. &c. (~) *Al. Barb. 1. Cov. 2. Orig. Athanaſ. Euſeb. Didymus, Æth. Armen. Copt. Lat.* ¶ διὰ ϛόματος δαυὶδ) *edd. mſſ. verſiones, Iren. Euſeb. Didymus* &c. ~ *Æth.* ¶ τὸν) ~ *Al. Euſeb.*

17 (ἐν) *Al. Cov. 2. 4.* & alii, *Euſeb. Lat.*

18 ~ τῦ poſt ἐκ) *Comp. Al. Aug. 6. Seid. Vff.* codd. plurimi, *Euſeb.* τῦ *edd.* al. ¶ ἀδικίας) ἀδικίας αὐτῦ *Euſeb. Auguſtin. Æth. Cant.*

20 αὐτῦ) *edd.* &c. *Iren. Euſeb. Lat.* in fragmento veteri, in Col. Reutl. Trev. in margine Hentenii, in *Breviario* mſ. *Auguſtin. Caſſiod.* in Pſ. CIIX. αὐτῶν *Vien.* & alii. ex LXX. ¶ λαβοι) λαβέτω *Al.* & alii, *Euſeb.* Ex allit. ad ἕτερος.

24 ὃν uſq. ἕνα) *Comp. Er. Al. Aug. 6. Vff.* plerique apud *Bezam*, & decem & ſeptem alii, *Chryſoſt.* & alii, nec non *Seid.* ἐκ — ἕνα· ὃν ἐξελέξω unus apud *Bezam* & inde edd. Steph. & al. ¶ ἕνα,), ἕνα *Er.*

25 κλῆρον) τόπον *Al. Copt. Lat.* & inde alii. Ex alliteratione ad finem verſûs.

26 αὐτῶν) αὐτοῖς *Al.* & al.

CAP. II.

1 ἐν τῷ συμπληροῦσθαι τὴν ἡμέραν) *edd. mſſ. Chryſ. Auguſtin.* l. 1 c. Fel. c. 5. &c. *cum compleretur dies* habet *Lat.* litera, vel indice literæ lineola, inſerta. Id ſequuntur *Æth. Arab. Syr. Veleſ.* ¶ ἅπαντες) ἅπ. οἱ ἀπόϛολοι *Vff.* & alii. Ineunte pericopa.

3 ἐκάθισε) ἐκάθισαν *Cant. Arab. Copt. Syr. Ep.* ad Serap. inter op. Athanaſii.

7 ~ πάντες) *Comp. Aug. 6. Cantabr.* duo treſve, *Cov. 3. Laud. 2. Magd. N. 2. Pet. 1. Vff. Chryſ. Æth. Arab. Auguſtin.* Ex linea ſeq. vel ex v. 12. (πάντες) *Er.* & alii, *Armen. Lat.* ¶ πρὸς ἀλλήλους) ~ *Al. Cov. 3. Æth. Copt. Lat.* plur. Ex feſtinatione ſtatim poſt λέγοντες arripuere ſermonem, qui inducitur.

9 ἰουδαίαν τε καὶ) *Armeniam* habet *Tertull.* c. Iud. c. 7. & *Auguſtin.*

12 θέλοι) θέλη *Vff. Mont.*

13 χλευάζοντες) διαχλ. *Al. Vff.* & alii, *Chryſ. Euthal.*

16 ἰωὴλ) ~ *Iren. Cant.*

17 (ἐνυ-

17 (ἐνυπνίοις) *Comp. Al. Pet. 3.* & bis quinque alii, *Euthal. Theophyl. Hieron.* Sic *Al.* etiam apud Ioel.

19 ἄνω) ~ *Al.* cum pauculis. ἀνῶ, bis legendum, semel (in ἀρανῷ) scriptum.

21 ἄν) ἐὰν *Laud. 3* apud Hearnium, qui codicis hujus textum & lectiones seorsum edidit: & *Scholia* apud Casaubonum.

22 (~ καὶ) *Al. Cant. Cov. 2. Gen. Euthal. Æth. Lat.* multi, *Iren. Syr.*

23 (~ λαβόντες) *Al. Cov. 2. 4. Gen. Pet. 3. Athanas. Arab. Lat. Barb. 1. Iren.* ¶ χειρῶν) χειρὸς *Al. Cant. Colb. 6.* ¶ ἀνειλετε) ἀνειλατε *ed.* Hieronymi Curionis, *Al.* & alii.

24 θανάτῳ) *codd. Athanasius* &c. (ἄδῃ) *Arab. Copt. Lat.* (& inde *Cant.* idemque *Steph. β.*) *Iren. Cassiod. Syr. Polycarpus* Ep. ineunte: ubi mox alius sequitur locus, ex 1 Petr. I. 8, in quo item Polycarpus & Latinus congruunt. Probat ᾅδῃ Dorscheus in Annot. mſ. & Millius, Deylingius, Wall. Vtrumque *Epiphanius.* Apud Lucam plerique θανατου scripserunt, fortasse molliendi sermonis opinione: sed antiqua lectio ᾅδου magis congruit cum versu 27. 31.

27 ᾅδῃ) ᾅδην *Al. B. 2. Cant. Cov. 4. Pet. 3. Theophyl.*

30 (~ τὸ usq. χριστὸν) *Er.* ed. 1. *Al. Barb. 1. Æth. Arab. Armen. Copt. Lat. Syr. Cyrillus* Al. *Iren.* Glossa, Iunio & Millio, & aliis apud Camerarium; eaque post θρόνῳ αὐτοῦ posita apud *Oecum.* (qui tamen in mſ. Aug. nil mutat,) & in *Er.* edd. cet. τὸ κατὰ σαρκα omittunt *Cov. 4. Gen. Laud. 3.* Post καθίσαι *Athanasius* habet τὸν χριστὸν κατὰ σάρκα. Hiat *Seid.*

31 προϊδὼν) προειδὼς Nonnulli apud *Er., Theodorit.* Ex v. 30. ¶ (ὅτε) *Al. Cant. Cov. 2. N. 1. Pet. 3. Lat. Iren.* ¶ κατελείφθη) ἐγκατελειφθη *Comp. Er. Al.* & quinque & tres alii, *Theodorit.* & alii. Ex v. 27. ¶ (~ ἡ ψυχη αὐτοῦ) *Al. Æth. Arab. Lat. Barb. 1. Cant. Syr. Iren. Didym.* l. 3. de Spir. S. *Latinus* habet, *neque derelictus est in inferno:* ubi masculinum, *derelictus*, ostendit. scienter hoc posuisse interpretem. Congruunt alii testes pervetusti. Supplerunt recentiores ex v. 27.

33 τοῦτο) τοῦτο τὸ δῶρον *Lat.* & inde alii. ¶ ὑμεῖς) ~ *Al.* & alii, *Lat. Didymus.* Latini recentiores, *hunc, quem:* pro, *hoc quod nunc.* Subaudiebant πνεῦμα, *spiritum.* Græce neutrum genus est, Latine masculinum. νυν *nunc*, a quibusdam omissum, habet *Irenaeus.* Vid. *Gnom.*

36 καὶ) *Comp. Steph. edd. Aug. 6. Seid. Vss.* plurescve, *Iren. Amphilochius, Epiphanius*, Disp. Nicæna apud *Athanasium, Chrysost., Lat. Tertullian.* (~) *Er. Millii* ed. & al. De momento particulæ, vid. *Gnom.* ¶ (αὐτον καὶ κοιτὸν) *Al. N. 1. Vss.* plurescve, *Chrysost.* Disp. *Nicaena, Lat.* unde αὐτὸν omisit *Cant.* Rasuram sub καὶ habet *Aug. 6.* & fortasse αὐτο. ex alio codice scribere cœperat prius.

37 (~ λοιπὸν) *Lat. Copt.* ¶ ποιήσωμεν) *edd. primae, Al. Aug. 6. Cov. 3. Laud. 3. Lin. Seid. Sin. Vss. Basil.* ποιήτομεν *Steph.* ed. 3. & al.

38 (~ ἔφη) *Barb. 2. Lat.* in mſ. Colon. unde εἶπε vel φησὶ aliis aliiſque locis inferunt *Al.* & alii. ¶ ἰησ᾽) τῷ κυρίῳ ἰητῷ *Oecum.* in 1 Ioh. III. *Armen.* & alii. ¶ (~ χριστῷ) *Iren. Oecum. Copt. Syr.*

40 διεμαρτύρετο) διεμαρτύρατο *Al. Vſſ.* & alii.

41 (~ ἀσμένως) *Al. Copt. Lat.* (& inde *Barb. 1. Cant.*) *Clemens* Al. Facile omiſſum ante aliud verbum ab eadem litera incipiens.

42 (~ καὶ) *Al. Barb. 1. Cant. Lat.* Vnde mox, pro *fractione*, quod in *Colon.* & *Trev.* exſtat, *fractionis* habent multi cod. *Lat.* ex rhythmo *panis.*

43 ἐγίνετο) ἐγένετο *Er. Aug. 6. Gen. Pet. 3. Vſſ.* ἐν ἱερουσαλὴμ, φόβος τε ἦν μέγας ἐπὶ πάντας addit *Al. Lat.* & item ſere alii. ex parallelis.

47 (~ τῇ ἐκκλησίᾳ) *Al. Barb. 1. Pet. 1. Æth. Arab. Arm. Copt. Lat.*

CAP. III.

1 ἐπὶ τὸ αὐτὸ δὲ πέτρος) ἐπὶ τὸ αὐτό. Πέτρος δὲ *Al. Steph. ε. Lat.* (quanquam mſ. Trev. *autem* omittit,) nec non *Barb. 1. Cov. 2. Pet. 1. Cant. Arm. Copt.* Particula ab eccleſiaſticæ lectionis vetuſtæ initio ſejuncta, & inde ſuperiori capiti adjecta. Porro ἐν δὲ ταῖς ἡμέραις ταύταις initio hujus capitis habet *Cant.* ἐν ταῖς ἡμεραις ἐκείναις *Lectionaria.* (vid. cap. VI. 1.) Ex quibus ſi hunc floſculum decerpſit, ut apparet, codex *Cant.*, antiquitatis ſuæ opinionem ipſe valde imminuit. nam lectionaria ſeparata ipſo Lectionum eccleſiaſticarum uſu longe recentiora ſunt.

3 ~ λαβεῖν) *Comp. Er.* ed. 1. *Aug. 6. Steph. omn. Vſſ.* & bis ſex alii, *Theophyl. Arab. Calarit.* unde δοῦναι ſupplet *Syr.* (λαβειν) *Er.* & alii, *Chryſ.* Deletum, ad v. 2. an potius additum, ex v. 5.

8 καὶ ult.) ~ *Al.*

11 τῷ ἰαθέντος χωλῷ) *edd.* &c. Initium pericopæ. (αὐτῷ) *Al. Barb. 1. Cov. 4. Genev. Laud. 3. N. 1. Æth. Arab. Arm. Copt. Lat.* (unde pro *teneret*, *tenerent* habet idem & cum eo *Æthiops*,) *Syr.* τῷ ἰαθέντος *Chryſoſt.* ¶ σολομῶνος) *Comp. Er. Cant.* pluresve. σολομῶντος *Steph.* ed. &c.

12 ἢ) & habet *Iren.* ¶ εὐσεβείᾳ) ἐξουσίᾳ *Lat.* in cod. uno aut altero, *Syr.* Alibi *poteſtate* eſt, alibi plane omittitur apud *Irenaeum.* Affinis quoque pictura, εὐσέβεια, ἐξουσία· *pietas*, *poteſtas*, præſertim in compendio ſcriptionis latinæ. Vid. *Gnom.*

13 ἰσαὰκ καὶ) θεὸς ἰσαὰκ καὶ θεὸς *Al. N. 1.* & alii, *Lat.* & alii, *Chryſoſt.* Ex parall. ¶ (μὲν) *Al. Aug. 6. Barb. 7. Laud. 2. 3. Seid. Steph. δ. ε. ï. ια. Vſſ.* & bis quinque alii, *Chryſ. Euthal. Theophyl. Lat. Iren.* ¶ αὐτὸν) ~ *Al.* & alii.

18 παθεῖν τὸν χριστὸν) ~ *Al.* αὐτῷ non ante hoc inciſum, ſed poſt exhibet *Cov. 2. Genev.* & alii, *Lat. Syr. Iren.* Vid. *Gnom.*

20 προ-

20 προκεχειρισμένον) *Comp. Al. Baſ. 2. Cant.* (isque magna hîc vi,) *Cant. 2. Cov. 2. 3. 4. Gen. Laud. 2. 3. L. Lin. Magd. Mont. N. 1. 2. Pet. 1. 3. Seid. Steph. omn. Vff. Vien.* ac ſine dubio *Barberiniani* & *Colb. 6.* e Claſſe II. item alii codd. apud ipſum *Er. Chryſ. Euthal. Theophyl. Heſychius, Arab. Arm. Copt.* (de quibus mox,) *Syr. Chronicon* Al. Probat Vitringa, & alii, teſte Wolfio. Vnde προκεχρισμένον *Aug. 6. Æth.* ſic, *praeparatum* eſt apud *Iren.* &, *praedeſignatum*, apud *Tertull.* &, *deſtinatum*, apud eundem. Mutili ſunt *Bar. Hunt. 1.* credo etiam *Lu. Pet. 2. Sin.* (προκεχειρισμένον) *Oecumenius* (ſi modo vera docet Whitbius: nam in codice illo Auguſtano nil tale habet Oecumenii commentarius,) *Lat.* hodie, (niſi *praedicatus* ei eſt idem, quod *ante dicatus*,) & inde *Er.* & inde al. edd. Haud ſcio an *Clemens Al.* in Epitomis, f. 571 edit. Heinſ. Nil amplius. Eruditiſſimi viri, *Mat. Veyſſiére la Croze* annotatio ſic habet: Armenus & Coptus *legiſſe videntur* προωρισμένον. *ſic etiam verſio* Coptica Sahidica, *quam manuſcriptam habeo, dialecto plane diverſa ab edita verſione. Hic errat Wilkinſius in verſione Latina, ut ſaepe ſolet.* Vid. *Gnom.*

21 πάντων) *edd. mſſ.* ex priore parte verſiculi, vel ex v. 18. 24. (~) *Al. Gen. Chryſ. Æth. Armen. Lat. Iren. Tertull. Cant. Syr.* ¶ (τῶν) *Comp. Aug. 6. Seid. Vff.* cod. plurim. *Chryſ.* ~ *Er.* & al. ¶ ἀπ᾽) τῶν ἀπ᾽ *Barb. 1. Laud. 3.* Vtroque modo *Chryſoſtomus.* ¶ ἀπ᾽ αἰῶνος) *edd. mſſ. Chryſ. Syr.* ex loco uſitatiſſimo, Luc. I. 70, & quidem, apud *Latinos*, eodem verborum ordine. (~) *Armen. Tertull. Iren. Cant.*

22 (~ γὰρ) *Al. Lat.* item *Cant. Cov. 2. Laud. 3. Lin. Mont. N. 1. Seid.* manu prima, *Iren. Chryſ.* ¶ πρὸς τὰς πατέρας) *edd. mſſ. Iren.* &c. ~ *Al. Lat.* item *N. 1. Copt. Syr.* ¶ ὑμῶν ἐκ) ἡμῶν ἐκ *Vff.* & alii.

24 οἱ προφῆται) ~ *Irenaci* interpres.) ¶ (~ καὶ) *Aug. 6. Lat.* plerique. ¶ κατήγειλαν) *Comp. Er. Al. Aug. 6. Cov. 3. Vff.* & bis quinque alii, *Chryſ. Euthal. Oecum. Æth. Armen. Copt. Lat. Syr. Iren.* (προκατηγγειλαν) *Steph.* ed. & al. Ex v. 18.

25 (οἱ) *Al. Aug. 6. Laud. 3. N. 2. Vff.* pluresve. ¶ (ὑμῶν) *Aldi* ed., *Al. Cov. 2. Laud. 3. Pet. 1. Chronicon* Alex. *Chryſ. Lat.* in margine Biblior. reg. *Iren.* in mſ. Arundel. ¶ ἐν) *Comp. Er. Al. Aug. 6. Vff.* cod. plurimi, *Euſeb. Theophyl.* unde (pro ἐνευλ.) εὐλογιᾳ. *Er.* & al., *Chryſ.* ~ *Steph.* edd. & al.

26 ἰησοῦν) *edd.* &c. ex v. 13. (~) *Æth. Armen. Copt. Lat. Iren. Cant. Laud. 3. Chryſ. Syr. Chronicon* Al. ¶ ἐν) καὶ ἁγιάζοντα ἐν *Barb. 1. Vien.*

CAP. IV.

2 (τῶν) *Comp. Aug. 6. Vff.* & ſeptem & duo alii, *Chryſ. Theophyl. Calaritan.*

3 (αὐτὰς) *Al. Aug. 6. Cov. 2.* & alii, *Lat.*

4 ὡσεὶ) *edd.* &c. *Caſſiod.* ~ *Al. Æth. Lat.*

5 εἰς)

5 εἰς) *edd.* &c. Allit. ad γραμματεῖς. (ἐν) *Al. Barb. 7.* & alii, *Chryſ.*

7 ~ τῷ ante μέσῳ) *Comp. Aug. 6. Seid. Vff.* cod. plurimi. τῷ *Er.* & al.

8 τοῦ ἰσραὴλ) ~ *Al. Lat.* in mſ. Char. & aliis. αὐτῶν *Copt.* ἀκούσατε addunt *N. 1. Laud. 3. Æth. Arab. Lat.* aliqui, *Syr.* Non *Iſraël*, ſed *audite* habet cod. Reutl.

9 ἐπὶ) ἐπ' *Aug. 6. Vff.*

11 οἰκοδομέντων) οἰκοδόμων *Al.* & alii.

12 (ἀδὲ) *Al.* & alii. ἀδὲν *Comp.* ¶ ὑπὸ τὸν οὐρανὸν) ~ *Er.* ed. 1. 2. 3. *Aug. 6. B. 2. Cant. 2. Cov. 3. Magd. N. 2. Vff.* nonnulli apud *Bezam*, *Oecumen. Arab.*

14 (τὲ) *Al.* & alii, *Lat. Syr.*

16 (ποιήσωμεν) *Al. Aug. 6. Cant. Cov. 2. 3. Laud. 3. L. Lin. N. 1. Vff.*

17 ἀπειλῇ) ~ *Al.* & alii, *Euthal. Lat.* Terminationem verbi ſtatim arripuit librarius. ¶ ἀπειλησωμεθα) ἀπειλησομεθα *Hervag.* & al. ed. *Vff.* & alii.

18 αὐτοῖς) ~ *Al. Aug. 6.* & alii.

21 κολάσωνται) κολάσονται *Comp. Aug. 6. Seid.* cum multis, *Chryſ.* ¶ τὸν θεὸν) ~ *Lat.* coll. cap. III. 10. Habet *Calaritanus*, & mſ. *Trev.* manu prima.

24 ὁ θεὸς) *edd. mſſ. Iren. Calarit.* &c. ~ *Al. Athanaſius*, *Copt. Lat.* multi. Omiſſum, ὁ recurrente.

25 (πνεύματι ἁγίῳ) *Bezae* & *E. Schmidii* edd. & ſic fere *Al. Barb. 2. Cant. Colb. 6. Cov. 4. Gen. Laud. 3. N. 1. Pet. 1.* quinque cod. apud *Bezam*, *Athanaſ. Arab. Copt. Lat. Iren. Calaritan. Didymus* l. 2. de Sp. S. *Ambroſ. Syr.* ¶ ἡμῶν) *patris noſtri*, alio & alio loco, inſerunt *Al.* & alii, etiam apud *Athanaſium*, *Æth. Arab. Lat. Iren.* & alii, *Syr.* Conf. Marc. XI. 10. ¶ ~ τὲ) *Er. Al. Aug. 6. Cant. Pet. 1. Vff.* & alii. (τὲ) *Comp.* &c.

27 ἐν τ. π. τ.) *Steph.* ed. 1. 2. & aliæ, *Al. Barb. 3. Cant. Colb. 6. Cov. 4. Gen. Laud. 3. N. 1. Steph. δ. ε. ϊ. ιγ. Vien. Chryſoſt. Cyrill. Æth. Arab. Armen. Copt. Lat. Syr. Tertull. Iren. Calarit. Ambroſ. Hilar. Cerealis*, *Caſſiod.* (~) *Comp. Er.* &c. ¶ (λαὸς) *Laud. 3. Lin.* nonnulli cod. apud *Er. Theophyl.* Conſer *Gnom.*

30 (~ τὲ) *Comp. Cant. Cov. 4. Gen. Laud. 3. Chryſ. Euthal.* ¶ (~ ἁγίᾳ) *Lat.* in mſ. Trev. Conſer v. 27. In *Coptico* interprete deeſſe ait appendix Millii: ſed neque in eo neque in *Arm.* deeſſe, docuit nos cel. La Croze.

31 παῤῥησίας) παντὶ τῷ θέλοντι πιστεύειν additum perperam apud *Iren.* &, ex eo, in *Cant. Laud. 3.* & inde apud *Bedam.*

32 μία) *nec fuit inter illos diſcrimen ullum* addit *Cyprianus*, proxima Lucæ ſpectans, &, ex eo, *Cant. Laud. 3. Bedæ.*

33 ἐστὲ)

33 ἰησᾶ) ἰησᾶ χριςᾶ *Comp. Al. Seid.* & alii.

35 τι ἄν) ~ *Aug. 6. Vff.* & alii.

36 ἰωσῆς) ἰωσὴφ *Al. Steph. ï. ια.* & alii, *Arab. Copt. Lat. Syr. Epiphan. Euthal.* ¶ ὑπὸ) ἀπὸ *Al. Sin.* & alii.

CAP. V.

3 ἐπλήρωσεν) ἐπείρασεν *Athanaſ.* & *Lat.* aliqui. ¶ νοσφίσασθαι) νοσφίσασθαί σε *Er. Vff.* & alii.

5 ὁ poſt δὲ) *Comp. Al. Seid. Vff.* cod. plurimi. ~ *Er.* & al. ¶ ταῦτα) ~ *Al. Cant. Cov. 4. Gen. N. 2. Lat.*

9 τί) ~ *Syr. Arab.*

12 ἠγίνετο) *Comp. Beza, Al. Seid.* & alii. ἠγέρετο *Er.* & al.

14 πιςεύοντες) οἱ π. *Al. Lin. Mont.* ¶ πλήθη) πλήθει *Aug. 6*, (qui tamen v. 16 pro ἀσθενεῖς, ἀσθενὴς habet, per compenſationem,) *Caeſ.*

15 κατὰ τὰς πλατείας) ~ *Æth.* ¶ κατὰ) καὶ εἰς *Al.* & alii. ¶ ἀυτῶν.) & *liberabantur ab infirmitate ſua*, addit *Calaritanus.* Et ſic fere plerique cod. Latini, ſed maxima in verbis diſcrepantia, quæ Gloſſam indicat. Poſſit in Græcis hiatus, αυτᾶν recurrente, admiſſus videri: ſed in mſ. Lat. *Reutlingenſi* eſt, *& liberabantur omnes ab infirmitate*, abſque *ſua*, ἀυτῶν. Ex Latinis nonnulli Græca hîc quoque varie fingunt. Vid. *Gnom.*

18 αὐτῶν) ~ *Al.* & alii, *Euthal. Lat.*

23 ~ ἔξω) *Comp. Al. Aug. 6. Seid. Steph.* omn. *Vff.* & novem & tres alii, *Chryſ. Euthal. Theophyl. Æth. Arab. Lat. Syr. Calarit.* (ἔξω) *Er.* prope ſolus. ¶ πρὸ) ἐπὶ *Al.* & alii, *Lat.* in mſſ.

24 ἱερεὺς καὶ ὁ) *Er.* &c. Lectio media: omiſſa in *Al.* & aliis, (niſi alliteratio eſt ad ἱεροῦ.) varieque mutata in *Comp. Arab. Syr.* & aliis.

25 ~ λέγων) *Er. Al. Aug. 6. Barb. 7. Gen. Vff.* & octo & tres alii, *Euthal. Lat. Syr.* (λιγων) *Comp.* & al.

28 ὃ) ~ *Al. Athanaſ. Lat. Barb. 1.* Legit & non legit *Cyrillus*, & *Cant.* bilinguis. Etiam ſine οὐ manet *Interrogatio.* Fortaſſe librarius recentior poſt λιγων cœperat ſcribere ὅτι, & mox verſo ſtilo fecit οὐ.

29 ~ ὁ poſt δὲ) *Comp. Seid. Vff.* plureſve, *Chryſ.* ὁ *Er.* &c.

31 δεξιᾷ) *edd. mſſ.* etiam *Cant.* græce &c. δόξῃ *Lat.*

32 αὐτῷ) *edd. mſſ.* ex cap. XIII. 31. (~) *Al. Cant. Cov. 2. 3. Mont. 1 Pet. 3. Æth. Arab. Lat. Syr. Chryſ.*

33 ἀκέσαντες) ἀκέοντες *Vff.* & bis quinque alii.

34 (ἀνθρώπες) *Al. Copt. Lat.* plerique, *Chryſoſt.* Sic v. 35.

36 ᾧ) μέγαν, ᾧ *Comp. Al. Vff.* & alii, *Orig. Æth. Arab. Lat.* aliqui, *Syr.* Ex c. VIII. 9. ¶ προσεκολλήθη) *Er.* neſcio an *Colb. 6. Seid. Sin.* cum *Cov. 2. 4. Gen. Vien. Chryſ.* Lectio facilior. (προσεκλήθη) *Comp. Er.* ed. 1, (quanquam Emendanda προσεκολλήθη habent,) *Aug. 6. Seid.* (cum ο inter κ & λ a manu ſecunda,) *Steph.* omn. *Vff.* & ſex & tres alii, *Euthal.* Lectio media. unde etiam προσεκλιθη *Al. L. Pet. 1. Cyrill.* προσετέθη *N. 1.* at, *conſenſit*, habet *Lat.* ¶ ἐγένοντο) *redactus eſt* habet *Lat.* in mſ. Trev. & aliis apud Hentenium & Zegerum.

37 ἱκανὸν) *edd.* &c. ex c. XIX. 26. (— *Al.* apud Fellum, *Lat. Barb. 1. Cyrill.* unde πολὺν *Euſeb. Cant.*

38 (— αὕτη) *Er. Vff.* & aliquot alii, *Theophyl.*

39 δύναθε) δυνήσεθε *Aug. 6. Barb. 5. Cov. 4.* & alii bis quatuor, *Orig.* & alii. ¶ αὐτὸ) *edd.* &c. nec non *Caſſiod.* unde ἀυτῷ *Seid.* αὐτὲς *Al.* & ſeptem alii, *Æth. Lat.* aliqui. — *Lat.* multi apud Zegerum.

41 (— αὐτᾶ) *Al. Cant. Cov. 4. Genev. Magd. Arab. Copt. Syr. Calaritan.* Lectio media. unde etiam τᾶ ἱησᾶ *Comp. Lin. Seid.* & alii, *Arab. Lat.* τᾶ κυρίᾳ ἱησᾶ *Cant. 2. Laud. 3. Theophyl.* τᾶ χριςᾶ *Pet. 1. Vff. Chryſ. Hilar.* in Gal. VI. Vid. *Gnom.* ¶ κατηξιώθησαν) Hoc ante ὑπὲρ ponit *Comp. Aug. 6* pluresve, *Lat.*

CAP. VI.

3 (κατασήσωμεν) *Elzevir.* & recent. edd. *Aug. 6. Cov. 2. 3. Lin. Steph. δ. ια. Vff. Lat.* Id mox compenſatum eodem ſphalmate in προσκαρτερήσωμεν v. 4. ut habent *Aug. 6. Cov. 2. 3. Lin. Seid. Steph. ια. ιγ.* & alii.

7 θεᾶ) κυρίᾳ *Chryſ. Lat.* multi, *Cant. Laud. 3.* ¶ ὑπήκουον) ὑπήκουε *Al. Vff.* & alii.

8 πίςεως) *edd. mſſ. Chryſ.* Ex v. 5. 7. (χάριτος) *Al. Barb. 2. Cant. Colb. 6. Cov. 4. Gen. Lin. Mont. N. 1. Pet. 3. Steph. δ. ï. ια. Armen. Copt. Lat. Syr. Arab. Didymus, Aſterius, Proclus, Euthal.* Sic Ioh. I. 14. Inde χάριτος ἡ πίςεως *Laud. 3.* χάριτος θεᾶ *Æth.*

9 (τῶν λεγομένων) *Al. Lin. Pet. 3. Vff. Euthal.*

10 (ὃ) *Cov. 3. Arab. Lat. Syr. Didymus.*

13 βλάσφημα) *edd.* &c. Ex v. 11. (—) *Al. Barb. 1. Cant. Cov. 4. Gen. Arab. Copt. Lat. Syr. Chryſ. Proclus.* ¶ — τάτε) *Comp. Al. Aug. 6. Cant. Cov. 3. Laud. 2. 3. Magd. N. 2. Pet. 1. 3. Vff. Æth. Copt. Lat. Chryſ.* (τᾶτε) *Er.* &c. *Syr.* Ex v. ſeq.

14 (ὑμῖν) *Vff. Syr.*

CAP. VII.

CAP. VII.

2, 4 χαῤῥὰν) χαρὰν *Aug. 6. Vff.* & alii.

3 γῆν) τὴν γῆν *Al. Cant. Laud. 3.* pluresve.

4 καὶ ἐκεῖθεν) *Comp. Aug. 6. Vff.* pluresve. κἀκεῖθεν *edd.* al. *Chryſ.* ¶ μετῴκισεν) μετῴκησεν *Comp. Er. Aug. 6.* cod. plur.

5 καὶ medium) ἀλλὰ *Arab. Lat. Iren. Cant.* ¶ (δῶναι αὐτὴν εἰς κατ. αὐτῷ) *Al. Cant. Gen. Laud. 3. Lin. Pet. 1. 3.* αὐτην δ. ἐ. κ. αὐτῷ unus ap. *Bezam*, nec non *Chryſ.* Etiam, pro αὐτῷ δῶναι, δῶναι αὐτῷ *Comp. Aug. 6. Seid. Vff.* pluresve, *Lat. Iren.*

6 ἅτως) αὐτῷ *Aug. 6. N. 2. Pet. 3. Steph. δ. Lat.* plerique, *Syr. Arab.* αὐτῷ ἅτως *Athanaſius.* ἅτως πρὸς αὐτὸν *Iren. Cant.* ¶ αὐτε) σε unus apud *Bezam*, idemque apud *Wech., Cov. 3. N. 1. Æth. Copt. Syr. Arab.* ¶ κακώσουσιν,) Geneſ. XV. 13 accent. (κακώτουσιν) *Er.* & al. Vid. *Gnom.* ¶ τετρακόσια) *triginta* addunt *Lat.* mſſ. Char. Col. & al.

8 (ἔτος) *Er. B. 2. Cant. 2. Magd. Steph. ιγ. Vien.*

14 ἰακὼβ) ~ *Al.* apud Fellum, *N. 1.* ¶ ~ αὐτε) *Er. Al. Aug. 6. Lin. Magd. N. 1. 2. Pet. 3. Seid. Vff.* pluresve, *Chryſ. Euthal. Lat.* plerique. (αὐτε) *Comp.* &c. ¶ ψυχαὶς ἑβδομηκοντα πεντε) ἑβδομήκοντα πέντε ψυχαῖς *Comp.* ἑβδομήκοντα καὶ πέντε ψυχαῖς *Chryſ.*

16 ᾧ) *Comp. Al. Aug. 6.* nec non *Vff.* & al. ὃ edd. al., *Chryſ.* ¶ ἀβραὰμ) Hoc ex abbreviatura nominis ἰακὼβ natum putat *Clericus* & cum eo *Artemonius* p. 212. Sed neutrum horum nominum ullo, nedum affini, compendio ſcriptum reperitur. De re, vide *Gnom.* ¶ ἐμμὸρ τε συχὲμ) *edd.* &c. Lectio media, varie mutata.

17 ἤγγιζεν) *Comp. Er. Steph. Bezae, Fell.* edd. ſine exceptione: item *Aug. 6. N. 1. 2. Seid. Vff. Chryſ.* Errati ergo eſt, quod Millius nec plures pro hac lectione codices in appendice citat, & in contextu ἤγγισεν habet. ¶ ὥμοσεν) ὡμολόγησεν *Alex. Barb. 1. N. 1. Lat.* unde ἐπηγγείλατο *Cant. Laud. 3. Beda.*

18 ἕτερος) ἕτ. ἐπ' ἄιγυπτον *Al.* & alii. Ex LXX. Exod. I. 8.

20 ~ αὐτῇ) *Er. Al. Aug. 6. Baſ. 2. Cant. 2. Cov. 3. L. Magd. N. 2. Pet. 1. Vff. Chryſ.* (αὐτῇ) *Comp.* &c. *Lat.*

21 ἐκτεθέντα δὲ αὐτὸν) ἐκτεθέντος δὲ αὐτῇ *Al.* & alii. ¶ ἀνείλετο) ἀνείλατο *Al. Vff.* & alii. Eadem dialectus v. 10. c. XII. 11. c. XXIII. 27. in *Al.* & al.

22 πάσῃ) ἐν πάσῃ *Al. Laud. 3. Vff. Orig. Lat.* in mſ. *Colon.* ¶ λόγοις καὶ ἐν ἔργοις) ἔργοις καὶ ἐν λόγοις *Er.* ¶ εν ἔργοις) ἔργοις *Aug. 6.* & alii. ἔργοις αὐτῆ *Comp. Al. Cant.* & alii, *Lat. Euthal.*

26 τε) δὲ *Lat. Laud. 3. Beza.* ¶ ὑμεῖς) ~ *Al. Gen.* & alii. *Euthal. Lat.*

27 ἡμᾶς) ἡμῶν *Al. Aug. 6.* & alii, *Theophyl.* nec non *Vff.* Ex LXX.

30 κυρίε) Conf. v. 31. ~ *Al. Barb. 1. Copt. Lat.* θεῦ *Æth.* ¶ (πυρὶ φλογὸς) *Al. Barb. 1. Gen. Laud. 3. N. 2. Steph. 1. Lat. Syr.*

31 (ἐθαύμαζε) *Comp. Er.* ed. 1. *Aug. 6. Cov. 2. Seid. Vff.* & alii bis quatuor.

32 ὁ θεὸς ἰσαὰκ καὶ ὁ θεὸς) ἰσαὰκ καὶ *Al. N. 1.* per compenſationem, coll. var. lect. c. III. 13. item *Cov. 3. Pet. 3. Lat.* in mſ. Schelh. *Syr.*

35 ἄρχοντα) *edd.* &c. *Arm. Copt.* E proximo. (ἀρχηγὸν) *Al. Pet. 1. Chryſ.* bis: neque obſtant *Lat. Syr.* ¶ ἐν χειρὶ) σὺν χειρὶ *Al. Barb. 1. Laud. 3. Pet. 3. Steph. δ. ιε. Chryſ. Euthal. Lat.* Vtrumque *Cant.*

36 γῇ αἰγύπτῳ) *Comp. Al.* (in ed. Ox. min.) *Aug. 6. Baſ. 2. N. 1. 2. Vff.* & bis quinque alii, nec non *Laud. 3. Pet. 3. Chryſ.* Lectio media, uti c. XIII. 13. unde γῇ αἰγύπτε *Steph.* ed. 3. & al. τῇ αἰγύπτῳ *Er. Cant. 2.*

37 κύριος) ~ *Al. Cant. Æth. Lat.* ¶ (~ ὑμῶν) *Al. Cant. Æth. Lat.* it. *Cov. 4. N. 1. Vff. Chryſ. Syr.* ἡμῶν *Comp. Ald. Laud. 2. 3. Pet. 1. 3.* ¶ αὐτοῦ ἀκούσεσθε) *Er. Steph.* edd. &c. *Lat. Syr.* (~) *Comp. Al. Aug. 6. Baſ. 2. Cant. Cov. 2. 3. Laud. 2. L. Magd. N. 2. Pet. 1. Vff. Arab. Chryſ. Theophyl.*

38 λόγια) λόγον *Er.* quidam codices apud *Bezam*, neſcio an ab *Eraſmo* diverſi; *Aug. 6. Baſ. 2. Cant. 2. Cov. 3. L. Arab.*

39 (τῇ καρδίᾳ) *Er. B. 2. Seid. Vff. Vien.* & ſex & tres alii, *Chryſ. Iren.*

41 ἀνήγαγον) ἀνήνεγκαν *Genev.*

42 καὶ alterum) ἢ *Lat.* aliqui, *Syr.*

43 ὑμῶν) ~ *Cant. N. 1. Syr. Orig. Iren.* ¶ (ῥεφὰν) *Comp. Laud. 3. N. 1. Theodorit. Theophylactus* Sambuci, *Copt.* (magno hîc pondere,) *Lat.* in mſ. Colon. & in Gloſſario *Philonis*, *Syr.* Lectio media, Druſio & Hodio probata; unde etiam ῥεφᾶ *Cov. 2.* & alii apud *Bezam*, quod Sam. Petito placet: ῥαιφὰν *Al.* ῥεφφὰ *Scholia* Græca: ῥεφφὰν *Aug. 6.* & bis tres alii, *Chryſ.* nec non *Vff.* Tum ῥεμφὰμ, ῥαμφὰν, ῥαιμφὰν, ῥαφὰν *Cant.* & alii, *Arab. Lat.* ῥεφὰμ *Æth.* ῥομφᾶ *Orig.* Et ſic vel ῥεμφᾶ, legendum eſſe ſtatuit *P. E. Jablonski* in tr. de Remphah. *Ægyptiacum* autem ῥεμφᾶ ſonus græcus facile litera N auxit. *Rempha* eſt etiam in *Lat.* mſ. Reutlingenſi & Schelhorniano. βαβυλῶνος) δαμασκοῦ, loco Βαβυλῶνος, alicubi legi notat *Wecheliana* editio: idque ex vetuſtis exemplaribus petitum arbitratur, & ferme approbat, Humphr. *Prideaux* in Nexu Hiſt. ſacræ cum externa, Part. I. pag. 14. 15. ed. Germ. Lectiones *Wechelianae*, ubi nullis aliis codicibus muniuntur, *Bezae* annotationibus ortum debent. Plane ex LXX int. in *Juſtinum*, quem *Beza* allegat, derivatum eſt δαμασκοῦ.

44 ~ ἐν) *Er. Al. Aug. 6. Barb. 7. B. 2. Vff.* & quinque & duo alii, *Chryſ. Arab. Lat.* (unde *cum* eſt in cod. quibuſdam,) *Syr.* (ἐν) *Comp.* &c. ¶ ἡμῶν) ὑμῶν

ὑμῶν *Steph.* ed. 1. *Al. Cant. Vff.* ¶ ἐν ante τῇ) ~ *Steph.* ed. 3. ſphalma. ¶ ὁ) ~ *Vff.* ¶ μωυσῆ) μωυσέι *Aug. 6. Vff.* pluresve, *Chryſ.*

48 ναοῖς) *edd. mſſ. Armen.* &c. Ex c. XVII. 24. (~) *Al. Cant. Cov. 4. Gen. Laud. 3. Pet. 3. Euthal. Æth. Copt. Lat. Syr.*

51 τῇ καρδίᾳ) καρδίαις vel ταῖς καρδίαις *Al.* & alii, *Euthal.* ¶ καὶ ὑμεῖς) ~ *Lat.* aliqui apud Zegerum & Bezam.

52 (καὶ ἀπέκτειναν;) *Syr. Luth.* Vid. *Gnom.*

55 πλήρης) πλήρης πίστεως καὶ *N. 2. Steph. ï. Arab. Copt. Syr.*

58 (~ αὐτῶν) *Er. Aug. 6. Lin. Pet. 1. Vff.* & quatuor & duo alii.

CAP. VIII.

1 τὲ) δὲ *Comp. Er.* ed. 1. *Aug. 6. Cant. Seid.* & alii.

2 αὐτῷ.) αὐτόν. *Aug. 6. Vff.*

6 τὲ) δὲ *Al.* & alii. Ex v. 11.

7 πολλῶι) πολλοὶ *Al.* & alii, *Euthal. Lat.* e proximo. ¶ φωνῇ μεγ.) *Comp. Aug. 6. Vff.* pluresve, *Chryſ.* μεγάλῃ φωνῇ *edd.* al.

10 (~ πάντες) *Er. Aug. 6. Cant. 2. Cov. 2. 3. Magd. N. 2. Pet. 1. Vff. Iren. Veleſ.* Hoc poſt λέγοντες reponit *Seid.* ¶ (καλαμένη) *Al.* & duo & octo alii, *Euthal. Æth. Lat. Iren.*

12 τὰ) ~ *Al.* & alii. ¶ ~ τᾶ ante ἰητᾶ) *Comp. Al. Aug. 6. Cant. Laud. 2. Mont. Vff.* pluresve, *Chryſ.* τᾶ *Er.* &c.

13 σημεῖα καὶ δυνάμεις μεγάλας γινομένας) *Stephanorum* edd. &c. (σημεῖα, καὶ δυνάμεις μεγάλας, γινόμενα) Lectio media: cujus conſtructione (de qua vid. *Gnom.*) non percepta, textus aliis quoque modis, quos tamen *Lat.* & *Syr.* redarguunt, eſt mutatus. nam δυνάμεις καὶ σημεῖα μεγάλα γινόμενα *Comp. Cov. 3. 4. Gen. Laud. 2. 3. Seid.* δυνάμεις μεγάλας καὶ σημεῖα γινόμενα *Chryſ.* δυνάμεις καὶ σημεῖα γινόμενα *Er. Aug. 6. Baſ. 2. Cov. 2. Magd. N. 1. 2. Pet. 1. Vff. Arab.* σημεῖα καὶ δυνάμεις γινόμενα *ed.* Brylingeri & al.

16 κυρίᾳ) χριςᾶ *Er. Aug. 6. Vff.* & quinque & duo alii, *Arab.*

18 θεασάμενος) ἰδὼν *Al.* & alii.

19 ἐὰν) ἄν *Steph.* ed., *Chryſ.*

21 κὰδὲ uſq. τάτῳ) ἐν τῷ λόγῳ τάτῳ ὐδὲ κλῆρος ἐν τῇ πίςει ταύτῃ *Conſtit. apoſt.* ¶ τῷ λόγῳ τάτῳ) τῇ πίςει ταύτῃ *Syr.* (quem conf. c. XIX. 20.) *Arab. Ambroſ.*

22 θεῦ) κυρίε *Al. Cant. Cov. 4. Gen. Laud. 3. Conſtit. apoſt. Baſil. Chryſ. Ambr.* Ex v. 24.

24 κύριον) θεὸν *Cant. Mont.* apud Fellum, *Syr.* & alii. Viciſſim ex v. 22.

25 διαμαρτυράμενοι) διαμαρτυρόμενοι *Comp. Er.* ed. 1. *Aug. 6. Cov. 3. Lin. Seid.* & bis tres alii, *Euthal.* ¶ κυρίε) θεῦ *Al. Lin. Mont. Æth. Arab. Lat.* aliqui, *Syr.*

26 (αὐτὴ) Vide *Gnom.*

27 ὃς alterum) ~ *Gerbelii* ed., *Al. Cant. Lat.*

28 (ἀνεγίνωτκε, ſine καὶ prævio) *Comp. Steph.* 1. & quatuor & tres alii. unde ἀνεγ. τὲ *Al.* ἀνεγ. δὲ *Pet. 3.* ἀναγινώτκων *Cant.*

30 προσδραμὼν) προδραμὼν *Comp.*

32 κείροντος) κείραντος *Al. Aug. 6.* ante raſuram, *Seid.* & ſeptem & duo alii. ¶ ἀνοίγει) ἀνοιγη *Comp. Aug. 6. Vſſ.* ἤνοιξε *Chryſ. Iren.*

33 (~ αὐτῦ) *Al. Lat. Iren.* LXX.

37 εἶπε δὲ uſque χριστόν.) *Er.* ex margine unius codicis, *Cov. 4. Gen. N. 1. Oecumenius* (Whitbio,) *Armen. Lat.* & verſio *neograeca.* ε πε δὲ αὐτῷ ὁ φίλιππος, Ἐὰν πιστεύεις ἐξ ὅλης τῆς καρδίας σε, σωθήση κτλ. *Laud.* 3. Sic *Irenaeus* l. 3. c. 12, αὐτὸς ὁ εὐνοῦχος παιδεὶς καὶ παραυτίκα ἀξιῶν βαπτισθῆναι ἔλεγε, πιστεύω τὸν υἱὸν τῦ θεῦ εἶναι ἰησῦν χριστόν. *ipſe eunuchus credens & ſtatim poſtulans baptizari dicebat, Credo Filium Dei eſſe Ieſum.* Idem libro 4. c. 40, *Facile ſuaſit Philippus eunucho, credere, eum eſſe Chriſtum Ieſum — eumque eſſe Filium Dei. Cyprianus* l. 3 ad Quirin. c. 43, *Tunc dixit Philippus, Si credis ex toto corde tuo, licet. Tertullianus* de Bapt. c. 18, *FIDES* (ſpadonis) *non moratur, aqua non exſpectatur.* Adde *Hieronymum* & *Auguſtinum.* (~) *Comp. Al. Aug. 6. Barb.* octo, *Baſ. 2. Cant. 2. Cov. 2. 3. Laud. 2. L. Lin. Magd. Mont. N. 2. Pet. 1. 3. Seidel. Sin. Steph. δ. ε. ζ. ιγ. Vſſ. Vien. Chryſ. Oecum.* comm. in cod. illo Auguſtano, *Æth. Coptica* verſio & vulgata & Sahidica, *Syr.* cod. *Latinus* Bedæ. Mutili ſunt *Baroc. Hunt. 1.* & *Cant.* neque adhuc *Lu. Pet. 2.* occurrunt. Itaque pro textu ſuperſunt *Colb. 6,* (qui tamen a v. 29 ad cap. X. 46 in pauſa eſt apud Millium, adeoque hiare videtur:) & *Steph. 1. ια,* ſi modo hi duo & non ad Latinum ſunt conformati, & integri, & dextre collati. Græci codices, qui hunc verſum certo habent, & pauculi ſunt, & inter ſe propinqui (etenim *Cov. 4. Gen. N. 1.* mox v. 39 in aliud additamentum una conſentiunt,) & hunc verſum ex Latino reſtitutum habent. *Laud. 3* quidem aperte latinizat, a ceteris græcis abludens: ſed ceteri quoque interpolationem præ ſe ferunt. nam illud, ὁ ἰησῦς χριστὸς, per articulum, nomen, cognomen, locutionem alienam facit, coll. var. Matth. I. 18. & talis confeſſio cognomen *Chriſti* potius in prædicato, quam in ſubjecto appellaret: quare *Irenaei* interpres in verbis ſupra ex libro ejus tertio notatis nativam Lucæ ſimplicitatem, præ vulgato, ſervavit. De Latiniſmo codicum gemellorum *Cov. 4* & *Gen.* conf. Var. Jac. II. 20. Variant inter ſe interpretationes *Arabicae.* Plane *Latinorum* & codicibus & patri-

patribus antiquiſſimis hic locus nititur, & nititur firmiter; ut ille locus 1 Ioh. V. 7. ad quem in §. 25 una eademque cauſa indagatur, cur Græci utrumque locum tam frequentes omiſerint, diſciplina videlicet arcani, quam Chryſoſtomus ad h. l. ſive verſum hunc ignoravit ſive diſſimulavit, certe non præterit, quum Philippi ſermonem *ſummatim* duntaxat tractans, & tractationem mox abrumpens ait, *Erubeſcite, quotquot ἀπίστοι adhuc non illuminati eſtis.* Eandem cauſam præclare notat Whitbii Antimillius ſ. 32. ¶ δὲ prius) δὲ αὐτῷ *Cov. 4. Gen. Laud. 3. N. 1. Lat.* in mſ. Char. ¶ ἔξεστιν) *licet* habet *Armen. Lat.* Gloſſa videtur eſſe, eaque pervetus. (~) *Lat.* (in mſ. Colon.) unde σωθηναι *Laud. 3.* ex parallelis. Vid. *Gnom.* ¶ τὸν υἱὸν uſque χριστὸν) εἰς τὸν χριστὸν, τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ *Laud. 3.* ¶ (~ χριστὸν) *Lat.* in mſ. Char. & Schelh. & Berolin. aliisque. *Irenaeus*, ut modo diximus.

39 πνεῦμα) πνεῦμα ἅγιον ἐπέπεσεν ἐπὶ τὸν εὐνοῦχον· ἄγγελος δὲ *Al. Cov. 4. N. 1.* & ſic fere *Genev.* & unus apud *Bezam; Caſſiod. Rabanus.* conf. v. 26 de angelo. *Hieronymus* adv. Luciſ. *Spiritum ſanctum Philippus*, inquit, *diaconus eunucho dedit.* & poſtea textum ſic allegat, *ſpiritus ſanctus venit in eunuchum.* Idem tamen in Comm. in Ieſa. LXIII ait, *Conſideremus illud, quod in Actibus apoſtolorum ſcribitur*, Spiritus Domini rapuit Philippum, & non vidit eum ultra eunuchus: *an ſuper angelo debeamus accipere. ſunt qui angelum in Spiritu ſancto haec feciſſe teſtentur.*

CAP. IX.

3 περιήστραψεν) περιέστραψεν ſphalma ultra ſeculum per complures *editiones*, quæ accuratæ putantur, propagatum; leve illud quidem, ſed curam non continuam prodens.

5 κύριος εἶπεν) ~ *Al.* & alii. ¶ ἰησοῦς) ὁ ναζωραῖος addit *Al.* & alii, *Æth. Lat.* multi; ex parall. ¶ ὃν σὺ διώκεις, ἀλλὰ ἀνάστηθι) *quia tu perſequeris Iuſtum, tibi ira eſt. Et quum tremeret, mirati ſunt. ac dixit, Domine, quid vis me facere? Dixit ei Dominus, Surge* habet *Æth.* Videtur gloſſam, ex parallelis conſectam, in margine Græci ſui exemplaris minus diſtincte ſcriptam lectamque, referre. ¶ ἀλλὰ) *Comp. Al. Aug. 6. Cov. 2. 3. 4. Laud. 2. 3. Vſſ.* & reliqui ſex claſſis primæ, porro plerique Græci codices apud *Eraſmum, Barb. octo, Cant. 2. L. Mont. Pet. 3. Scid. Sin. Steph. ϖ.* (non quo expreſſus exſtaret πάντων *omnium* Stephanicorum conſenſus; nam ſæpe hoc ϖ. occurrit, ubi nonnulli aut mutili fuiſſe videntur, aut minus accurate collati: ſed quod *nullus* expreſſe obſtaret:) *Vien.* Credo etiam *Gen.* (quem *Covelianus 4* ſemper comitem habet,) & *Colb. 6.* (cujus certe pauſa perfrequens eſt.) Adde *Chryſ. Euthal. Arab. Copt.* (etiam in Sahidico exemplari,) *Syr.* Hiant *Bar. Cant. Hunt. 1. La. Pet. 2.* (σκληρόν σοι πρὸς κέντρα λακτίζειν. τρέμων τε καὶ θαμβῶν εἶπε, κύριε, τί με θέλεις ποιῆσαι; καὶ ὁ κύριος πρὸς αὐτόν) *Er.* (ex cod. Græco ad Latinum conformato, quem ſecutus etiam videtur c. III. 20. VIII. 37. X. 6.) & inde al. editiones: *Lat.* non initio, ut ex *Laud. 3* patet; ſed ſenſim, ex c. XXVI. 14. XXII. 10. nec tamen plane diſſentit

dissentit *Armen.* Ipsos Latinos codices vetustiores variare & Erasmus notat, & ex *Breviario* ms. apparet, in quo aliter aliterque hic refertur locus. Illud, σκληρόν σοι πρὸς κέντρα λακτίζειν, hic agnoscunt *Oecumenius*, *Arab. Æth.* ut Whitbius notat. Agnoscit etiam *Syrus:* sed cum *Arabe* versui 4 subjungit, ex paralleliſmo videlicet, cui *Æthiopem* quoque obsecundantem vidimus modo. Valla: *Non hic, sed inferius legitur*, Durum est tibi contra stimulum calcitrare: *caetera verba nusquam inveni, sed hoc tantum*, Surge &c. Congruit Beza, quem Revius non recte inspexit. Multa ejusmodi adjecta sunt *Actis* potissimum in codd. Lat. quæ v. gr. Lyranus passim notat. Longiorem periocham, σκληρὸν — αὐτὸν, Glossam esse, ex parallelo c. XXVI. 14, & ex paraphrasi compositam, prodit multiplex inter paucos, periocham referentes, discrepantia. Tribus diversis versiculi quinti locis hanc sententiam, σκληρόν σοι πρὸς κέντρα λακτίζειν, exhibent versiones nonnullæ, vel potius editores versionum, paraphrasi illa τρέμων κτλ. vel prætermissa vel adhibita. Nullus codex ms. Græcus, *Florentino* quidem concilio antiquior; nullus Græcus commentator, ne *Theophylactus* quidem; nullus *Latinus* Lyrani ætate potior, periocham exhibet. In Latinis codicibus paulatim est enata, & inde in Græcum unum alterumve haud pridem propagata. Antiquitas optimorum testium singulari consensione lectionem nostram defendit. Copiosius hoc declaratum est in *Novis literariis Tubingensibus* A. 1739 num. 18 & 19, atque in *Defensione* seorsum eodem anno, iterumque Anno 1745 a me edita. Videatur *Appendix* n. VIIII. Sect. II.

6 λαληθήσεταί σοι τί) *ego ostendam tibi omnia quae*, (iterum ex parallelo,) *Æthiops.* ¶ τί σε) ὅτι σε *Al. Gen. N. 1.*

7 ἐνεοὶ) *Al. Aug. 6.* cod. plurimi. ἐννεοὶ *edd.*

8 δὲ med.) τὲ *Er. Aug. 6. Vff.* & alii, *Chrys.* ¶ ἑδένα) *edd.* &c. uti v. 7. (ἑδὲν) *Arab. Lat. Syr.*

12 ἐν ὁράματι) ~ *Al. Æth. Copt. Lat. Beda.* ¶ ἐπιθέντα) ἐπιτιθέντα *Er. B. 2.*

13 ~ ὁ ante ἀνανίας) *Comp. Er. Al. Aug. 6. Mont. Seid. Vff.* plurescve. ὁ *Steph.* edd.

17 (~ ἰησᾶς) *Er. Aug. 6. Cov. 3. Vff.* & bis quinque alii, *Æth. Arab. Coptica* utraque.

18 ὡσεὶ) ~ *Æth. Copt. Lat.* in ms. Col. *Cassiod.* ¶ ~ παραχρῆμα) *Er. Al. Aug. 6. Vff.* & alii bis quatuor, *Oecum. Copt. Lat. Syr.* Sed post λαβὼν ponunt *Æth. Arab.* (παραχρῆμα) *Comp. Steph.* ed. &c. *Chrys.*

19 ὁ σαῦλος) Initium periochæ. (~) *Al. Barb. 1. Laud. 3. Lin. Mont. Pet. 3. Chrys. Euthal. Æth. Lat. Syr.*

20 ἐν) *ingressus* præfigit *Æth. Lat.* ¶ (ἰησῦν) *Al. Barb. 2. Laud. 3. N. 2. Pet. 1. 3. Euthal. Æthiop. Lat. Iren. Syr.*

21 ἐληλύθει) ἐλήλυθεν *Er. Aug. 6. Vff.* & quinque & duo alii, *Chrys.*

24 τὲ alterum) ~ *Al. Aug. 6.* & alii.

25 καθῆκαν)

25 καθῆκαν) καθῆκαν αὐτὸν *Al. Vff.* & alii, *Euthal.*

26 (~ ὁ σαῦλος) *Al. Barb.* 1. *Pet.* 3. *Euthal. Æth. Copt. Lat. Syr.* ¶ (ἐν) *edd.* primæ, *Aug.* 6. *Seid. Vff.* & ſeptem alii & unus. Ex v. 28.

28 (εἰς) *Comp. Er.* ed. 1. 2. 3. 4. *Al. Aug.* 6. *Cant.* 2. *Cov.* 3. *Laud.* 2. *L. Magd. N.* 2. *Sim. Steph. δ.* ιγ. *Chryſ.* ad v. 43. (qui idcirco καὶ ἐκπορευόμενος omittunt cum *Al.* apud Fellum, *B.* 2. & *Steph θ.* & *Oecum.* quanquam *Er.* in ed. 5. ſe id ex commentariis, qui Chryſoſtomi titulo leguntur, adjeciſſe annotat:) item *Cov.* 4. *Gen. Laud.* 3. *N.* 1. *Pet.* 3. *Seid.* qui item καὶ ἐκπορευόμενος, ni fallor, omittit. Ex v. 26. ¶ καὶ alterum) ~ *Al. Lat.* in mſ. Char. ¶ ἰησῦ) ~ *Al. Laud.* 3 apud Fellum.

29 ἑλληνιϛὰς) *edd. mſſ. Syr.* &c. ἕλληνας *Al. Lat.* de quo conf. Var. c. XI. 20.

30 αὐτὸν prius) αὐτὸν νυκτὸς *Lat.* multi, *Syr.* Ex v. 25. ¶ αὐτὸν alterum) ~ *Al.* & quatuor & duo alii.

31 αἱ μὲν ἓν κτλ.) *edd. mſſ. Chryſ. Oecum.* &c. Ex cap. XVI. 5. (ἡ . . . . .) *Al. Barb.* 1. *Cov.* 4. *Gen. N.* 1. *Pet.* 3. *Steph. δ*, (quanquam Stephani margo varietatem hanc cohærentem in tres partes dividens, ſecundo & tertio loco β habet,) *Æth. Lat. Syr. Dionyſius* Al. ad qq. Pauli Samoſ. *Euthal.*

32, 35 λύδδαν) λύδαν *Comp. Aug.* 6. nec non *Cov.* 3.

34 ἰησοῦς ὁ) ὁ ἰησοῦς *Er.* ὁ *Baſ.* 2. *Chryſ.*

35 καὶ τὸν) καὶ τὴν *Comp.* ¶ (ἀτσάρωνα) *Er. Aug.* 6. *Barb.* 6. & ſex & duo alii, *Chryſ. Oecum.* ת emphatico ſimul expreſſo. ἀσάρωνα *Vff.* σάῤῥωνα *Al.* σάρωνα *Beza, Lin.* & alii. ἀτσαρωνᾶν *Caroli Stephani* ed. *Saronae*, vel *Sarone* potius, *Lat.*

38 δυο ἄνδρας) *edd.* complures cum *mſſ.* idoneis, *Lat. Syr. Baſil.* (~) *Er. Aug.* 6. *Pet.* 1. *Vff.* & bis ſex alii, *Arab.* Habet & non habet *Chryſ.*

39 ἐπιδεικνύμεναι) αὐτῷ addit *Lat.* hodie, *Syr.*

CAP. X.

1 (~ ἦν) *Al. Aug.* 6. *Cov.* 2. *Lin. Mont.* N. 1. 2. *Pet.* 3. *Chryſ. Euthal.*

2 (~ τὲ) *Al. Barb.* 1. *Cov.* 3. *Laud.* 3. *Lat.* & alii, *Chryſ.*

3 τῷ) ~ *Vff. Chryſ.*

5 σίμωνα) σίμωνά τινα *Comp. Al. Laud.* 2. *N.* 1. *Seid. Steph.* ï, *Lat.* Ex v. 6. ¶ ὃς ἐπ. πέτρος) τὸν ἐπικαλούμενον πέτρον *Er. Aug.* 6. *Sin. Vff.* & octo & tres alii. Ex c. XI. 13.

10 βεβαίαν κτλ.) *edd. mſſ. Ambroſ.* l. 3 de fide, c. 6. (ἵνα διὰ τῶν καλῶν ἔργων — ποιῆσθε) *Barb. 1. N. 1. Steph. δ. ια. ιγ. Armen. Copt. Lat. Beda*, & ſic fere, ὑμῶν ante ἔργων inſerto, *Al. Cov. 2. Æth. Syr.* Gloſſa, neque hæc una catholicis adſperſa epiſtolis in his codd. Allegat tamen Lutherus in Poſtilla eccl. T. II. f. 557 ed. Spener. Conf. 1 Petr. IV. 19. Ac viciſſim Eſtius non obſcure Gloſſam fatetur.

11 εἰς) ἡ εἰς *Aug. 6. Vff.*

12 οὐκ ἀμελήσω) *edd. mſſ. Armen. Copt.* &c. Facilitatis ſpecie. (μελλήσω) *Al. Cov. 2. 4. Gen. Lat. Heſych. Suidas.* nec non *Steph. ια. Curcell.* margo. *non differam* habet *Caſſiod.* Vid. *Gnom.* ¶ ἀεὶ) ~ *Vff.* & alii. ¶ ὑμᾶς ἀεὶ) *Er.* &c. *Lat.* ἀεὶ ὑμᾶς *Comp. Aug. 6.* pluresve.

14 καθὼς) *ſecundum quod* (καθὸ) *Lat.*

19 τὸν προφητικὸν λόγον) τῶν προφητικῶν λόγων *Steph. ε.* Refutatur hæc lectio per cetera monumenta omnia. Vide *Abriſs der Brr. Gem.* § 171.

21 (~ οἱ) *Comp. Aug. 6. Baroc. Cov. 2. 3. Lin. N. 1. 2. Pet. 2. 3. Vff.*

CAP. II.

CAP. II.

1 παρεισάξουσιν) παρεισάγουσιν *Vff.* & quidam codd. apud *Gerh.* ad h. l.

2 ἀσελγείαις) *Comp. Colinaei & H. Steph. ed.*, *Al. Aug. 6. Baroc. Colb. 7. Cant. 2. Cov. 2. 3. 4. Laud. 2. L. Lin. Lu. Magd. N. 1. 2. Pet. 1. 2. 3. Sin. Steph. δ. ε. ζ. ι. ια. ιη. Vff.* & codd. apud *Stunicam*, nominatim *Rhodius*; *Æth. Arab. Armen. Copt. Lat. Syr. Euthal. Oecumen.* Probat Gerhardus, & Anonymus apud Hedingerum ad h. l. (ἀπωλείαις) *Er.* & al. edd. *Vien.* nescio, an etiam *Gen. Seid. Steph. θ.* cum *Hunt. 1.* & *Oecumenio*, quibus Erasmus congruere solet. Ex alliteratione ad v. 1. 3. *Erasmi* textus, & *Oecumenius* (cujus tamen anceps lectio est) & cod. mss. *duo tresve*, qui ἀπωλείαις habent, plane inter se propinqui, adeoque unius codicis instar sunt. Librarius non valde antiquus, per festinationem id arripuit ex v. 1. ἀσελγείαις habent reliqua monumenta omnia: & hanc lectionem sequitur *Newtonus* in Ap. p. 168, posthabita versione Anglicana. sed literatissimus quidam Vir ἀπωλείαις retinet. ἀπωλείαις habent, ut dixi, *Er.* & al. edd., *Vien.* nescio, an *Gen. Seid. Steph. η.* cum *Hunt. 1.* Caute posui, *nescio an:* etenim *Seidelianus* in lectionibus, quæ *Kusterum* fugerant, & mihi postea per amicos impertitæ sunt, habet ἀσελγείαις. Eo magis dubium est, an *Gen. Steph. θ. Hunt. 1* habeant ἀπωλείαις. Textus *Oecumenii* excusus habet ἀπωλείαις. sed in ms. est ἀσελγείαις, consentiente commentario excuso juxta atque manuscripto. Hic ipse codex ms. quem *Augustanum 6* vocare solitus sum, & *Vssenbachianus*, in quo pariter ἀσελγείαις reperi, quin idoneis codicibus accensentur, causa nulla est. Quotiescunque utraque lectio sanam habet sententiam, in utramque partem aliquid dici potest: decisio autem pendet a codicibus, & ea quidem lectio, quæ non nisi in Græcis aliquot codicibus exstat, ut h. l. ἀπωλείαις semper, ut recentior, ei postponenda est, quæ præter codices Græcos versionibus antiquis & patribus nititur, ut h. l. ἀσελγείαις.

Huc quum semel sum progressus, de codicibus *graecolatinis* aliquid attingam, ut occasione suppeditata utar ad fructuosam observationem inculcandam. *Graecolatini* igitur codices, in occidente ex vetustis Græcis & Latinis dudum, sed parum dextre, coagmentati, ubicunque propriium quidpiam & a Græcis Latinisque ceteris abludens habent, ipsive aliud Græce, aliud Latine referunt, nil valent. Salubriter consulit integritati N. T. qui codices græcolatinos, proprie bilingues, amolitur. Nam iis exauctoratis, magna pars varietatum sublata est. Si a gravissimo loco 1 Ioh. V. 7. discesseris, compendiosior nusquam crisis est N. T. Græci, quam in epistolis VII catholicis. Quamobrem? quia græcolatinis codicibus carent. Nulla tali pacto sincera lectio in discrimen adducitur, sed receptior textus tanto firmius munitur. Vid. Appar. crit. P. I. § XXVIII. P. II. ad Act. Ap. ante c. I. 1, item ad ep. ad Rom. ante c. I. 1, & ad Rom. XII. 11. *Gnomon* ad Luc. III. 36. ¶ ὁδὸς) δόξα *Al. Steph. ιη. Æth.*

3 (νυστάζει) *Comp. Aug. 6. Barb. 5. Cant. 2. L. Lin. Lu. Magd. N. 1. 2. Vff.*

4 ζόφῳ) *inferni* habet *Lat.* ¶ τηρυμένους) *Comp. Aug. 6. Baroc. Cant. 2. Cov. 3. 4. Gen. Laud. 2. L. Lu. Magd. N. 1. 2. Pet. 1. 2. 3. Seid. Steph. ε. θ. ι. Vff.* nonnulli apud *Er.* κολαζομένους τηρεῖσθαι *Colb. 7.* κολαζομένους τηρεῖν *Al. Barb. 1. Cov. 2. Lin. Steph. δ. ια. ιγ. Arab. Lat. Syr.* Ex v. 9. (τετηρημένους) *Er.* nescio an *Sin. Steph. ζ.* cum *Cant. 3. Hunt. 1. Vien. Oecum.*

6 γομόῤῥας) *edd.* &c. Quod facile arripi potuit ex alliteratione ad τεφρώσας. (γομόῤῥων) sic, vel γομοῤῥῶν *Steph. δ. ιγ. Lat.*

9 πειρασμὸς) πειρασμῶν *Comp. Aug. 6.* & al.

10 ἐπιθυμίᾳ) ἐπιθυμίαις *Gen.* & alii, *Syr.* ¶ κυριότητος) κυριότητας *Comp. Hunt. 1. Vff. Lat.* aliqui. Ex rhythmo. ¶ (τολμηταὶ,) De hoc commate, ab aliis addito, vid. *Gnom.* ¶ ὑ τρέμουσι) comma addit *Steph. ed. 1.* & *Lat.*

11 κατ' αὐτῶν) Id reciproco sensu accipiunt *Arab. Lat.* ex quo καθ' ἑαυτῶν *Steph. ιγ.* ¶ (— παρὰ κυρίῳ) *Al. Steph. ιγ. Æth. Copt. Lat. Syr. Ephraim, Euthal.* παρὰ κυρίῳ *Aug. 6.* & al. ¶ παρὰ) — *Pet. 3.*

12 (γεγεννημένα) *edd. principes, Beza, Al.* ex rasura, *Aug. 6. N. 1. 2.* pluresve. —) *Lat. Steph. ιγ.* ¶ καταφθαρήσονται) καὶ φθαρήσονται *Al.* & al. *Lat.* in mss. Schelh. Ex alliteratione καὶ φθορὰν. φθαρήσονται *Ephraim.*

13 (ἀγάπαις) *Al.* (qui item in Ps. LXXVII. 36. pro ἠπάτησαν, habet ἠγάπησαν) *Barb. 1. Æth. Lat.* & *Tr.* de singularit. cleric. Ex Iud. v. 12, ubi pro ἀγάπαις, ἀπάταις habet *Al.* per compensationem. ¶ αὐτῶν) — *Arab. Lat.* in mss. Schelh..

14 (ἀκαταπάυστα) *Colin. ed. Barb. 1. Bas. 2. Cov. 2. 4. Hunt. 1. Pet. 3. Euthal. Æth. Lat.* quanquam *incessabiles* testatur Estius *in nonnullis adhuc exemplaribus* legi. ¶ (πλεονεξίας) *Comp. Al. Aug. 6. Gen. Lu. Steph. omn. Vff.* & sex alii, *Æth. Syr. Euthal.* Rhythmus, κατάρας &c.

15 — τὴν ante ἐυθεῖαν) *Comp. Al. Aug. 6. Caes. Vff.* codd. plurimi. τὴν *edd.* al. ¶ τὸ alterum) *ex* habet *Lat.*

16 παραφρονίαν) *edd. mss. Oecumenius* in comm. Vocabulum neque apud LXX, neque alibi obvium, natum videtur ex alliteratione ad παρανομίας. unde etiam παρανομίαν *Euthalius.* (παραφροσύνην) *H. Stephani* ed. 3. *Cov. 2. Lin. Steph. δ. ιγ.* pluresve, *Oecumenii* textus.

17 νεφέλαι) *edd.* &c. Ex Iud. v. 12. (καὶ ὁμίχλαι) *Al. Barb. 2. Cov. 3. 4. Gen. L. N. 1. Pet. 3. Steph. δ. ι. ια. ιγ. Euthal. Æth. Copt. Lat. Hieron.* ¶ (— εἰς αἰῶνα) *Æth. Lat. Hieron. Barb. 1. Syr.* sed habet *Cassiodorus.*

18 φθεγγόμενοι) φθεγξάμενοι *Er. Magd.* & alii, *Oecum.* in textu. Ex v. 16. ¶ ἀσελγείαις) *edd. mss.* &c. Ex rhythmo ἐπιθυμίαις. unde ἐν ἀσελγείαις *Oecum. Beza*, e *Scholiis* Græcis duntaxat, & sic tamen *edd.* recent. (ἀσελγείας) *Barb. 5. Cov. 4. Gen. Pet. 1. Steph. ι. Lat. Hieron. Augustin.* ex alia & alia versione. Vid. *Gnom.* ¶ ὄντως) *edd. mss. Armen.* &c. (ὀλίγως) *Al. Cov. 2. Steph. ια. ιγ. Copt. Lat. Hieron. Arab.*

Arab. Syr. solito consensu; ex similitudine literarum; vel etiam ex phantasia librarii, quæ ab ἀτελγειαις, λιγ facillime repetiit. Inde (quia ὀλίγως rarissimum adverbium est, quod apud Hippocratem loco a lexicographis citato non reperimus; quanquam Athanasius habet, in Ep. ad Rufinian. ὀλίγως & μεγάλως opponens) porro ὀλίγον *Comp. Laud. 2. Seid.* solito item consensu. Pari vero proclivitate utrumvis pro altero arripuere librarii. unde postmodum in margine lectio ὀλίγως præplacuit. Minus enim, quam rationes ferrent, lectioni illi tribueram. ¶ ἀποφυγόντας) *edd.* &c. Sic v. 20. (ἀποφεύγοντας) *Al. Barb. 1. Cov. 4. Steph. δ. 1. Arab. Lat. Syr.*

20 εἰ) *oi Comp. Cov. 4. Gen. Lin.* manu recentiori. unde pro γέγονεν, καὶ γέγονεν *Cov. 4. Gen.* γεγονε γὰρ *Lin.* ¶ κυρίκ) κυρίκ ἡμῶν *Al. Aug. 6.* & al. ¶ καὶ σωτῆρος) ~ *Lu. Syr.* & al. καὶ σωτηρος ἡμῶν *Cov. 2.* & al. ¶ δὲ) ~ *Aug. 6. Lat.*

21 ἐπιςρέψαι) εἰς τὰ ὀπίσω ἀνακάμψαι *Al. Cov. 2. Steph. δ. ια. Lat.* & al. Periphrasis verbi magis in bonam partem usitati antiquissima. ἐπιςρέψαι εἰς τὰ ὀπίσω *Steph. ιγ.* ex *Lat.*

CAP. III.

1 ἤδη) *ecce* habet *Lat.*

2 ἡμῶν)˜ = *Gen.* & (qui id post σωτῆρος ponunt) *Æth. Syr.* (ὑμῶν) *Comp. Al. Baroc. Cant. 2. 3. Cov. 2. L. Lu. N. 1. 2. Pet. 1. 2. 3. Vss. Arab. Lat.*

3 ἐσχάτε) ἐσχάτων *Al.* & al. ¶ (ἐν ἐμπαιγμονῇ) *Al. Barb. 2. Cov. 4. Gen. N. 1. Pet. 3. Steph. δ. 1. ια. ιγ.* (quanquam ἐν deest in marg. ed. Steph.) *Cyrillus Al. Euthal. Æth. Arab. Lat. Augustin. Cassiod. Syr.* Id Millius ita probat, ut ἐμπαίκται pro glossa habeat ex Iud. v. 18. ¶ αὐτῶν ἐπιθ.) ἐπιθυμίας αὐτῶν *Comp. Aug. 6. Vss.* ¶ αὐτῶν) ~ cod. *Hippolyti.*

7 τῷ αὐτῷ) *Comp. Aug. 6. Baroc. Cant. 2. 3. Hunt. 1. Lin. Lu. N. 1. 2. Syr.* Scriberet, opinor, Petrus τῷ λόγῳ αὐτου. τῷ αὐτῷ *Beza* (e *Steph. 1. ια. Lab.*) & recent. edd. nec non *Al. Cov. 2. 3. 4.* αὐτῷ *Er. Steph.* ed. *Oecum.* nescio an alii cum *Magd.* τῷ *Vss.* ¶ (πυρὶ,) *Aug. 6.* in comm.

8 ἓν δὲ τοῦτο) ἐν δὲ τούτῳ *Vss. Euthal.*

9 (δι) *Al. Colb. 7. Steph. δ. Æth. Lat. Syr.* ¶ (ὑμᾶς) Iidem & *Hervagii ed. Aug. 6. Cov. 4. Lin. Pet. 3. Steph. 1. ιγ.*

10 ἐν νυκτὶ) *edd. mss.* plur. Multi ex 1 Thess. V. 2 repetunt. (~) *Colinæi ed. Al. Colb. 7. Cov. 2. 4. Gen. Pet. 3. Euthal. Æth. Copt. Lat. Syr. Didymus, Augustinus.* ¶ οἱ) ~ *Aug. 6. Vss.*

12 θεοῦ) κυρίκ *Cov. 4. Gen. Pet. 2. Arab. Lat.* Rara locutio, *dies Dei.* Pro *diei Dei*, interpres Latinus, aut librarius valde antiquus, *diei Domini*, commodioris fortasse pronunciationis gratia, posuit. Id secuti sunt codices quidam Græci pathm Latinizantes. Vicissim unus cod. Latinus in margine Lovan. habet *diei Dei.* Vid. *Gnom.* ¶ τήκεται) ταχήσεται *Comp. Aug. 6.* & al.

13 κατὰ)

13 κατὰ) καὶ *Al. Lat.* in mſ. Colon. Schelh. & alibi. Ex allit. ad καινήν.

14 (ἄμωμοι) *Al. Colb. 7. Cov. 2. N. 1. Steph. ε.* Rhythmus, ἀγαπητοὶ, ἀμώμητοι.

15 (— ἡμῶν) *Cov. 3. N. 1. Syr. Euthal.* ὑμῶν *Vff.*

16 αὐταῖς) αὐτοῖς *Al.* ¶ οἷς) αἷς Idem (per Compenſationem) & *Barb. 2. Cov. 2. 4. Steph. δ. ι. ια. Æth. Arab.*

18 χριστῷ) χριστῷ καὶ θεῷ πατρὸς *Pet. 3. Steph. ιγ. Euthal. Syr.* Ex c. I. 2. ¶ καὶ ante εἰς) — *Comp. Lat.* aliqui.

EPISTOLA I IOHANNIS.

Habent eam

EDITIONES, *Comp. Er.* &c.

MS. CLASS. I. *Al. Aug. 6. Bar. Cant. 2. 3.* (a cap. I. 1. ad c. III. 20.) *Cov. 2. 3. 4. Hunt. 1. Laud. 2. Lin. Magd. N. 1. 2. Pet. 1. Vff.*

CLASS. II. *Barb.* octo, *Baſ. 2. 3. Colb. 7. Gen. L. Lu. Pet. 2. 3. Seid. Sin. Steph. δ. ε. ζ. θ. ι. ια. ιγ. Trin. Vien.*

VERSION. *Æth. Arab. Armen. Copt. Lat. Syr.*

PATRES, *Euthal. Oecum. Auguſtin.* &c.

CAP. I.

4 ἵνα) *gaudeatis* & addunt *Lat.* plerique. ¶ ὑμῶν) *Er. Steph. ed. 1. Bezae* & al. edd. *Al. Cov. 2. N. 1.* omnes apud *Er.* pluresve alibi, cum *Vff. Oecum. Æth. Arab. Lat.* (ἡμῶν) *Comp. Steph. ed. 3.* & al. cum multis mſ. *noſtrum in vobis* habet *Syr.*

5 .καὶ uſq. αὐτῷ,) ·καὶ — αὐτῷ. Sic diſt. *Artemon.* p. 375. ¶· ἔστιν αὕτη) *Comp. Er. Barb. 7. Vff.* pluresve. *Oecum.* αὕτη ἐστὶν *Steph.* edd. ¶ αὕτη) — *Hunt. 1.* ¶ ἐπαγγελία) *edd.*, cum pauciſſimis mſ. v. gr. *Cov. 4. Laud. 2. Seid. Oecumenii* textus. conf. var. c. III. 11. Ex c. II. 25. (ἀγγελία) *Al. Aug. 6. Barb. 7. Baroc. Cant. 2. 3. Cov. 2. 3. Hunt. 1. Lin. Lu. Magd. N. 1. 2. Pet. 1. 2. Steph. δ. θ. να. Vff. Vien. Oecum.* in comm. *Æth. Arab. Lat. Syr. Luth.* Ambiguum eſt in *Coptico* verbum.

7 ἀλλήλων) *edd. mſſ. Armen. Copt.* &c. (αὐτῷ) *Clemens Al.* f. 321 ed. Heinſ. *Tertull.* de Pud. c. 19. *Didymus* de Spir. S. apud Hieron. f. 195. *Curcellaei* margo. Ex v. 6. ¶ (— χριστῷ) *Gen. Æth. Syr. Clemens Al. Lat.* in mſ. Char. & Schelh. *Hieron. Leo.* ¶ τῷ υἱοῦ) — *Æth.*

CAP. II.

CAP. II.

4 καὶ alterum) ~ *Al. Cov. 4. Gen.*

7 ἀδ·λφοὶ) *edd. Scid.* &c. E lectionariis. Vid. *Gnom.* ad 1 Ioh. III. 13. (ἀγαπητοὶ) *Al. Barb. 2. Cov. 2. 4. Gen. Lin.* marg. *N. 2. Pet. 3. Steph. δ. ε. ι. ια. Euthal. Copt. Lat. Syr.* ¶ ~ ἀπ' ἀρχῆς) *Al. Barb. 2. Cov. 4. Gen. Pet. 1. 2. 3. Æth. Arabs* Erpenii, *Lat. Syr. Clemens Al.* apud Cassiod.

8 αὐτῷ) αὐτῃ *Pritii* ed. 3. Notamus speciosum sphalma, ne propagetur. ¶ ὑμῖν alterum) ἡμῖν *Al.* & al. ¶ σκοτια) σκιὰ *Al.*

12 γραφω) *edd.* &c. *Photius.* Non observata partitione hujus loci : de qua vid. *Gnom.* (ἐγραψα) *Barb. 3. Colb. 7.* plurefve, *Curcell.* margo. ¶ τεκνία) παιδία *Gen.* & al. Ex eadem causa.

13 γράφω tertium) ἔγραψα *Al.* cum multis. Ex eadem causa.

14 (~ ἔγραψα κτλ.) *Bas. 3. Lat.* & inde *Comp.* sed *scribo vobis* &c. habet ms. Lat. S. Andreæ apud Brugensem, Colon. Schelh. & alii ; unde, *scribo vobis fratres, quoniam cognovistis eum qui ab initio est* habet cod. Reutling. & *Anglica* versio vetus.

17 (~ αὐτῆ) *Al. Colb. 7. Cov. 4. Gen. Orig.* ¶ αἰωνα) Videri possit hiatus, αἰῶνα recurrente. *quomodo & Deus manet in aeternum* addit *Cyprianus, Calaritan. Ruricius, Zeno, Augustinus.*

18 ὅτι prius) *edd. mss. Iren. Orig.* &c. ~ *Al. Æth.*

19 πάντες) ~ *Syr. Iren. Clemens Al.* apud Cassiod.

23 (ὁ ὁμολ. κτλ.) *Beza*, e *Steph. δ. ι. ια. ιγ. Lat. Syr.* item *Al. Barb. 2. Colb. 7. Cov. 2. 3. 4. Gen. Lin. N. 1. Orig. Cyrillus Al. Æth. Arabs* Erpenii, *Armen. Copt.* nec non Adumbrationes *Clementi* Al. adscriptæ. Omittit ms. *Lat.* Colon. Admittit Calovius in Critico sacro, p. 483. nec non Rumpæus in comm. crit. p. 294. *Qui confitetur Filium, & Filium & Patrem habet* legit *Cyprian. Hilar. August. Vigilius, Bed.* ι. ὁ ὁμολογων τὸν υἱὸν, καὶ τὸν πατέρα ὁμολογει *Epiphanius.*

24 ἕν) ~ *Al.* & al.

27 μένει) μενέτω *Colin.* ed. *Gen.* & alii, *Lat.* ex v. 24. ¶ (αὐτῆ) *Barb. 1. Cov. 2. 4. Gen. N. 2. Steph. δ. ι. ια. ιγ. Athanas. Arab. Lat.* vel etiam *Syr.* Allit. ad præced. ¶ μενεῖτε) μένετε *Al.* & alii, *Euthal. Photius, Lat.* Ex v. seq.

28 (μκ) *N. 2. Pet. 3. Euthal. Æth. Arab. Syr.*

29 εἰδῆτε) ἰδητε *Comp. Al. Aug. 6. Vss.* & al. Ex c. III. 1. ¶ πᾶς) καὶ πᾶς *Al.* & alii. ¶ γεγέννηται) γεγεννται *Er.*

CAP. III.

1 κληθῶμεν) *edd.* &c. *Cassiod.* κληθῶμεν καὶ ἐσμεν *Al.* & alii, *Syr.* at *nominemur & simus* habet *Lat.* E v. seq. ¶ ἡμᾶς) ὑμᾶς *Er. Aug. 6. Vss.* & alii, *Oecum. Arab.*

2 δὲ) ~ *Al. Lat. Orig.*

5 ἡμῶν) ~ *Al.* & alii, *Lat.* in cod. multis, *Tertull. Auguſtin.* vel etiam *Caſſiod.*

10 ποιῶν δικαιοσύνην) ποιῶν τὴν δικαιοσύνην *Al. Aug. 6.* & al. E v. 7. (ὢν δίκαιος) *Orig.* comm. in Ioh. *Lat. Tertull. Cyprian. Calaritan.* Indidem.

11 ἀγγελία) *edd.* &c. *Oecumenius* in comm. ἐπαγγελία *Gen.* & alii, *Oecumenii* textus. E c. II. 25. ¶ ἀγαπῶμεν) ἀγαπᾶτε *Lat.* multi, *Syr.*

14 (~ τὸν ἀδελφὸν) *Al. Cov. 4. Gen. Copt. Lat.* (ſed habet *Caſſ.*) *Barb. 1.* Ex c. IV. 8.

15 ἑαυτῷ) *Colin.* ed. *Al. Aug. 6. Vff.* cod. plurimi. αὐτῷ vel αὑτῷ edd. multæ.

16 ἀγάπην) ἀγ. τῦ θεῦ *Lat. Rhodius* cod. *Comp.* & inde recent. aliqui. Gloſſa ex c. IV. 9. ἀγ. τῦ χριςῦ *Arabs* Erpenii, *Syr.* apud La Croze.

18 (τῇ) *Comp. Al. Aug. 6. Vff.* cod. plurimi. ¶ (ἐν) *Al. Baſ. 2. 3. Gen. L. Pet. 2. 3. Vff.* & ſex alii, *Clemens Al. Euthal. Oecum.* exeg. Vnde ἐν etiam ante λόγῳ inſeruere *Euthal. Pet. 3.*

19 γινώσκομεν) γνωσόμεθα *Al. Cov. 4. Gen. Lin. N. 1. Pet. 3. Steph. ε, 1. Clemens Al. Euthal.* Ob πείσομεν. Vid. *Gnom.*

20 ὅτι) alterum) ~ *Al. Lin. Oecum. Lat.*

21 (~ ἡμῶν) *Al. Colb. 7. Cov. 4. Hunt. 1. Lat.* in mſ. Schelh.

23 (πιςεύωμεν) *Al. Aug. 6. Barb. 1. Cov. 2. 4. Lu. Trin.* unde πιςεύομεν *Anthologium.* ¶ τῦ υἱῦ) ~ *Al.* ¶ (~ ἡμῖν) *Comp. Er. Aug. 6. Baroc. Baſ. 2. 3. Cant. 2. Hunt. 1. Laud. 2. Magd. N. 2. Pet. 1. 2. 3. Vff.* pluresve, *Oecum.* Pronomen hoc ante ἔδωκεν eſt in *Anthologio.*

24 ἡμῖν ἔδωκεν) ἔδωκεν ἡμῖν *Comp. Aug. 6.* pluresve. Ex c. IV. 13.

CAP. IV.

2 (γινώσκεται) *Comp. Baſ. 2. Cov. 4. Gen. Laud. 2. L. Lin. Lu. Magd. Pet. 2. 3. Sin. Lat. Syr.* neſcio an *Steph. ια.* ¶ ἐληλυθότα) ἐληλυθέναι *Arab. Lat. Syr. Iren. Cyprian. Theodorit.* cod. *Vaticanus*, *Carcellaei* mantiſſa. Participium Græcum pro infinitivo poſitum cenſuere interpretes.

3 μὴ ὁμολογεῖ κτλ.) *edd. mſſ.* omnes, *Æth. Arab. Armen. Copt. Syr. Polycarpus, Cyrillus Al.* & omnes patres Græci, *Cyprianus*, *Ambroſ.* in Luc. IV. Idque defendit Cajetanus. *negat* &c. Ambroſ. in Luc. XII. *Hilar.* in 1 Cor. XV. (λύει τὸν ἰησῦν) *Origenes*, *Socrates* (qui locum hunc in antiquis exemplaribus ſic ait habuiſſe, πᾶν πνεῦμα ὁ λύει τὸν ἰησῦν ἀπὸ τῦ θεῦ, ἐκ ἔςι, queriturque, hanc lectionem ab hæreticis obliteratam. (lib. VII. cap. 32.) *Lat. Iren. Luciſer Calarit. Leo*, *Proſper*, *Caſſiodorus* (in Complex. h. l. & in Adumbr. ep. II. Ioh.) *Caſſianus*, *Beda*, *Fulbertus*

Fulbertus Carnot. (hæreticis rasuram adscribens:) *Theodoritum* addit Wandalinus. Vtrumque *Tertullianus*, *Ticonius*, *Augustinus*, *Fulgentius*. Rursum, *solvit Christum in carne venisse*, habet *Augustinus*. unde, quanquam *solvit Christum & negat in carne venisse*, Millius legendum mavult, apparet, *solvit* primo, compendii gratia, pro illo, *non confitetur* positum; (nam *solvit Iesum in carne venisse* habet etiam *Haymo* in Ap. XVII. 3.) & deinde a plerisque quasi ad hæreses refutandas efficacius, cupide arreptum. Sane verbum *solvit* humanam potius artem, quam apostolicam redolet Sapientiam. ¶ (~ τὸν) *Comp. Aug. 6. Baroc. Hunt. 1. Laud. 2. Magd. Pet. 3. Trin. Polycarpus*, *Anthologium*. ¶ τον usque εληλυθοτα) ~ *Æth.* ¶ ἰησῦν) ~ codd. in *Er.* annot. ¶ χριστὸν) ~ *Colb. 7. Arab. Syr. Theodorit.* ¶ χριστὸν ἐν σαρκὶ ἐληλ.) *edd. mss. Armen. Copt.* &c. (~) *Al. Cov. 4. Gen. Vaticanus* idem. ¶ ἐληλυθότα) *edd. mss. Cyrillus*, *Oecum.* εληλυθέναι *Polycarpus*, *Theodoritus*, *Irenaeus*, *Cyprianus*, *Arab. Syr. Curcell.* mantissa. ¶ εκ) ~ *Aug. 6. Vss.* & alii. ἀπο cod. apud *Socratem.* ¶ τοῦτό ἐστι τὸ τοῦ ἀντιχρίστου) *edd. mss. Iren. Tertull. Cyprian. Cassian. Syr.* sed *hic est antichristus* habet *Lat.* (facillima mutatione,) & *Copt.* ¶ το) ~ *Comp. Barb. 8. Laud. 2.*

4 αὐτὸς) αὐτὸν *Lat.* plerique, nec non *Æth.*

13 δεδωκεν) ἔδωκεν *Al.* & alii, *Anthologium.*

14 τεθεάμεθα) ἐθεασάμεθα *Al.* & alii, *Anthologium.*

15 ἰησοῦς) κύριος *Pet. 3.* ex indifferentia librarii.

16 πεπιστευκαμεν) πιστευομεν *Al. Colb. 7. Lat.* aliqui. ¶ αὐτῷ) αὐτῷ μένει *Comp. Aug. 6. Gen. L. Lm. Pet. 3.* & septem alii, *Cyprianus*, *Zeno*, *Augustinus*, *Fulgentius*, *Salvianus.* Ex v. 15.

19 ἡμεῖς) ἡμεῖς ὅτι *Al.* & al. ¶ (~ αὐτὸν) *Al. Cov. 4. Gen.* unde τὸν θεὸν *Lin. Æth. Lat. Barb. 1. Syr.* at *invicem* supplet *Leo.* ¶ αὐτος) *edd.* &c. *Lat.* in cod. multis, *Leo.* (ὁ θεὸς) *Al. Barb. 1. Lin. Steph. δ. ια. Lat.*

21 ἀπ' αὐτοῦ) ἀπὸ τοῦ θεοῦ *Al. Lat.* aliqui.

CAP. V.

2 τηρῶμεν) ποιῶμεν *Gen.* & alii, *Anthologium*, *Lat.*

4 ἡμῶν) ὑμῶν *Comp. Bas.* 2. & alii, *Lat.* aliqui, *Leo.*

5 τίς) τις δὲ *Hunt. 1.* & alii, *Cyrillus Al. Anthologium*, *Lat.* aliqui. *& quis* habet *Leo.*

6 αἵματος) αἵματος καὶ πνεύματος *Al.* & al. πνεύματος *Vien.* omisso ὕδατος, ut notat G. a Mastricht. ¶ ἰησοῦς ὁ χριστὸς) ἰησοῦς χριστὸς *Er. Vss. Cyrillus Al.* Vtrumque *Oecumenius.* χριστὸς ἰησοῦς *Aug. 6.* ¶ αἵματι) πνεύματι *Al. Lu.* at *sanguine & carne* habet *Etherius*, loco infra citando. ¶ ὅτι τὸ πνεῦμα *edd. versiones*, *patres* Græci. Tr. de Bapt. Hæret. apud *Cyprianum*; *Ambrosius* de Spiritu Sancto, *Fulgentius.*

tius. (*quoniam Chriſtus*) *Lat. Beda*, alii. Vnde ὁ χριστὸς vertit *Veleſius.* Vtrumque *Auguſtinus* vel etiam *Leo.* Compendium illud ſcriptionis, quo *Spiritus* & quo *Chriſtus* notatur, primæ tantummodo literæ pictura diſtinguit. Exinde hæc varietas, vel ex Ioh. XIV. 6. Vid. Ioh. Cypriani Analyſ. fidei chriſtianæ pag. 27.

7. 8 ἐν τῷ κτλ.) Hoc loco res poſtulat, ut aphoriſmos faciamus.

§ I. Ipſa lectionis varietas hoc loco plane eſt ſingularis.

Omnium hæc facile eſt momenti graviſſimi, & vexatiſſima, vel etiam antiquiſſima. Copioſe de ea diſſeruere Millius & Ger. a Maſtricht in Notis: Kettnerus in Vindiciis Hiſtoriaque Dicti hujus: Emlynus & Martinus in Diſceptationibus, quas exhibet Bibliotheca Anglica Tom. III. & V. & VII. noviſſimeque editor N. T. Gr. cum verſione Anglica, ejuſque confutator Leonardus Twells. Hi ceteros permultos memorant: nos potiora & in compendium & in ordinem redigemus, cum ſupplementis, nec ſine ſpe profectus ac fructus. Legat autem totam conſiderationem noſtram, qui de ea vult judicare. Plerique ſtudium ſuum criticum intra unum hunc locum terminant, vel id certe ab hoc loco ordiri volunt. Perinde faciunt, ac ſi quis Geometriæ ſtudium a quadratura circuli inchoaret. Tales vix inveniunt, ubi conſiſtant: qui vero per reliquos anfractus penetravit, hîc quoque poterit evadere, & dociles certe aliorum animos pacare. Non niſi mutata hîc velificatione, portus tenetur: propriam methodum præſens locus poſtulat.

§ II. Criſis debet eſſe vera, rigida & a ſtudio partium remota.

Male ſtrenuos ii ſe præbent in bellis Domini, qui ita animum inducunt: *Dogmati elenchoque meo opportunus eſt hic textus; ergo me ipſe cogam ad eum protinus pro vero habendum, eumque ipſum, & omnia, quae pro eo corradi poſſunt, obnixe defendam.* Atqui veritas non eget fulcris falſis, ſed ſe ſola multo melius nititur. Porro ſublato antecedente, conſequens tolli negant Logici: quare qui lectionis cujuſpiam, aut unius ſaltem alteriuſve pro ea argumenti firmitudini diffidit, non ſtatim violati proditive dogmatis reus eſt. Aliquando Antitrinitarii ſe ab hoc Dicto admittendo non abhorrere oſtenderunt: rurſum, multi multis ſeculis, hoc dictum vel ignorantes vel etiam expungentes, orthodoxi fuere. Quanquam nonnulli hodie nimium ſunt faſtidioſi, & quo longius ſeſe a tali oraculo removent, eo ſibi prudentiores videntur. Primum ſcire debemus, revera ſcriptum eſſe illud, quod ſcriptum eſſe fertur: tum demum fideliter ad ſuos uſus conferre omnia. Non pauci ex iis, qui Dictum hoc ipſum recte religioſeque defendunt, juſto tamen ſunt avidiores in conquirendis & adhibendis ejuſmodi quoque fulcris, quæ nullam firmitudinem habent. Accidit id præſtanti viro, Leonardo Twells, cujus farraginem, ex Anglico ſermone in Latinum traductam, *Wolfius* ad h. l. pag. 300-313. cum una & altera caſtigatione exhibuit. *Twellſium* legi & penſavi, antequam Apparatum emitterem: quare ubi diffidentius ineam atque ille, non temere id feci, cogitandique materiem eſſe, lector velim putet. Nil novi magnopere ſupplendum habeo: paucula, quæ ad rem pertineant, commemorabo.

§ III.

§ III. Hunc verſum editio *Comp.* non ex Græcis habet mſſ.

Valde ceteroqui laudatur illa editio, idque merito: ſed illos ipſos cod. Græcos, quibus ea laudem ſuam debet, hoc verſu caruiſſe, certum eſt. nam 1. Codices *Laud.* 2. & *Seidel.* quibus editio *Comp.* ſingulariter congruit per omnia, dictum non habent. 2. Ipſe cod. *Rhedienſis*, cui Complutenſes plurimum tribuerunt, & *Vaticanus* ille, quo iidem potiſſimum uſi ſunt, quemque Burnetus hac de re evolvit, non habent. 3. Complutenſes, Eraſmi dubitationem de hoc dicto refutantes, non Græcos ei codices, ſed Latinos oppoſuere. *Sciendum eſt*, inquit Iacobus Lopis Stunica, *hoc loco Græcorum codices apertiſſime eſſe corruptos: noſtros vero veritatem ipſam, ut a prima origine trańlati ſunt, continere. Quod ex Prologo B. Hieronymi ſuper epiſtolas canonicas manifeſte apparet.* Annot. contra Eraſmum. *Complutenſes*, Latinorum codicum auctoritate, uti c. II. v. 14. partem priorem, c. V. comma extremum verſus octavi, quamvis Græce legerent, omiſerunt, ſic ipſum verſum ſeptimum, Græce non lectum, reſtituerunt; ſingulari quidem in hac epiſtola libertate utentes. Aperta *Stunicae* confeſſio, de Latinis codicibus hic adhibitis, potior eſt omni ſuſpicione de duobus codicibus Græcis Vaticanis, quorum alter caruerit Dicto, alter id ipſi *Stunicae* ejuſve collegis ſuggeſſerit. Vaticanum *Hiſpanos* exemplar hic ſecutos eſſe, non eſt clara *Eraſmi*, ut *Twellſius* accipit, profeſſio. tantum, *ni fallor*, ait. Si *Amelotus* poſtea in Vaticano codice Dictum legit, videndum, ne hic latinizet.

§ IV. Neque *Eraſmus*.

Non habuere Dictum hoc ſeptem aut plura exemplaria Græca, quæ diverſis ſibi temporibus fuiſſe ait Eraſmus in Reſp. ad not. novas E. Lei. Itaque in ed. 1. 2. Dictum omiſit, omiſſum inde etiam ab *Aldo*, *Colinaeo*, aliiſque typographis antiquis. *Veruntamen*, *ne quid diſſimulem*, inquit idem in annotationibus poſterioribus, & in Antiſtunica, *repertus eſt apud Anglos Græcus codex unus, in quo habetur* ὅτι τρεῖς &c. *Ex hoc igitur codice Britannico repoſuimus, quod in noſtris DICEBATVR deeſſe, ne cui ſit anſa calumniandi.* Fuiſſe illum cod. inſ. Gr. N. T. aliquantum veterem, quis ſcit? ipſe Eraſmus cum non vidit. nam ſub editionem N. T. primam in Britannia ille quidem fuit, ut ex epiſtolis potius, quam ex Vita ejus apparet; ſed ultimum illud Eraſmi iter Britannicum fuit, ante editionem ſecundam: & in tertia demum hanc periocham repoſuit, ideo videlicet, ne ab iis, qui eam ex Britannia miſerant, quibus ipſe non obſcure diffidit, accularetur. quis enim alius *calumniandi anſam* habuiſſet? Ex acts c. Patrii Lateranenſis, de quibus infra, hanc periocham in Britannicum códicem immigraſſe, ſunt qui putent: ſed alia concilii, alia Britannici codicis lectio eſt. Liceat ſuſpicionem, hac re multum agitata nobis obortam, promere. *Britannicum* illum codicem, vti vocant, aliquis Britannorum (quorum tum rex Hiſpanam in matrimonio habebat,) ex Complutenſi recenſione, antequam ea publicaretur, nactus eſt & Eraſmo miſit. Etenim primum Britannicus codex comma ultimum verſus octavi omittit, ut Eraſmus annotat: (quanquam Eraſmus in verbis poſtmodum adjectis, ejus rei oblitus eſt:) omittit autem id comma Complu-

tenſis quoque editio, invitis mſ. Græcis omnibus. deinde codex Britannicus & editio Complutenſis verſum 7 & 8 eodem ordine exhibet, invitis documentis, de quibus infra, antiquioribus. Poteſt injici, Comp. editionem per ſe (ut res loquitur,) & ſic quoque Britannicum codicem ſine Complutenſium opera, Latinorum codicum auctoritate, verſum 8 & in extremo mutilaſſe, & verſui 7 poſtpoſuiſſe. Atque hoc ipſum ſatis eſſet ad prodendam indolem Britannici codicis, etiam ab Eraſino, quo erat judicio, agnitam: ſed tamen a Complutenſibus rem eſſe repetendam, quiddam non magnum magno eſt argumento. nam cod. Britannicus verſu 8 ter articulum τὸ omittit: & Complutenſis quidem editio articulum habet, ſed codicem, quem alias ea editio ſequi ſolita eſt, articulum omiſiſſe, patet ex eo, quia gemellus ei Laudinus 2 articulum omittit, contra omnes cod. Græcos ceteros. Hinc elucet, Complutenſes, quum verſum 8 cum articulo excuderent, alios codices prætuliſſe: ſed eundem eos verſum aliquando ex Laudini 2 gemello ſine articulo recenſitum habuiſſe, quomodo in Britanniam delatus eſt. Vtrovis porro modo ad Græca verſus octavi verba, Græca verſus ſeptimi verſio eſt attemperata. unde Complutenſis editio utroque verſu articulos habet; Britannicus codex neutro. Sed dicamus quod res eſt: Capitulum hoc verius ſive excerptum erat, quam codex: neque enim in alia ulla N. T. varietate codicem Eraſmus Britannicum citat, qui tamen, ſi exſtitiſſet, totus vel ob hanc unam lectionem plane ſingularem excuſſu digniſſimus fuiſſet: & in Britannia vel ob hunc ipſum locum, ibi imprimis vexatum, diligentiſſime coſtoditus eſſet. atqui eum *hodie nullibi in bibliothecis Anglicanis amplius comparere*, affirmat, ipſe in Britannia peregrinatus, B. Godofr. Hoffmannus in Synopſi Theol. p. 36. Ex Britannia ſchedæ aliquid *Eraſmus*, neſcio per quem, eſt nactus: ipſe diffiſus eſt: diffidentiæ cauſas, non ſane iniquas, enarravit. Idoneum hinc codicem manuſcriptum *Britannicum* ſola credulitas ſpontanea poteſt fingere. Aliam Dicti verſionem Græcam ex Latinis dedere *Complutenſes*, aliam *Britannus Eraſmi*, aliam *Graecus* concilii *Lateranenſis* metaphraſtes, aliam *Montfortini* codicis interpolator.

§ V. Neque *Stephanus*: neque *Beza*.

Multi putarunt, Stephanum in nonnullis codicibus hunc legiſſe verſum: at Stephanus ad epp. Paulinas & Canonicas non alios cod. mſ. habet, atque δ. ε. ζ. θ. ι. ια. ιγ. (nam Steph. α eſt ed. Comp.; in reliquis cod. Steph. non erant epiſtolæ:) atque in his ſeptem Stephanus hoc loco hiatum notat, & quidem ad illud, ἐν τῷ οὐρανῷ, duntaxat: enim vero lunulam loco non ſuo poſuit. *Legimus & nos in nonnullis Rob. Stephani veteribus libris*, inquit Beza in ed: 2. ut paſſim ait, *nos legimus;* nunquam tamen, *ego legi.* legit ſcilicet, ut in præfatione ſua memorat, Excerpta Stephani, & quum in iis codices, qui fere Evangeliſtas habebant, non videret pro omiſſione verſiculi citatos, verſiculum juxta eum Epiſtola Stephano in iis *lectum* putavit. conf. Var. Ioh. VIII. 1. Satis conſtat hodie Stephanicorum ratio codicum: plerique, ſuis numeris diſtincti, Lutetiæ in bibliotheca regia viſuntur. vid. Proleg. Wetſten. cap. 3 ſs. Quid multa? Latina Stephani Biblia lunulam ſuo loco exhibent, & diſertam in margine habent annotationem: *Sic legunt* (ſcil. *in coelo, Pater,* reliqua)

reliqua) *quaedam exemplaria Graeca*, *Britannicus NEMPE codex*, & *Complutenſis juxta Hieronymi lectionem.* Nullum alium habuit, quem citaret.

Non debemus in tanta re translatitiis rumoribus dicis cauſa pro teſto arreptis, aut voluntaria credulitate niti; ſed religioſe & circumſpecte agere. nec Vaticanum, nec Britannia, nec Lutetia eos codices Græcos quærentibus hodie monſtrat, quos Complutenſibus, Eraſmo, Stephanoque multi imputant & obtrudunt: & ipſe contextus Græcus, qui codicibus illis tribuitur, ita variat, ut a diverſis e Latino traductum agnoſcas. Multo minus pro Britannico, *vetuſtiſſimum Britannicum*, aut *Britannicos*; pro Vaticano, *Vaticanos*, huc allegari codices convenit: nil opis veritati tales ferunt phaleræ. In nullo mſ. Græco Dictum *Stephanis* lectum eſſe, Latinorum Roberti Bibliorum margo vel ſolus evincit.

Stephanicas editiones & reliquas citare, plane ſupervacaneum eſt. Eraſmicas & Complutenſem, in omittendo vel exprimendo Dicto, omnes ceteræ ſunt ſecutæ.

§ VI. Neque adhuc alii *cod. Gr. mſ.* idonei hunc verſum exhibent.

Non habent *Al. Aug. 6. Lin. N. 1. 2. Pet. 1. Vff.* ceteriſque octo totius claſſis primæ: non habent *Barb.* octo, *Colb. 7. Gen. L. Pet. 2. 3. Seid. Sin.* &, in appendice Millii, *Baſ. 2. 3. Iu Vien.* atque adeo tota claſſis ſecunda. nam *Trin.* eſt Lectionarium, de quo vid. Mill. Prol. 1470. neque cod. *Stephanicos* excipiet, qui aphoriſmum præcedentem reſpexerit. Non habent circiter duodecim codd. apud *Simonium* in Hiſt. crit. N. T. c. 18. & in Diſſ. de mſſ. N. T. Non habet unum *Venetum*, circiter 400 annorum, apud Burnetum in Epiſtolis hodoeporicis Anglice editis; quamvis Latina verſio adjuncta, verſum ſeptimum poſt octavum, *ſicut* pro & interpoſito, exhibet. Addit editor διγλωττος p. 921 *Romanos octo*, qui quanquam a *Barb. octo*, (collatis notis Simonii ad h. l.) non diverſi videntur, argumento certe ſunt, falli eos, qui dictum hoc in Vaticano codice, lectum Amelotio fuiſſe credunt. addit idem Baſileenſes duos, 500 annorum, quos tamen ſine dubio Millius occupavit. Admittimus vero cod. *Florentinum*, & *Viennenſem* alterum, valde antiquum, quos idem ex D. Rogero citat, periocha carentes: addimuſque cod. regium *Hafnienſem*, & *Ebnerianum*, & quos magno ſe numero evolviſſe ait cel. La Croze in Hiſt. rel. chriſt. apud Indos, p. 316. Neque viri docti ullum codicem Græcum, qui hoc dictum haberet, quamvis in itineribus quærerent, invenerunt. Neque de antiquiſſimo exemplari Boecleriano aut Boeclerus aut alius quiſquam quidquam memorat. Addi poterat *Antiquum Bibliorum Correctorium*, cujus hæc ſunt verba: *Hic corrupti ſunt quidam libri Graecorum, ut ait beatus Hieronymus, qui hoc capitulum non habent* &c. ſed Hieronymus, ſive potius Prologus in epiſtolas catholicas Hieronymo adſcriptus defectum Latinis tribuit, non Græcis. Viciſſim nil juvant, qui codices Latinos pro Græcis hic allegant. Sunt tamen complura, quæ hic in contrarium proferantur. 1. *Habuere dictum codices L. Vallae.* Reſp. Valla ſic habet: *Et hi tres unum ſunt:* Græce eſt, *Et hi tres in unum ſunt* εἰς τὸ ἓν εἰσι. Nullum

lum aliud verbum ad totam hanc periocham notat Valla : hæc autem ejus notula plane ad v. 8 ſpectat. Qui ſimilitudinem codicum Vallæ Græcorum & Latinorum in hoc dicto ex Vallæ ſilentio vult colligere, eum indoles codicum, ex Vallæ excerptis cognoſcenda, coget dicere, non modo Græcos, ſed etiam Latinos Vallæ codices, Dicto caruiſſe. Nos Vallæ ſilentio nullam in partem utimur. II. *Neque defectum notat Veleſius.* Reſp. De Veleſio ſupra diximus : Græca videlicet ex Latinis format. Otium autem hoc loco ei fecerant Complutenſes. III. *Habent Ioh. Hervagii, Ariae Montani, aliorum editiones.* Reſp. Complutenſem videlicet Arias, ceteri Frobenianam recuſam dederunt. IV. *Vncinulis incluſus eſt verſus ſeptimus & octavus in mſ. Alex. Lin. Novi collegii uno & Petaviano uno.* Reſp. Vncinulos editionis Oxonienſis minoris variam lectionem limitantes, pro codicum mſ. uncinulis ſiniſtre accepere, qui hoc dictitant. At eoſdem codices & vidit & memorat Millius ceterique : ſed hac de re plane ſilent. præterea vide, de cod. Al. hoc Dictum ſimpliciter omittente, Seldenum, Fellum, Burnetum, Hammondum. V. *Concilium Lateranenſe A.* 1215. *laudavit codices id dictum habentes.* Reſp. Verba concilii cap. 2 ſunt hæc : *In canonica Ioannis epiſtola legitur* : Quia tres ſunt, qui teſtimonium dant in cœlo, Pater & Verbum & Spiritus Sanctus ; & hi tres unum ſunt. *ſtatimque ſubjungit*, & tres ſunt, qui teſtimonium dant in terra, ſpiritus, aqua & ſanguis ; & tres unum ſunt, *ſicut in quibuſdam codicibus invenitur.* Græca interpretatio ſic habet, ἐν τῇ καθολικῇ ἐπιστολῇ ἀναγινώσκεται, Ὅτι τρεῖς εἰσιν οἱ μαρτυροῦντες ἐν οὐρανῷ, ὁ πατὴρ, λόγος καὶ πνεῦμα ἅγιον· καὶ οὗτοι οἱ τρεῖς ἕν εἰσιν· εὐθύς τε προσθησι κτλ. καθὼς ἔν τισι κώδηξιν εὑρίσκεται. In his verbis offendit Millius, quod ex Actis Concilii Græce verſis, Græcos illos putavit eſſe codices, quodque eoſdem ad totum v. 7 & 8 retulit. Atqui clauſula illa, *ſicut in codicibus quibuſdam invenitur*, revera pertinet ad illa tantum modo verba, *Et tres* (ſpiritus, aqua & ſanguis) *unum ſunt.* his enim verbis abbas Ioachim ſuperſtruxerat dogma, quod in concilio damnatur : & de horum verborum lectione dubitanter loquitur concilium, ab Innocentio III congregatum, qui ipſe antea ad Ferrarienſem ſcribens epiſcopum, ea verba *in pleriſque codicibus minime haberi* dixerat, & ipſe omiſerat. *De celeb. miſſar. c. In quadam.* Latinos igitur tantummodo codices notat concilium, (unde Latino concilii vocabulo, κωδηξιν, Græcus quoque interpres utitur;) non Græcos, qui omnes hæc verba habent. Confer Selden. l. II de Synedr. cap. IV. § 4. Non eæ fuere Græcorum in illo concilio (cujus vide caput IV & V.) partes, ut pro Dicto Iohanneo de S. Trinitate, Græcorum *quorundam codicum* lectio, præ Latina tum *communi*, veniret alleganda. VI. *Duo certe exſtant hodie codices, dictum exhibentes, Montfortinus & Berolinenſis.* Reſp. Si utriuſque codicis verba accurate notata haberemus, facilius eſſet judicium. Codicem *Mont.* quidem Millius ait eſſe *Novi teſtamenti, recentiori & minus accurata manu deſcriptum*, lectioneſque ejus exhibet a Matth. I. ad Rom. I. tantummodo: alii vero confirmant, in eodem codice (qui *Dublinienſis* quoque dicitur ab urbe, ubi hodie aſſervatur,) 1 Ioh. V. verſum 7 exſtare ; adjiciuntque nonnulli, deeſſe verſum 8. Vid. G. a Maſtricht Not. p. 35. Fortaſſe deeſt tantummodo comma extremum verſus octavi : unde protinus appareret, codicem *Mont.* hoc loco, uti v. gr. Matth. XXIV.

XXIV. 44. XXV. 31. latinizare. ſin autem totus verſus 8 revera deeſt, juſta datur ſuſpicio, verſum 7 cum verſu 8 a librario eſſe commutatum, & ex ſcholio aliquo Latino Græcove reſtitutum. certe *Mont.* codicem *recentiorem eſſe typographiae inventione*, ex L. Rogerii diſſ. in h. l. docet cel. Pfaffius in Syntagm. p. 93. eumque idcirco *auctoritatem huc afferre* negat. Codicem *Mont.* & Eraſmi *Britannicum* eundem eſſe, ſtatuit editor ἀηλωτο. p. 927. ſed hunc refutat Leonardus Twells Part. II Exam. p. 129. diverſitatem lectionum allegans, quum v. 7 ἅγιον & (v. 8) *ei* prius in *Mont.* exſtent, in *Brit.* non exſtent. quæ quidem diverſitas dictum hoc in utrovis codice ex Latinis reſtitutum prodit. *Berolinenſis* autem plane, etiam ad ſphalmata uſque (vide var. Matth. VIII. 12.) deſcriptus eſt ex editione Complutenſi (ut idoneo auctore confirmatur in Biblioth. Angl. T. VIII. part. II. artic. 7. & in Proleg. Wetſten. p. 17.) paucis aliis lectionibus fere ſingularibus, quos margo Steph. ed. A. MDL habet, nec non erratis, adſperſis: ut apparet ex variis Lect. Matthæi collectis a Sauberto, qui hunc codicem, *Ravianum*, &, neſcio qua perſuaſione, pervetuſtum appellat in Proleg. p. 40. 61. Quod ſi cui obtigerit & Comp. editionem & Ravianum codicem inſpicere, ſimiles literarum etiam typos picturaſque agnoſcet. Conveniunt denique hoc loco, ultimum verſus octavi comma ex æquo omittentes, ut docet Kettnerus in Hiſtoria dicti, p. 210. Si codices græci veteres, Dictum exhibentes, revera dabuntur, tam gaudebo quam qui maxime: ſed incertis indiciis nullus paſcitur animus. Recte Sam. Chandlerus in præf. ad Caſſiod. Complex. *in nullo antiquo*, inquit, *Graeco codice, qui hodie extat, quantum hactenus apparet, verſus iſte conſpicitur.* Non adeo grandes ſunt copiæ codicum Gr. mſ. in quibus Epiſtolæ, v. gr. Iohannis, deſcriptæ ſint: & quorum hodie copia eſt, eorum vix unus alterque mille annorum ætatem excedit: ceteri aliquanto, vel etiam multo, recentiores ſunt. Eo minus mirandum eſt, Græce hodie vix reperiri Dictum in cod. Græcis, quibus adjiciendum eſſe didici regium *Haſnienſem* & *Ebnerianum*, & *Pariſinos* omnes (in libro, *Journal des Savans*, A. 1720. m. Iun.) & complures, quos ſibi viſos ait cel. *La Croze* in Hiſt. chriſt. Ind. p. 316 ed. II. Germ. In codicibus *Florentinis*, quos recenſet V. C. *Io. Lamius* in libro de eruditione apoſtolorum, cap. XIII reperiuntur duodecim, qui & habent epiſtolas Catholicas, & hoc dicto carent: ſed omnes poſt ſeculum IX ſcripti ſunt. Eo contra pluris æſtimare debemus ſuccenturiatam translationem vetuſtiſſimam *Latinam*, unde hoc Dictum a multis patribus continua ſerie lectum & laudatum fuit, & ſubinde in aliarum linguarum monumenta redundavit, & hodie in codicibus Lat. N. T. ſuperat.

Vallam in Græcis ſuis cod. legiſſe Dictum, ex ejus ſilentio ſine ulla ratione conjicitur. Præteriit Valla etiam verſu 6 inſignem differentiam, ubi Græce eſt τὸ πνευμα, Latine *Chriſtus*. & capite II priorem partem verſus 14, qua Latini carent, ſine dubio Græce legerat Valla, & tamen in pauſa eſt. Oppido parcas in hanc Epiſtolam Notulas dedit.

Concilium *Lateranenſe* inciſo illo, *ſicut in codicibus QVIBVSDAM invenitur*, non reſpicit totum verſum 7, ſed clauſulam verſûs 8, *& hi tres unum ſunt:* quæ clauſula, in OMNIBVS Græcis codicibus obvia, vel ſola demonſtrat, concilium non de Græ-

eis loqui codicibus, ſed de Latinis, quorum tantummodo QVIDAM illam habent clauſulam.

Montfortinum, ſive *Dublinienſe*, ſive *Hibernicum* exemplar, cui permultum, hujus Dicti gratia, alicubi tribuitur, novum eſt, & latinizat, in occidente deſcriptum, ut Latina, quam ſequitur, capitum diſtinctio prodit. *Berolinenſem* codicem nil ſeorſum a Complutenſibus valere, Berolinenſium candor fatetur.

§ VII. Deſideratur in *Verſionibus* antiquis tantum non omnibus.

Videlicet in *Æthiopica*, *Arabicis*, *Coptica*, *Ruſſica*, *Syriaca* ſive Syriacis. De *Latina*, de *Armena* & aliis, videbimus § XIX & XXI.

§ VIII. Neque citatur, ubi vel maxime ad rem pertineret, a *Patribus Græcis* pleriſque & *Latinis* quibuſdam.

Non citat, quod conſtet, *Irenaeus*: de quo tamen confer § XXIII infra. *Clemens* Al. in Adumbrationibus in epp. catholicas, (ſive Petri, Iudæ, Ioh. I & II. nam in Ioh. III. & Iac. deſiderantur,) ut eas Caſſiodorus in Latinum *transferri fecit*, periocham de ſpiritu & aqua & ſanguine, ſine periocha de Patre & Verbo & Spiritu ſancto tractat. ac permulta quidem Adumbrationum interpres ex Latinis codicibus admiſit; ſed tamen auctorem Græcum indicat, ad 1 Pet. II. 23. Iud. v. 19. 1 Ioh. I. 5. II. 2. III. 24. eumque vetuſtum, ad 1 Ioh. I. 1. & Alexandrinum & nominatim Clementem, quia Marci evangeliſtæ mentione ſingulariter in his delectatur Adumbrationibus, ut alibi v. gr. in lib. de ſalute divitis § V. Veruntamen Adumbrationes, certe ut hodie ſe habent, ita ſunt abruptæ, ut nil firmum inde elicias, & Clemens, Latinuſve interpres ejus, ad verſiculum de Patre & Verbo & Spiritu Sancto, non æque neceſſariam cenſere potuit explicationem, atque ad verſiculum de ſpiritu & aqua & ſanguine, quem modo revera paradoxo explicat. vide infra, § XXIV. Non citat Dictum *Hippolytus* c. Noet. c. 14. Vol. II ed. Fabr. f. 15. Non *Epiſtola* ad Paulum Samoſat. Dionyſio Alexandrino adſcripta, ubi tamen multa de ſpiritu & aqua & ſanguine differuntur, & quoquo modo ad S. Trinitatem applicantur. Non citat *Nicaena* ſynodus, neque in ea ipſa nominatim *Leontius*, neque in hiſtoria ſynodi *Gelaſius* Cyzicenus: neque ſynodus *Sardicenſis*. quo magis laudanda in hiſce conciliis conſtans fidei de S. Trinitate defenſio, & agnoſcenda ceterorum Scripturæ dictorum de S. Trinitate ſufficientia. Non citant, *Athanaſius* uterque, magnus ille, & *Synopſeos* auctor, *Baſilius M. Alexander Alexandrinus*, *Gregorius Nyſſenus*, *Didymus* in Expl. hujus ep. & lib. II de Spir. S. apud Hieron. f. 195 B. *Chryſoſtomus*, Expoſitio fidei apud *Iuſtinum*, *Caeſarius*, ſive auctor Dialogi, Cæſario adſcripti, *Proclus*. Neque citant, id quod maxime notandum, *Gregorius* Naz. & *Cyrillus* Al. qui Spiritum ſanctum eſſe Deum, & eſſe adorandum, probant ex v. 6. 8. 9. prætermiſſo verſu 7. Ab *Epiphanio* & *Cyrillo* Alexandrino allegari, Keckermannus & Peltanus ajunt, apud Gernardum in Diſpp. pag. 1322. qui

ea

ea de re dubitat: quanquam Cyrillum Al. de recta in Deum fide ad reginas huc refert Calovius quoque in Bibliis ill. Libro V. c. Neſt. locum 1 Ioh. V. 5-10 ad verbum refert, ſine hoc verſu. *Catenas* ſex, valde inter ſe diverſas, evolvit Simonius, quarum nulla hoc Dictum habet. Neque habet *Oecumenius*, in textu, in commentario, in catena ei adſcripta. atque *Oecumenius* iis temporibus floruit, quum Latini omnes hoc Dictum citarent. Olim non citant, ex Latinis, Scriptor de Bapt. hær. apud *Cyprianum*, *Novatianus*, *Hilarius Pictavienſis*, *Lucifer Calaritanus*, *Ambroſius*, (cujus locis, quæ alii citant, addatur comm. in Luc. XXII. 10.) *Fauſtinus*, *Fauſtus*. *Leo M.* in Ep. X longam Iohannis periocham referens, hoc verſu caret. Anonymus, qui ſub Valentiniano III collegit librum *Promiſſionum & praedictionum Dei*, ſic habet: *Dicit & Joannes apoſtolus*, *Tria ſunt*, *quae teſtimonium dicunt*, *ſpiritus*, *ſanguis & aqua*. *Et ſequitur*: *Si teſtimonium hominum accipimus*, *teſtimonium Dei majus eſt*. pag. 52 ed. Baſil. 1538. Non citant, *Eucherius* (diverſus ab illo, de quo § XV.) in quæſt. N. T. Diſputatio Laodicena contra Arium, nomine *Athanaſii*, *Facundus* Hermianenſis, vix quippe Afris accenſendus, Conſtantinopoli plurimum degens; quanquam Dictum huic quoque lectum arbitratur, neſcio an documento recens eruto fretus, Maffeius in Notis ad Calliod. Complex. pag. 132. *Iunilius*, Ep. I *Euſebio* papæ adſcripta. Noviſſimus in occidente, qui Dicto careat, *Beda*. De *Auguſtino* & *Hieronymo* agemus § XX. Non invenitur hoc Dictum in ſcriptis eccleſiarum orientalium, apud *Iacobitas*, *Neſtorianos*, alios. Patribus Græcis, qui Dictum non legerunt, accenſendus eſt *Germanus* Conſtantinopolitanus, uti Theoria rerum eccleſ. demonſtrat. Negativum argumentum, in tali quæſtione, repudiari non poteſt. Nil id valet de uno alterove duntaxat eccleſiaſtico ſcriptore: valet de permultis, Dictum tam inſigne, ad controverſias decidendas ſingulariter opportunum, prætereuntibus. Si Afri tam frequentes id citant, cur Aſiani tam frequentes id non citant? Hi non legerunt: illi legerunt.

§ IX Circumſpecte ergo Lutherus fecit, qui in ſua verſione Dictum prætermiſerit.

Non caſu, ſed judicio, Dictum ab eo prætermiſſum eſſe, liquet: imo collega ejus, *Bugenhagius*, magna obteſtatione omnes deterruit, ne Dictum poſthac inſererent. Multa videlicet tum erant, quæ Dictum inſeri vetarent; pauca, quæ hortarentur. Vide *Raithii* Vind. Verſion. Luth. p. 18 ſeq. & *Kettnerum*, maxime p. 176 ſeqq. 183. 201. 213. qui etiam hiſtoriam Dicti poſtea tamen in Biblia Germanica inſerti diligenter percenſet; quoſque citat I. A. *Fabricius* in Centifol. Luth. cap. 168. cum ſupplemento.

§ X. Tota horum verborum ſententia ex aliis etiam locis minime controverſis diſci & deduci poteſt.

Pater & Filius ſunt unum. Ioh. X. 30. Spiritus ſanctus non eſt Pater neque Filius, & tamen teſtatur, & teſtatur teſtimonio cœleſti atque divino. Ioh. III. 8. 11. XIV. 16.

XV. 26. Matth. XXVIII. 19. E. Pater & Verbum & Spiritus S. ſunt tres in cœlo teſtantes : & hi tres unum ſunt.

§ XI. Habuit vero in ſuis codd. hanc periocham *Tertullianus.*

In eodem genere ſermonis, inquit, *quo Pater & Filius in ſua proprietate diſtinguitur, Paracletum quoque a Patre ſe poſtulaturum, quum aſcendiſſet ad Patrem, & miſſurum repromittit (Chriſtus,) & quidem alium : ſed jam praemiſimus, quomodo alium. Ceterum de meo ſumet*, inquit, *ſicut ipſe de Patris. Ita connexus Patris in Filio & Filii in Paracleto ; tres efficit cohærentes, alterum ex altero, qui TRES VNVM ſunt, non VNVS ; quomodo dictum eſt*, Ego & Pater unum ſumus, *ad ſubſtantiae unitatem, non ad numeri ſingularitatem.* Lib. adv. Praxean c. 25. Alium eſſe Patrem, alium Filium, docet hîc contra Praxean Patripaſſianum Tertullianus ex eo, quod alius a Patre Filioque ſit Paracletus. Hanc ſuam concluſionem non ſuis exprimit verbis, ſed exprimit ſimulque probat verbis epiſtolae Iohanneae, *Tres unum ſunt*, & urget proprietatem ſermonis apoſtolici, *unum, non unus* ; ſubjuncta explicatione, *ad ſubſtantiae unitatem, non ad numeri ſingularitatem.* Ad hanc explicationem de unitate Patris, Filii & Spiritus S. firmandam, interponit locum de Spiritu S. non loquentem, ſed tamen alioqui parallelum, ex Evang. Ioh. c. X de Patris & Filii unitate, explicatum in eandem ſententiam & iiſdem verbis capite 22 ejuſdem libri c. Prax. Excipies : Tertullianus verba hæc, *Tres unum ſunt*, plane ut ſua, non ut Iohannea ponit, (conf. Artemon. p. 65. nec non p. 359.) & ex loco demum parallelo confirmat, cui ſoli formulam, *dictum eſt*, adjicit. Reſp. 1. Sæpe pluribus Scripturæ dictis interponitur allegandi formula potius, quam præponitur. Vid. Rom. III. 4. X. 13. 15. & Clement. Rom. Ep. I. cap. 35. Clement. Al. l. 1. Pædag. c. 6. & l. 4. Strom. f. 374. ed. Commelin. 2. Tertullianus locum parallelum allegat non ad confirmandum, ſed ad interpretandum illud, *Tres unum ſunt.* 3. Commodiſſime inter hæc duo teſtimonia formulam allegandi ponit, quia prius eorum in tertia, alterum in prima perſona ſcriptum exſtat. 4. Neque epiſtolam Iohannis apertius memorari patiebatur filum libri, qui per Evangelium Iohannis potiſſimum decurrit in his capitibus, & in epilogo epiſtolam ejus attingens, celeriter abrumpit. Quo brevior autem eſt in citando epiſtolae dicto, eo notius tum celebriuſque Apophthegma ipſum fuiſſe oſtendit. Adde locum inſignem libri de Pudicitia cap. XXI. *Et ipſe*, inquit, *eccleſia proprie, & principaliter ipſe eſt Spiritus, in quo eſt TRINITAS VNIVS divinitatis, Pater & Filius & Spiritus ſanctus. illam eccleſiam congregat, quam Dominus in tribus poſuit : atque ita exinde etiam numerus omnis, qui in hanc fidem conſpiraverint, eccleſiae, ab auctore & conſecratore cenſetur.* Quid? ipſum Τριαδος *Trinitatis* vocabulum ex hoc plane loco deſumtum videtur. Et quidem περὶ τῆς ἁγίας Τριαδος ſyntagma ſcripſit Iuſtinus martyr, de quo Grabius in Spicil. Sec. II. T. I. p. 198 : de *Trinitate*, libros ſcripſerunt & inſcripſerunt Tertullianus (cui etiam in libro contra Praxean frequens eſt *Trinitatis* appellatio,) & Novatianus. Similterque Τριάδα Theophilus Antiochenus aliique a Cl. Wolfio ad illum notati, p. 148 ſ. item Hippolytus Vol. I. Op. ed. Fabr. f. 282. & T. 2. f. 16.

f. 16. Clemens Al. Strom. V. f. 436. ed. Commelin. aliique, item Antenicæni, appellant. Vnde *Luciani* nescio cujus Philopatris ineunte Sec. III. illud ἓν ἐκ τριῶν καὶ ἐξ ἑνὸς τρία detorsit & irrisit. Si quid dubii de lecta Tertulliano aliisque ad Augustinum usque patribus periocha supersit, id tollent ea quæ sequuntur.

§ XII. Habuit *Cyprianus.*

In epistola ad Iubajanum sic scribit, de hæretico: *Si templum Dei factus est, quaero cujus Dei? Si Creatoris; non potuit, quia in eum non credidit: Si Christi; nec ejus fieri potuit templum, qui negat Dominum Christum: Si Spiritus sancti; quum* TRES VNVM *SINT, quomodo placatus ei esse potuit, qui aut Patris aut Filii inimicus est?* Editio Erasmi, qui hanc Cypriani epistolam primus ex codice pervetusto, sed unico, produxit, inciso illo, *quum tres unum sint*, caret: (quo minus mirum est, Erasmum in annot. ad N. T. h. l. de Cypriano tacuisse:) sed verba facillime a librario omissa, optime post alios Pamelius restituit. Aperte vero in lib. de Eccl. unitate sic habet: *Dicit Dominus*, Ego & Pater unum sumus; *& iterum de Patre & Filio & Spiritu S. scriptum est:* Et tres (edd. *& hi tres*) unum sunt: *& quisquam credit, hanc unitatem de DIVINA FIRMITATE venientem, sacramentis COELESTIBVS cohærentem, scindi in ecclesia posse, & voluntatem collidentium divortio separari?* Ad verbum quam maxime testimonia scripturæ proferre solet Cyprianus; & in hunc ipsum librum multa noemata ex ipso libro Tertulliani contra Praxean (& enim *Magistrum* appellare solebat) derivavit, ut collatio quemlibet docere poterit: quapropter in hoc ipso, quod duo testimonia Ioh. X. & 1 Ioh. V. conjunctim citavit, hic illum imitatus esse, optimo jure censebitur: neque ulla manus alienæ suspicio locum invenit.

§ XIII. Nec non *Phœbadius.*

Fuit hic Aginnensium Episcopus in Gallia, librumque contra Arianos medio sec. IV edidit, cujus caput XLV hæc habet: *Dominus*, Petam, *inquit*, a Patre meo, & alium advocatum dabit vobis. *Sic alius a Filio Spiritus, sicut alius a Patre Filius. Sic tertia in Spiritu, ut in Filio secunda persona: unus tamen Deus omnia,* QVIA TRES VNVM SVNT. Liber hic multum trahit aperte ex Tertulliani libro contra Praxean, & hic ipse locus clare refert locum Tertulliani, quem § XI expendimus: sed particula *quia* a Phœbadio adhibita, apertius ostendit, auctoritatem scripturæ allegari.

§ XIV. Et *Marcus* Celedensis: & *Marius Victorinus Afer.*

Expositio fidei ad Cyrillum, apud Hieronymum, sic habet, in extremo, *Nobis unus Pater, & unus Filius ejus verus Deus, & unus Spiritus sanctus verus Deus:* ET HI TRES VNVM SVNT, *una divinitas & potentia & regnum.* Expositio hæc nomen auctoris non habet adjectum, sed præter cetera tenor versionis Latinæ in Dictis

ibi citatis ostendit, in Africa olim eam esse scriptam. Et quidem scriptorem ejus esse *Marcum* presbyterum *Celedensem*, argumento est Epistola illa, quam Hieronymus ad hunc ipsum Marcum circ. A. C. 375 dedit, ubi ait: *De fide, quam dignatus es scribere sancto Cyrillo, dedi conscriptam fidem.* vid. Hier. edit. Erasmi T. 2. f. 58 in fine, & T. 3 f. 143 in fine. Celedensem quoque diaconum Annianum Hieronymus memorat in Epistola celebri ad Alypium & Augustinum: fuit que *Celeda*, Ptolemæo *Celida*, oppidum in Cyrenaica provincia. Illud autem, *& hi tres unum sunt*, ut testimonium poni, indicat explicatio adjecta, *una divinitas & potentia & regnum.* Idem illud, *Tres unum*, a Mario Victorino Afro, in Hymnis sacris, præsertim in tertio, eximie celebratum exstat.

§ XV. Et apertissime *Eucherius* Lugdunensis.

Versum 7 & 8 distincte citat in libro *Formularum spiritualis intelligentiae* c. XI. n. 3, de numeris agens. Numerus ternarius *refertur*, inquit, *ad Trinitatem. in Ioannis epistola: Tres sunt, qui testimonium dant in coelo, Pater, Verbum, & Spiritus Sanctus: & tres sunt, qui testimonium dant in terra, spiritus, aqua & sanguis.* Floruit circ. A. 434.

§ XVI. Habuit plane *Vigilius* Thapsensis cum episcopis illius ætatis in *Africa* non solum Catholicis, sed etiam Arianis.

In Africa, A. C. 484. fervente persecutione Ariana, Hunerici regis jussu, *non solum universae Africae, verum insularum multarum episcopi* catholici, CCC, vel CCCC, Confessionem edidere fidei suæ, in qua sub locum illustrem, 1 Cor. XII. 4 — 11 hæc adduntur: *Et ut adhuc luce clarius, unius divinitatis esse cum Patre & Filio Spiritum Sanctum, doceamus, Ioannis Evangelistae testimonio comprobatur. ait namque, Tres sunt, qui testimonium perhibent in coelo, Pater & Filius & Spiritus, & hi tres unum sunt.* Vide Orthodoxograph. T. 2. fol. 814 seq. & 1621, ubi exstat Victoris Vitensis Hist. Persec. Afric. & illa Victoris Historiæ in aliis exemplaribus inserta Confessio. In his confessoribus erat *Vigilius Thapsensis*, qui plures ejusdem argumenti libros vel ab æqualibus scriptos divulgavit, vel potius ipse scripsit, ut Chifletius ostendit: videlicet *Libros undecim ad Theophilum de Vnitate Trinitatis*, & *Disputationem contra Arium, Laodiceae habitam.* Quæ omnia in Operibus Athanasii, nomine hujus vel per Vigilium vel per alios adjecto, leguntur. Accedit liber adversus Varimadum Arianum, *Idacii Clari* Hispani nomine insignitus. In his ergo libris plurima & utilissima Dicti Iohannei mentio est. Nam liber I. ad Theophilum sic habet: *Nomina personarum evidenter sunt ostensa, & unitum nomen (divinitatis) clause est declaratum, dicente Ioanne Evangelista in Epistola sua,* Tres sunt, qui testimonium dicunt in cœlo, Pater & Verbum & Spiritus: & *in Christo Iesu* unum sunt, *non tamen unus est, quia non est eorum una persona.* Liber VII ad eund. *Cur*, Tres unum sunt, *Ioannem Evangelistam dixisse LEGITIS* (vos Ariani,) *si diversas naturas in personis esse accipitis?* Iterum, *Rogo, quomodo* Tres unum sunt, *si diversa in utrisque est natura divinitatis?* Liber IX

ber IX fere verba libri I repetit. Denique liber contra Varimadum: *Ioannes Evangeliſta ad Parthos: Tres ſunt, inquit, qui teſtimonium perhibent in terra, aqua, ſanguis & caro, & tres in nobis ſunt: & tres ſunt, qui teſtimonium perhibent in coelo, Pater, Verbum, & Spiritus, & hi tres unum ſunt.* In Epiſtolis *Hygino* & *Iohanni II* papæ adſcriptis exſtat hic locus totus, iiſdem verbis (ſi in altera *ſpiritus* pro *caro* repoſitum exceperis,) & eodem verſuum ordine: atque ex libro contra Varimadum eſſe deſumtum, longa ſeries dictorum ſcripturæ ſacræ, apud hunc & illos eadem, demonſtrat. quare non debet ſeorſum pro teſtimonio numerari. Sed & omnes libri, quos Vigilius, tanquam orator Catholicorum, edidit, unius duntaxat teſtimonii vim obtinent. Nam ab uno revera ingenio profecta eſſe, planeque inter ſe congruere, collatio oſtendit: nec ſolum eadem in iis dicta ſcripturæ & eædem dictorum lectiones, ſed etiam iidem dictorum acervi leguntur. Eademque ratio eſt Confeſſionis ſub Hunerico, quæ quamvis Eugenio, Carthaginenſi quippe epiſcopo, vel Victori Vitenſi, qui eam hiſtoriæ intexuit, adſcribitur, Vigilium tamen redolet. Nam ea cum toto contra Varimadum libro prorſus congruit: ſicut rurſum auctor hujus libri in præfatione fatetur, ſe libellos quoque de Trinitatis unitate, in uno corpore digeſſiſſe. Quæ cum ita ſint, tamen in uno Vigilii ſuffragio varia vis inest. nam Confeſſio Catholicorum pleniſſimum conſenſum habuit: & in his ſcriptis emphatin lectionemque textus ad ſyllabam uſque, controverſia jam ultra CLX annos ſervente, & Arianos & Catholicos urſiſſe, exempla docent; & tamen libri ad Theophilum, Arianos ipſos Dictum legiſſe, indicant, ſine ulla exceptione: & liber contra Varimadum, Iohannem *ad Parthos* citans, indicium præbet, quomodo in Africam potiſſimum ſit propagata periocha. Nempe a Parthis & relatio de Epiſtola ad ipſos miſſa & hæc Epiſtolæ portio ad Afros eodem tempore eademque via facile pervenit; idque multo facilius, quam in alias regiones, quibus natio Parthorum infeſtior erat. Ad Parthos autem ſcripſiſſe Iohannem, alii quoque tradiderunt, Auguſtinus præcipue. vid. Mill. not. ad init. hujus Ep. & Proleg. § 1463. Plura momenta Confeſſionis ſub Hunerico notat Kettnerus p. 142 ſs.

Eiſdem temporibus *Cerealis*, item Afer, librum ſcripſit contra Maximianum Arianum, in quo negant Dictum Iohanneum exſtare: quod tamen penitus negari non debebat. Solent Afri, ut vidimus, duo illa dicta, *Ego & Pater unum ſumus*, &, *Tres unum ſunt*, conjunctim laudare: & ſic Cerealis capite primo, ubi dictum illud prius pro Patris Filiique unitate citavit, ſubjungit: *quia vero non ſolum unum ſunt Pater & Filius, (ſed) addito Spiritu ſancto, SVBTER habes demonſtratum.* quibus verbis Cerealis dictum alterum, *Hi tres unum ſunt*, ad caput de unitate Spiritus ſancti cum Patre & Filio, (quod in ejus libro eſt caput XV.) diſtuliſſe videtur, & *ſubter* vel ipſe id præ copia aliorum argumentorum e memoria dimiſiſſe, vel per alios poſtea mutilatus eſſe. Nullam vim habet hoc ad confirmandum Dictum; ſed valet tamen eo, ne Cerealis allegetur in contrarium, præſertim cum pro illo Cereali habeatur, qui Confeſſioni ſub Hunerico & in ea allegationi Dicti ſubſcripſit.

§ XVII.

§ XVII. Legit hunc verſum *Fulgentius.*

Hic quoque in Africa epiſcopus fuit, ſub initium ſeculi VI. In libro de Trin. ad Felicem notarium hæc habet: Ego, *inquit*, & Pater, unum ſumus: unum *ad naturam referre nos docens;* ſumus *ad perſonas. ſimiliter & illud*, Tres ſunt, *inquit*, qui teſtimonium dicunt in cœlo, Pater, Verbum & Spiritus, & hi tres unum ſunt. Et in Diſcuſſ. object. Arian. *Beatus Ioannes apoſtolus*, inquit, *teſtatur dicens*, Tres ſunt, qui teſtimonium perhibent in cœlo, Pater, Verbum & Spiritus: & tres unum ſunt. *Quod etiam beatiſſimus martyr Cyprianus in Ep. de unit. eccl. confitetur &c.* ſubjicitque verba Cypriani, quæ ſupra deſcripſimus. Sub ejuſdem nomine auctor libri *de Fide catholica adv. Pintam*, hoc teſtimonium de Trinitate ceteris adjicit.

Sic Africa, fervente perſecutione Vandalica, & ante, & poſt, ne Arianis quidem exceptis, verſiculum legit.

§ XVIII. Legit *Caſſiodorus*, *Ambroſius Ansbertus*, & alii.

Caſſiodorus (aliis Caſſiodorius,) in Italia, medio ſeculo VI, poſt alia multa ſcripſit *Complexiones in Epiſtolas Paulinas*, *Canonicas*, *Acta apoſtolorum & Apocalypſin:* quas ex membranis longe veterrimis erutas, Florentiæque excuſas Scipio Maffeius A. 1721. Londini recuſas Samuel Chandlerus A. 1722 dederunt; ubi hæc habentur: *Teſtificantur in terra tria myſteria, aqua, ſanguis & ſpiritus, quae in paſſione Domini leguntur impleta: in coelo autem Pater, & Filius, & Spiritus ſanctus, & hi tres unus eſt Deus.* Eoque pluris faciendum eſt hoc ſuffragium, quia Caſſiodorus orthographiæ, id eſt, emendatæ ſcriptionis, præſertim in Scriptura ſacra, mire ſtudioſus fuit; & quia hæ ipſæ Complexiones lectionem referunt Hieronymo antiquiorem. Scripſit *Ambroſius Auſbertus* comm. in Ap. circ. A. C. 760. Ibi citat hoc dictum ad c. I. 5. & ad c. III. 14. Ejuſdem ætatis fuit *Etherius* Axumenſis in Hiſpania epiſcopus, qui lib. I contra Elipandum permagnam hujus epiſtolæ partem recenſens, hunc locum ſic exhibet: *Quia tres ſunt, qui teſtimonium dant in terris, aqua & ſanguis & caro: & tria haec unum ſunt. Et tres ſunt, qui teſtimonium dant in coelo, Pater, Verbum & Spiritus: & haec tria unum ſunt in Chriſto Ieſu.* Neque in *Epiſtolas decretales ſub ea tempora ex Vigilio* dictum hoc eſſet tradutum, niſi publice agnitum fuiſſet. Poſt annum 1000 *Radulphus Ardens*, *Rupertus Tuitienſis*, *Bernardus*, *Hugo Victorinus*, *Lombardus*, *Aquinas*, *Scotus*, ceteri ſine diſcrimine, Dictum citant. vid. Dorſchei diſſ. de ſpiritu, aqua & ſanguine, p. 11. Calov. Bibl. ill. h. l.

XIX. Habet *Latina* verſio antiquiſſima.

Verſus ille ſolemniter legitur tum in Epiſtola Dominicae in Albis dictae, tum in octavo Reſponſorio in omnibus Dominicis a Feſto SS. Trinitatis uſque ad Adventum. reperitur etiam in optimis quibuſque ac vetuſtiſſimis Vulgatae codicibus, ita ut pauciſſimi ſint, in quibus deeſt. Henr. a Bukentop de Vulg. p. 307. Videlicet de codicibus *Hentenii*, quorum circiter XXIV ad hanc epiſtolam collati ſunt, quinque tantummodo

tummodo omittunt. Latinos codices, dictum omittentes, ſtudioſe enumerat editor *Διγλωττος* p. 922, ubi tamen & *Lectionarium* mille annorum, ut Latinum citat, quod eſt *Francogallicum*, ex Latino tamen ſine dubio derivatum: & *Bernenſem* codicem appellat, quem *Tiguri* Burnetus evolvit, 800 annorum æſtimatum. *Pariſinis* codicibus editio *Badiana* accenſeri poteſt, dicto carens: ceteris, Biblia Germ. ed. *Memming.* A. 1481. Plures longe codices, qui Dictum habent, ante quam appellamus, profitemur, nos notitiam eorum majore ex parte debere laudatis Burneti Kettneriſque ſcriptis. habent ergo Dictum (præter codices § XXI fere ex iiſdem duum viris notatos,) *Guelpherbytani* decem; *Ienenſes* duo vetuſtiſſimi apud Gerhard. in Diſpp. p. 1313. *Lipſienſes* complures, *Lyſerianus* unus, *Neapolitanus* unus apud Montefalconium, *Quedlinburgenſes* duo, *Veronenſis* Capituli duo, *Vinarienſis* unus: Biblia *Caroli M.* juſſu per Alcuinum & alios correcta, ut docet Twells Part. II Exam. p. 133. 153. Correctorium Sorbonicum ſeculi X. In margine habent cod. *Argentinenſis* unus, qui tempore Caroli M. ſcriptus putatur: *Bodleianus* & *Cellenſis* antiquus: in margine, manu recentiore, cod. *Antverpienſis*; manu alia, cod. *Argentinenſis*, qui ſec. VII. ſcriptus videtur: manu coæva, cod. apud *Rich. Simonium*: manu eadem, unus *Berolinenſis.* Huc retulerim, quod Athanaſius Schiada in Arcanis Biblioth. Moſc. præfatur p. 18. *Aliqui cod. mſ. habent*, inquit, *v. 7 & 8 cap. V. primae ep. Ioan. de tribus perſonis ſanctiſſimae Trinitatis: plurimi & vetuſtiores, non habent, etſi in quibuſdam inveniuntur, non in textu, ſed vel ſupra, vel in margine, & manu recentiori ſcripti: ut in quodam codice antiquiſſimo in bibliotheca regis Angliae, & altero in bibliotheca canonicorum regularium ipſe Patavii vidi.* *Latinos* Florentinorum codices, qui Dictum habent vel non habent, memorat *Io. Lamius* in libro citato, p. 260. 266. 284. Porro *Latinae* verſionis, ubicunque eam *Tertullianus*, *Cyprianus*, & quorundam duntaxat, ſed tamen continuus ordo patrum ſequitur, tanta eſt antiquitas, tanta auctoritas, ut ea optimo jure nitamur, neque ſuſpenſi manere cogamur, quamvis nondum conſtet, quid inſecuta ſecula in aliis aliiſque orientis partibus legerint. Qui abſtruſiores illas verſiones in numerato habent, iis facile uſu venit, ut *Latinam*, a Romanenſibus nimium evectam, nimium deprimant. Plura § XXI.

§ XX. *Auguſtinus*, vel etiam *Hieronymus*, potius diſſimulanter tractaverunt hoc Dictum, quam ignoraverunt.

De Prologo in epiſtolas canonicas, quem Hieronymi eſſe, multi ſtatuerunt, diximus infra: certe *Hieronymus* in Catalogo, Tertulliani opera, *pluribus nota*; Cypriani, *ſole clariora* dicit. quare non dubium eſt, quin ea multum legerit, & in iis allegationem Dicti vix prætervehi potuerit & ipſe & Auguſtinus. Quid? Expoſitionem Marci Celedenſis, § XIV memoratam, *Hieronymus* comprobat: Cypriani librum de Vnitate citat *Auguſtinus* l. II c. Creſcon. gramm. cap. 33. Epiſtolamque ad Iubajanum, imo ea verba, quæ allegatum illud, *quum tres unum ſint*, & præcedunt & ſequuntur continuo, refutavit Auguſtinus, lib. IV de Bapt. contra Don. c. 4. Quare non potuit in Cypriano Auguſtinus, in Marco ſaltem Hieronymus, illud *Tres unum* non obſervare: & hæc obſervatio vel ſola excitare eos debuit, ut locum Iohanneum perveſtigarent. Conſer de utroque Kettnerum, cap. X. § 3 ſeqq. Seorſum *Hieronymus* in

tot codicibus Græcis, quos longo tempore in toto orbe Christiano pervolutavit, aut aliquos Dictum habentes vidit, aut nullos. si nullos, Latinos codices, qui Dictum haberent, ab eo repudiatos esse, nemo miretur: sin aliquos, bene est. *Augustinus* autem in eo climate floruit, in quo & antecessores & successores libris usi fuere Dictum exhibentibus; & revera proximos codicibus Cassiodori & Fulgentii, ubi Dictum legebatur, codices habuit, ut patet ex Millii Proleg. § 841. 844. Itaque non tam nescire Dictum potuit, quam causis speciosis retineri, ne id penitus & aperte amplecteretur. Celebris & insignis est locus lib. III c. Maximin. c. 22. ubi postquam copiose disputavit, spiritum & sanguinem & aquam, non per se esse unum, sed his, quippe sacramentis, significari Patrem & Filium & Spiritum sanctum, qui tres proprie unum sint: demum subjicit, *Si quo autem ALIO MODO tanti sacramenti profunditas, quae in epistola Iohannis legitur, exponi & intelligi potest, secundum catholicam fidem, quae NEC CONFVNDIT NEC SEPARAT TRINITATEM, NEC ABNVIT TRES PERSONAS NEC DIVERSAS CREDIT ESSE SVBSTANTIAS, nulla ratione respuendum est. Quod enim ad exercendas mentes fidelium in scripturis sanctis obscure ponitur, gratulandum est, si multis modis, non tamen insipienter, exponatur.* Negotium Augustino facessebat partim Regula eodem loco proposita, qua statuit, *Vnum* semper denotare unitatem substantiæ: partim Instantia, quæ ex unitate spiritus & aquæ & sanguinis, contra unitatem substantiæ Patris & Filii & Spiritus sancti, vel, quod eodem recidit, contra illud, *Ego & Pater unum sumus*, fieri posset. Itaque Regulam defensurus & Instantiæ responsurus non potuit non confugere ad Allegoriam. Addit autem, *Si quo alio modo* &c. quæ nobis utilissima est appendix. nam ad exponendam intelligendamque tanti sacramenti profunditatem nullum ALIVM MODVM, præter allegoriam, Augustinus non potuit respuere, si ipsum Dictum ignoravit. Sane Dictum adeo non ignoravit, ut totam ejus sententiam, & sententiæ periphrasin difertam insereret, *Verbi* etiam nomine adhibito. *nomine sanguinis*, inquit, *significatum accipiamus Filium: quia Verbum caro factum est.* Ipsum tantummodo Dictum, ut textum epistolæ Iohanneæ, aperte tractare abstinuit (eodem fere consilio, quo Latini nonnulli finem versus octavi de unitate spiritus & aquæ & sanguinis vel interpolarunt, ut Auctor libri contra Varimadum, de quo § XVI, vel certe prorsus omiserunt:) ut videlicet per Allegoriam & defenderet Regulam, & Instantiam retunderet. Non dissimili methodo in ipsa Epistola & hac ejus periocha tractanda usus est. nam tota epistola copiose enarrata, tractatu X ad locum de spiritu & aqua & sanguine delatus, abrumpit: & tamen ait, *Pater & Filius & Spiritus sanctus unum sunt.* & rursum, *Diligamus Christum. quem Christum? Iesum Christum. Quis est iste? VERBVM Dei. & quomodo venit ad aegrotos? Verbum caro factum est, & habitavit in nobis.* Ne hic quidem *Verbum* ut ex Epistola Iohannea memorare voluit: igitur hic quoque Evangelio pro involucro utitur, ut lectori insscio vim Epistolæ ingerat. Omnibus rationibus subductis, valde verisimile fit, Augustinum post conversionem in Italia codicibus Dicto carentibus assuevisse: deinde in Africa, quum codices Dictum habentes nactus esset, de ejus germanitate dubitasse & dubium mansisse. Denique Augustinum, & Hieronymum, & alios, ratio illa, de qua § XXV dicemus, a Dicto, etiamsi id scirent, aperte amplectendo, videtur deterruisse. Quanquam auctoritas Dicti, si scierunt, non valde augetur: si nescierunt, multo minus tollitur.

§ XXI.

§ XXI. Verſus 7 poſt verſum 8 legendus eſt.

Qui codices Latinos § XIX citatos contulere, vix quidquam de ordine verſiculorum docent: neque librarii quidam, dum modo ipſum verſum 7 reſtituerent, pluris intereſſe putarunt, quo loco eum exhiberent. Eum quidem verſum octavo præmittunt in Latino editiones tantum non omnes, & mſſ. cod. *Berolinenſes* octo; *Ienenſis* unus; cod. regius in margine manu coæva apud *Simonium;* apud eundem in margine codex *Colbertinus*, quanquam verſu 8 pro *ſpiritu carnem* ponens, lectionem Hygino ſuppoſitam imitatur; item cod. *Charitinus* & *Colonienſis: Walafridus* Strabo in Gloſſa ordinaria ſeculo IX adornata: Concilium *Lateranenſe* A. C. 1215 habitum, & paullo ante *Petrus* Bleſenſis in Sermone XXIV. & verſio *Anglica* vetus. Quo majore autem conſenſu recentiora monumenta teſtantes in cœlo præponunt, eo certius eſt, hanc lectionem, quæ teſtantes in terra prius memorat, eſſe primævam. Etenim Latini cod. antiquiores verſum, qui hodie octavus eſt, præmittunt, conſenſu magno: ut cod. *S. Andreae* apud Lucam Brugenſem, (qui cum in hanc epiſtolam notas ſcriberet, Lovanio exul, plures conferre codices non potuit:) *Berolinenſes* quatuor venerandæ antiquitatis: *Bodlejani* quinque, & in margine *Bodlejanus* alius: *Genevenſis* plus 700 annorum æſtimatus: cod. in biblioth. Bened. *S. Germani* Pariſ. ſeculo IX tempore regis Lotharii ſcriptus: cod. *Heilsbronnenſis* in Cl. Hockeri Theſauro antiquitatum laudatus; cod. *Noribergenſis; Pariſinus* cod. Latinus in bibliotheca regia, num. 3566, annorum 500 æſtimatus: *Portenſis* unus: *Reutlingenſis:* exemplar, de quo libellum ex profeſſo edidit G. G. *Richterus*, ſub titulo, *Ur-altes Zeugniſs:* editio Bibliorum Germanica *Mogunt.* A. 1462 (in bibliotheca illuſtris Conſiſtorii Wirtembergici,) & *Argent.* A. 1466. & *Auguſtana* A. 1480. & *Norimb.* A. 1483. & *Auguſt.* A. 1518. & Latina ibidem, anno eodem. Alias ejuſmodi Germanicas editiones memorat Ioh. *Vogt* in Catal. libror. rarior. p. 99, 100. *In exemplari Conſtantienſi utroque*, inquit Eraſmus, *poſt teſtimonium aquae, ſanguinis & ſpiritus, adjectum erat*, Sicut in cœlo tres ſunt, Pater, Verbum & Spiritus, & tres unum ſunt. *nec erat additum*, teſtimonium dant, *nec pronomen* hi. Annot. f. 770. Et ſic plane habet cod. *Argentinenſis* apud Dorſch. Diſſ. cit. p. 6. & alius, alia manu, ibidem, & *Schelhornianus.* Eundem verſuum ordinem, *ſicut* interpoſito, tenet cod. *Florentinus* apud Burnetum; & *Venetus*, de quo § VI; atque adeo *Corn. Ianſenius* in Concord. evang. cap. 144. Minus nitimur iis codicibus, qui particulam *ſicut* adhibent, allegoriæ infra notandæ indicem: ſed iidem tamen auctoritatem eo majorem conciliant ceteris, qui & verſum 8 ante 7, & inter utrumque particulam *ET* ſervant. Habet bibliotheca abbatiæ principalis *Murenſis* inſignes codices Latinos, quorum excerpta quædam nacti ſumus. Ea, quod ad hunc locum attinet, ſic habent: *In Bibliis a B. Frowino abbate noſtro*, (qui ſeculo XII floruit,) *ſeu verius ab ejuſdem diſcipulo & monacho noſtro Richene deſcriptis, verſus 1 Ioh. cap. V. ſeptimus & octavus (quanquam haec Biblia nondum in capita fuerint diviſa) ita ferme reperitur*: Quoniam tres ſunt, qui teſtimonium dant in terra: ſpiritus, aqua & ſanguis: & tres unum ſunt. ET tres ſunt, qui teſtimonium dant in cœlo, Pater, Verbum & Spiritus, & hi tres unum ſunt. *Ita quoque in Bibliis ſeculi XIV.* Collator codicis mſ. *Ienenſis: Teſtes in terra*, inquit, *praecedunt teſtes in coelo.* At non poteſt certo monſtrari cod. valde antiquus, qui hodier-

num ordinem habeat: neque quisquam, ut existimo, scriptor ecclesiasticus antiquus. Etiam *Durandus*, adeoque ipse *Romanus ordo*, circ. A. 730 compositus, magno pondere, testimonium in terra ponit ante testimonium in cœlo; neque abhorret *Prologus* in ep. canonicas: ut infra videbimus: item *Cassiodorius*, *Vigiliusque*, & ex Vigilio *Isidorus* Mercator, atque *Etherius*, ut supra § XVIII vidimus. *In Cassiodorii textu*, inquit Scipio Maffeius, *terrestrium testimoniorum versus praecedebat, quod & in quibusdam mss. viri docti animadverterunt.* Denique antiqua compendia capitum N. T. editioni Græcæ & Latinæ Paris. A. 1628 præposita, sic habent: *Tres in terra testantur Christum verum hominem, & tres in coelo verum Dei Filium.* Complura hic obvertentur: I. *Neque Hentenius, neque Zegerus quisquam notant de trajectis his versibus.* Resp. Hentenianus margo nullas admisit annotationes; Lucas Brugensis, de quo antea, notas supplevit. Zegerus, & idem Lucas, & Estii continuator, Bartholomæus Petri, citant etiam Hygini epistolam, & tamen versus in ea trajectos reticent. jure igitur existimantur idem in codicibus ms. dissimulasse, quasi res nullius momenti esset. II. *Exemplaria Prologo ad epist. canonicas instructa habent ordinem hodie usitatum.* Resp. Librarii de servanda contextus & prologi convenientia parum soliciti fuerunt. Nonnulli codices prologum habent, & tamen vel versum 7 omittunt, ut duo apud *Simonium*, & tres apud *Burnetum;* vel eundem post octavum ponunt, ut *Florentinus* & *Genevensis*, de quibus modo, & *Argentinensis*, quem ad Caroli M. seculum refert Burnetus. atque hi ceteris sunt potiores. Etenim ipse prologus testantes in terra priore loco memorat. III. *Syrus versum de spiritu & aqua & sanguine non ab ὅτι, sed a καὶ incipit.* Resp. Ipsum ὅτι vertit &, uti mox v. 9. & cap. III. 2. 20. IV. *Eucherius testantes in terra postponit.* Resp. Ita congruebat Formulis Eucherii, quarum textum § XV retulimus; ex codice N. T. sic eum posuisse, neutiquam apparet. Præstat vel solus Cassiodorus, qui seriem textus, in Complexionibus quippe, presse secutus, testantes in cœlo subjungit. V. *Ed. Comp. & versio Armen. & codex, quem vocant, Britannicus, vel etiam Berolinensis, praeponunt versum de Patre & Verbo & Spiritu.* Resp. Id ipsum argumento est, exemplaria illa ad Latinam eamque minus vetustam lectionem hoc loco esse conformata. Caroli M. temporibus trajectos esse duos versus, existimare licet. nam quid habendum sit de conjectura eorum, qui putant, Dictum hoc per correctores demum Caroli M. insertum esse in contextum Bibliorum Latinorum, judicari potest ex § XVIII & præcedd. Multa certe tum exemplaria Latina sine hoc dicto exstiterant: eoque proclivius fuit, ut sub illa tempora versus, iterum repertus, vel post testantes in terra, *sicut* interposito, vel ante testantes in terra insereretur a plerisque. etenim in alio. cod. *Murensi*, qui Glossas Strabi Fuldensis & Anselmi Laudunensis habet, seculoque XII aut XIII scriptus existimatur, & textus ipse & glossæ primum ponunt testantes in cœlo, deinde testantes in terra. Vide autem, Lector, & experire, quam bene contextus fluat, duobus versibus ordini nativo restitutis; & quam opportune occurratur iis, qui septimi versus interjectu nexum versus 6 & 8 turbari, non inepte dicunt. nam versus 6 & 8 indivulli sunt; nec parenthesi, cui versum septimum Camero includendum putavit, opus est: versum autem 7 pulcherrime excipit versus nonus. Imo ipsam germanitatem versiculi de tribus in cœlo testantibus confirmat duorum versiculorum ordo. nullus enim interpolator putasset, testantes in terra ante testantes in cœlo poni debere.

Cod.

Cod. *Florentinus*, iſque *Laurentianus*, quem ex *Burneto* citavimus, idem eſt, nî fallor, quem deſcribit *Io. Lami* lib. cit. pag. 265. Accedunt alii *Florentinorum* codices Latini, qui eum *ordinem* verſiculorum habent, pag. 258. 268. 285. *Verſus ſeptimus*, Cameronis judicio, *parentheſi includendus eſt, & ſextus conjungendus cum octavo.* Nil opus parentheſi: ſextus verſus cum octavo conjunctus eſt per ſe.

§ XXII. Citerioribus demum ſeculis, *Armeni*, atque ipſi *Graeci*, hunc verſum poſtliminio receperunt.

De *Armenis* cel. La Croze primum hæc ad me ſcripſit: *Ad verſum 7 cap. V primae epiſtolae S. Ioannis obſervandum eſt, eum verſum jam pridem extare in codicibus Armenorum. Nam in epiſtola Gregorii patriarchae & in actis conciliorum Siſenſis & Adanenſis, quae Armenice extant apud Galanum concil. parte I. cap. XXVIII. hic verſus ter legitur, pag. 436. 461 & 478. Acta vero horum conciliorum & epiſtola Gregorii patriarchae authentica ſunt, celebrata decimo quarto ſeculo incunte, annis 1306 & 1307.* Deinde, plura percontanti, ſuggeſſit, *minoris Armeniae, id eſt, Ciliciae incolas in communionem Latinorum ſe intruſiſſe XIII ſaeculo, eique firmiter adhaeſiſſe.* Addit præter cetera, *Editio Bibliorum Armenica deſcripta eſt ex codice Haythonis regis Armeniae minoris, qui & praefationem metricam editioni ſuae addidit, quod ποιηματιον Latine verti, ex editionibus Armenicis Amſtelodamenſi & Conſtantinopolitana. Vertit etiam ex Latino praefationes omnes Hieronymi, quae in iiſdem editionibus Armenicis exſtant. Itaque nihil dubitandum eſt, Haythonem multa addidiſſe in editione ſua ex verſione Vulgata, etſi alias veteres lectiones nihil ſollicitaverit. Ergo optandum eſſet, ad integritatem editionis Armenicae, ut conferri poſſent editiones, quas habemus, cum codicibus antiquioribus aetate Haythonis, qui editionem ſuam paravit, ut in praefatione ſua teſtatur, anno Chriſti 1295. Armenicae aerae 744. Editionis illius manuſcriptae Haythonis fragmenta authentica ſuperſunt in bibliotheca regia Pariſienſi, ut mihi Schroederus olim nuntiavit: iiſque uſus eſt Vſcanus in editione ſua Bibliorum Armenicorum.* Conferri poſſunt, quæ de Armenorum Latiniſmo ex illa ætate memorantur apud Iac. Le Long P. I biblioth. ſacræ pag 279. At *codex Armeniacus ante 400 annos exaratus* (inquit Sandius) *quem vidi apud epiſcopum eccleſiae Armeniacae, quae Amſtelodami colligitur, locum illum* (1 Ioh. V. 7.) *non legit.* Append. interpr. paradox. IV Evang. p. 376 ſ. Apparet hinc, ab Armenis olim Græcos codices dicto carentes, deinde Latinos dictum habentes, fuiſſe adhibitos. Nec dubium, quin a Latinis item *Graeci* dictum hoc repetierint: & quidem poſt frequentiſſimum illud Lateranenſe concilium, in quo permagna hujus dicti, Græcis quoque præſentibus, conſideratio fuit. Sane circa medium ſeculi XIV in libro de Principiis fidei catholicæ id allegavit *Manuel Calecas, Dominicanus.* Habet etiam periocham *Lectionarium* Græcorum, cujus titulus eſt Αποστολος, edit. *Venet.* 1602. ad feriam V hebdomados XXXV a Paſcha: ex Latinis videlicet. nam Arabica verſio in publica ejuſdem feriæ, ejuſdem hebdomados lectione, ut Seldenus docet, periocham non habet. Habet *Confeſſio* eccleſiæ orientalis Part. I. qu. IX. ὁτι τρεῖς εἰσὶν οἱ μαρτυροῦντες ἐν τῷ οὐρανῷ, ὁ πατὴρ, ὁ λογος, καὶ τὸ ἅγιον πνευμα· καὶ οὗτοι οἱ τρεῖς ἓν εἰσι. Conf. Caſp. a Lilien Diſſ. ſacrar. p. 50. Habet *verſio N. T. neograeca*, editionibus occidentalium reſpondens.

Pari jure, verſio *Slavonica* vetus, quæ Dictum habere fertur: & *Italica* Bruccioli, Ven. 1532, quam de Græco factam ait Millius, hac certe in parte Latinos cenſebuntur codices eſſe ſecutæ. Quod *Manuel Calecas*, DOMINICANVS, & *Lectionarium* Græcorum, hîc certe interpolatum, VENETIIS editum, Vulgatæ tranſlationis auctoritatem ſequuntur, minime mirum eſt. Prius fecerunt idem Armenii.

§ XXIII. Remanent tamen veſtigia periochæ apud Græcos initio lectæ non contemnenda.

Irenaeus lib. IV. cap. XIV, cujus capitis lemma eſt hoc, *Quid eſt, quod nemo cognoſcit Patrem niſi filius, & per quot occaſiones revelat Filius Patrem:* ſic ait in extremo: *Ab initio enim aſſiſtens Filius ſuo plaſmati, revelat omnibus Patrem, quibus vult & quando vult & quemadmodum vult Pater: & propter hoc in omnibus & per omnia unus Deus, Pater; & unum VERBVM, Filius; & unus Spiritus, & una fides & ſalus omnibus credentibus in eum.* Rurſum lib. V. cap. XIX. *Super omnia quidem PATER, & ipſe eſt caput Chriſti: per omnia autem VERBVM, & ipſe eſt caput eccleſiae: in omnibus autem nobis SPIRITVS, & ipſe eſt AQVA viva, quam praeſtat Dominus in ſe recte CREDENTIBVS, & DILIGENTIBVS ſe, & ſcientibus, quia unus Pater, qui eſt ſuper omnia, & in omnibus nobis. TESTIMONIVM perhibet his & Ioannes Domini diſcipulus in Evangelio, dicens, In principio &c.* Bis reſpicit locum Eph. IV. 4 ſeqq. ſed an ſimul obverſata Irenæi animo fuerint verba epiſtolæ periochæque Iohanneæ, judicet lector. certe S. Trinitatem commemorat, & in ea commemoratione, ut Auguſtinus, de quo § XX, Filium *Verbum* appellat: *Verbi* autem appellationem, in mentione S. Trinitatis, aut nullus N. T. aut hic Iohanneus habet verſiculus. Quod ſi Latine potius jam tum, quam Græce, verſiculum in Iohanne legiſſe videtur Irenæus, antiquitate tamen ſua Latino interpreti pondus addit. *Athenagoras* vero, in Apologia, Chriſtianorum eſſe ait, noſſe, τίς ἡ τῶ παιδὸς πρὸς τὸν πατέρα ἑνότης, τίς ἡ τῶ πατρὸς πρὸς τὸν υἱὸν κοινωνία, τί τὸ πνεῦμα· τίς Η ΤΩΝ ΤΟΣΟΥΤΩΝ ΕΝΩΣΙΣ, καὶ ΔΙΑΙΡΕΣΙΣ ἐνωμένων, τῶ πνεύματος, τῶ παιδὸς, τῶ πατρός. pag. 98 ſeq. ed. Rechenberg. ubi etiam τούτων vel ἡ τῶν τριῶν, pro ἡ τῶν τοσούτων, legi poſſe cenſet Conr. Geſnerus: proxima vero lectio eſt, Η ΤΩΝ Γ ΤΟΥΤΩΝ ΕΝΩΣΙΣ, *TRIVM HORVM VNIO*, ſive *VNITAS.* ἕνωσις eſt, quia *unum ſunt*: διαίρεσις eſt, quia *tres ſunt.* Mirum, ni Iohannem reſpexit Athenagoras, LXX circiter annis poſt Iohannem. Non multo poſt, *Clemens Alexandrinus*, vel quiſquis illas ἐκ τῶν προφητικῶν ἐκλογὰς ad Theodoti epitomas adjecit, ſcriptor certe vetuſtiſſimus, hæc notavit, Τότε ἡ σφραγὶς ἐπακολουθεῖ, ἵνα ΦΥΛΑΣΣΗΤΑΙ τῷ θεῷ τὸ ἅγιον. πᾶν ῥῆμα ἵσταται ἐπὶ δύο καὶ τριῶν μαρτύρων, ἐπὶ πατρὸς καὶ υἱῶ καὶ ἁγίου πνεύματος· ἐφ' ὧν ΜΑΡΤΥΡΩΝ καὶ ΒΟΗΘΩΝ αἱ ΕΝΤΟΛΑΙ λεγόμεναι ΦΥΛΑΣΣΕΣΘΑΙ ὀφείλουσιν. fol. 575 ed. Commelin. Alludit ſcriptor ad loca Matth. XVIII. 16. XXVIII. 19. 20. ſed interveniente utique loco 1 Ioh. V. 7. coll. v. 3. 21. Minus aperta allegandi ratione uſi ſunt hi ſcriptores, ex temporum ſuorum conſuetudine, ad quam alia cauſa poterit adjici ex § XXV. Tale illud *Baſilii M. Deus & Verbum & Spiritus, una Deitas & ſola adoranda* (προσκυνητή.) lib. V. adv. Eunom.

Eunom. Raris (i. e. paucos gemellos habentibus, qui in ſuo genere peculiares erant,) codicibus epiſtolicis uſum fuiſſe hunc *Baſilium*, patet ex iis, quæ ſupra ad Eph. I. 1 notavimus. Inter *Athanaſii* vero opera exſtat *διάλεκτος* ſive Dialogus, cujus auctor Athanaſium & Arianum quendam in Nicæna ſynodo colloqui facit. ibi poſt longam diſceptationem Athanaſius in extremo baptiſmum laudat, datum fidelibus *ἐν τῇ τρισμακαρίᾳ ονομασίᾳ*, id eſt, *in nomine beatae Trinitatis*: additque, *πρὸς δὲ τούτοις πᾶσιν ἰωάννης φάσκει, καὶ οἱ τρεῖς τὸ ἓν εἰσιν* praeter haec omnia Iohannes dicit, *Et hi tres unum ſunt*. ac tum demum Arianus victas dat manus. *vere beati*, inquit, *omnes, qui iſtam habent fidem*. Auctorem colloeutionis, eruditi hodie docent eſſe *Maximum* Confeſſorem: qui A. C. 640, monaſterio ſuo, prope Conſtantinopolin, relicto, in Africam ivit: A. 645 Romam venit: & A. 655 Conſtantinopolin vi retractus eſt. Vnde colligas, Maximum, Dicti Iohannei, ante hac ſibi ignoti, apud Afros fuiſſe potitum: eaque re exultantem, ipſius Dicti ornandi & producendi cauſa Dialogum feciſſe. Quod ſi quis Maximum non agnoſcit, alium tamen auctorem minime ineptum, & ſatis antiquum, & codicibus Afrorum, iiſque Græcis, fretum, debebit confiteri. nam multa dicta ex N. T. (ne de LXX int. dicam,) eo modo citat, qui codicibus Africanis reſpondet: & hoc dictum, *Tres unum ſunt*, ſi ille ex *ſcholio* duntaxat aliquo, ſi ex *Latinis* monumentis id repetiſſet, ſi allegatio ex nulla parte minorem firmitudinem haberet: quomodo *Athanaſius*, Græcus doctor, eo utens potuiſſet introduci? quomodo auctor totius colloquii *coronidem* ac ſummam in eo poſuiſſet? quomodo *Iohannes* id dicere diceretur? quomodo denique *Arianus*, diu reluctatus, cederet? Vix plus huic *Dialogo* tribui poteſt, quam tribuimus modo. Latinis Afrorum codicibus notitiam Dicti ſine dubio debet auctor ille: in Græcis an deinceps repererit, conſiderent eruditi.

Veſtigium etiam Græcorum codicum ſervat *Prologus* ad epiſtolas Canonicas: quem, in editionibus Latinis recentioribus minus obvium, hoc loco totum exhibemus.

Non ita eſt ordo apud Græcos, *qui integre ſapiunt, fidemque rectam ſectantur, epiſtolarum ſeptem, quae canonicae nuncupantur, ſicut in* Latinis *codicibus invenitur, ut quia Petrus eſt primus in ordine apoſtolorum, primae ſint etiam ejus epiſtolae in ordine ceterarum. ſed ſicut* Evangeliſtas dudum *ad veritatis lineam correximus, ita* has *proprio ordini Deo juvante reddidimus. Eſt enim prima earum una Iacobi, duae Petri, tres Iohannis. & Iudae una. Quae ſi ſicut ab eis digeſtae ſunt, ita quoque ab interpretibus fideliter in Latinum verterentur eloquium: nec ambiguitatem legentibus facerent, nec ſermonum ſeſe varietas impugnaret, illo praecipue loco, ubi de* unitate trinitatis *in prima Iohannis epiſtola poſitum legimus: in qua etiam, ab infidelibus* translatoribus, *multum erratum eſſe a fidei veritate* comperimus, *trium tantummodo vocabula, hoc eſt,* aquae, ſanguinis & ſpiritus, *in ipſa ſua editione ponentibus; & Patris,* Verbique ac Spiritus teſtimonium *omittentibus, in quo maxime & fides catholica roboratur, & Patris & Filii & Spiritus ſancti una divinitatis ſubſtantia comprobatur. In ceteris vero epiſtolis quantum a noſtra aliorum diſtet editio, lectoris prudentiae derelinquo. Sed tu virgo Chriſti Luſtochium, dum a me impenſius ſcripturae veritatem inquiris, meam quodammodo ſenectutem invidorum dentibus corrodendam exponis, qui me falſarium corruptoremque ſancta-*

ſanctarum pronunciant ſcripturarum. ſed ego in tali opere nec aemulorum meorum invidentiam pertimeſco, nec ſanctae ſcripturae veritatem poſcentibus denegabo.

De auctore hujus prologi multum diſceptatur : nos alium conferemus Prologum, in Acta. *Canit pſalmiſta : Ambulabunt de virtutibus in virtutes. poſt apoſtoli* Pauli *epiſtolas dudum uno volis volumine translatas*, Domnon & Rogatiane, *chariſſimi*, actus apoſtolorum *compellitis ut transferam in Latinum. quem librum nulli dubium eſt a* Luca *Antiocheno arte* medico, *qui poſtea inſerviens Paulo apoſtolo Chriſti factus eſt diſcipulus, ſuiſſe editum. Cervices premit impoſita ſaepius oneris magnitudo : quia ſtudia invidorum reprehenſione digna putant ea quae ſcribimus. illorum nunquam odio & detractione, juvante Chriſto, meum ſilebit eloquium. Actus apoſtolorum nudam quidem videntur ſonare hiſtoriam, & naſcentis eccleſiae infantiam texere : ſed ſi noverimus, ſcriptorem eorum* Lucam *eſſe* medicum, *cujus laus eſt in evangelio ; animadvertemus pariter, omnia verba illius, animae languentis eſſe medicinam.* Proxima hæc periodus, *Actus* &c. in ipſius Hieronymi ad Paulinum epiſtola exſtat : ſuperiora, alius adjecit. neque enim *Lucam medicum* unus Hieronymus duobus ſeparatis locis commemoraret. Ex omnibus prologis, in Novum Teſtamentum, una, in Evangeliſtas, ad Damaſum, præfatio, certo eſt Hieronymi : reliquas, hujus exemplo, alii partim ex Hieronymi commentariis & catalogo, partim de ſuo appoſuerunt. Et quidem prologum in epiſtolas canonicas idem, opinor, qui prologum in Acta, per Hieronymi perſonam ſubjecit. Neque tamen utilitatem prologi in canonicas amittit locus de tribus in cœlo teſtantibus. parum enim intereſt, quo intervallo vel poſt annum 400, vel ante annum 800 ſcriptus ſit, modo intra hoc ſpatium ſit revera ſcriptus ; id quod dubium eſſe nequit. Nam poſt *Caroli M.* tempora ita communiter receptum eſt apud Latinos dictum de S. Trinitate, ut ſine notorio mendacio Latinos ob ejus omiſſionem reprehendere, eoſque cum Græcis committere nemo poſſet. Sane compluribus circa tempora *Caroli Calvi* codicibus inſertus reperitur prologus : neque ſolum *Lyranus*, ſed etiam *Walafridus* in Prologum commentatur ; quare Prologus jam ſeculo IX vetuſtatis opinione (& quidem Hieronymo eum uterque adſcribit,) valuerit oportet. Denique *Petri* epiſtolæ, quum ſcribebatur Prologus, ante ceteras Canonicas, (quomodo habet etiam *Caſſiodorus* in Complex. & Adumbr.) & Canonicæ continuo poſt *Evangeliſtas* apud Latinos erant poni ſolitæ : abs quo ordine ut *Hieronymi* præfatio ad Paulinum abeſt, ſic *Alcuinum*, cui Carolus M. recognoſcendos demandaverat codices, valde abludere, demonſtrant Prolegomena Wetſten. p. 89. Eſt igitur ſatis antiquus Prologi auctor, (Caſſiodoro fortaſſe & coævus & familiaris,) & pondus habet non mediocre. *Graecorum* eum codicum expertem non fuiſſe, liquet : nam inde ordinem canonicarum repetit epiſtolarum. Indidem vero ſe Dictum de S. Trinitate reſtituiſſe ſignificat. Græci codices, quibus hodie utimur, fere omnes Prologo ſunt recentiores : eo igitur tempore, quo ſcriptus eſt Prologus, potuit auctor ejus, ſi non plures, at unum codicem Græcum videre, Dicto illo fulgentem ; quanquam ab ipſo Iohannis ævo perpaucos Græcos codices, Dictum exhibentes, exſtitiſſe, pro certo habemus. Nunc *plurima* manuſcripta, quæ Ger. a *Maſtricht* in Notis ad h. l. corrogat, & *XIV teſtes Graecos*, quos *Twellſius*, pagina Wolfii 302, enumerat,

merat, & hæc, quæ ad § III & deinceps ſublegimus, Lector, velim, ſerio invicem conferas. Operam ab eo navatum iri dices, qui, unum duntaxat teſtem alterumque Græcæ auctoritatis eſſe, utcunque probaverit. Qui firmos teſtes ex Græca antiquitate producet, gratiam ab eccleſia inibit.

§ XXIV. Periocha hæc non eſt Gloſſa ex allegorico ſpiritus & aquæ & ſanguinis interpretamento conficta.

Allegoriam Auguſtinus quidem dedit, vix venturam in mentem, ſi unitatem ſpiritus & aquæ & ſanguinis, & unitatem Patris & Filii & Spiritus ſancti aliter conciliare potuiſſet: eademque tamen deinceps allegoria Eucherio, eoque teſte, pluribus placuit. Et hinc quoque factum videtur, ut nonnulli verſum ſeptimum poſt octavum, nativo quidem loco, ſed particula illa *ſicut*, quam ſupra notavimus, interpoſita, reſtituerent. Sed ante Auguſtinum nemo patrum, qua erant ſimplicitate in ſcripturis citandis & interpretandis, de tali allegoria cogitavit. *Clemens* Alexandrinus in *Adumbrationibus*: Quia tres ſunt, qui teſtificantur, ſpiritus, *quod eſt vita*: & aqua, *quod eſt regeneratio ac fides*: & ſanguis, *quod eſt cognitio*. & hi tres unum ſunt: *in Salvatore quippe iſtae ſunt virtutes ſalutiferae*. Ipſe Auguſtinus invitus & neceſſitate quadam coactus ad hanc quaſi ancoram ſacram confugit. vid. § XX. Cypriano eam quidem adſcripſit *Facundus*: ſed Facundus haud dubie ex Auguſtino, quem videret allegoriam Iohanni adſcribere, hanc etiam Cypriano adſcripſit; neque aliter potuit, ſive ignoravit periocham ſive diſſimulandam putavit. atque ante Facundum Fulgentius l. c. nullam neque Iohanni neque Cypriano allegoriam tribuit: quod is tamen, ſi ratio ulla tuliſſet, facile feciſſet. nam mox ibidem allegoriam Cypriano ex Daniele, Cypriano non melius convenientem, affingit. In exemplari regio, num. 2247. circiter 500 annorum, e regione horum verborum, ὅτι τρεῖς εἰσιν οἱ μαρτυροῦντες ἐν τῇ γῇ, τὸ πνεῦμα καὶ τὸ ὕδωρ καὶ τὸ αἷμα, hoc ſcholion legitur, τετρεῖς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον καὶ ὁ πατὴρ καὶ αὐτὸς ἑαυτῷ. & e regione horum verborum, καὶ οἱ τρεῖς εἰς τὸ ἓν εἰσι, hæc nota eſt addita, τετέρτι μία θεότης, εἷς θεός. Item in cod. Colbert. num. 871 præter hæc verba marginis, εἷς θεὸς, μία θεότης, addidit ſcholiaſtes, μαρτυρία τῷ θεῷ τῷ πατρὸς καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματος, ubi τῷ υἱῷ vel pro τῷ θεῷ legi vel poſt πατρὸς inſeri debet. Vid. Rich. Simon. Hiſt. crit. N. T. c. 18, ubi plane contendit, ex ejuſmodi ſcholiis allegoricis natum eſſe verſiculum. Veruntamen hæc ſcholia vel ex Auguſtino vel ex ipſis codd. Latinis verſum 7 exhibentibus eſſe deſumta, liquet. nam cod. ille regius, ἐν τῇ γῇ, quod codices mere Græci non habent, habet ex Latinis: & cum regio Colbertinus aperte conſpirat.

§ XXV. Non tam incuria librariorum factum eſt, ut in monumentis pleriſque prætermitteretur hæc periocha, aut dolo Arianorum, quam conſilio virorum eccleſiaſticorum quorundam.

Qui Dictum defendunt, non ideo cauſas, cur in tot exemplaribus deſit, producere tenentur; tres tamen admodum cauſas proferunt: hiatum fortuitum ex iiſ-

dem verbis in textu recurrentibus, fraudem Arianorum, disciplinam Arcani. Non casu quidem, sed consilio prætermissum agnoscere Dictum ii debent, qui voculas *in terra* de textu esse contendunt; præsertim si tres eos, qui in terra testantur, ante testantes in cœlo legant: sed *hiatum* ex verbis, *Tres unum sunt*, recurrentibus, plane allegare fas est iis, qui voculas *in terra*, & *in coelo*, sine quibus certe sententia constat, coll. Ioh. VIII. 18. XV. 26. 27. pro interpretamento habent. Enimvero has voculas in iis tantummodo manuscriptis & scriptoribus legi, suo loco videbimus; qui si item soli Dictum de Patre & Verbo & Spiritu sancto firmarent, minime sufficerent. atqui præcipui scriptores, quorum allegatione Dictum nititur, id breviter allegant, sine versiculo de tribus in terra testantibus, sine voculis, *in terra*, *in coelo*. Sane MEDIA est lectio, quæ versum de Patre & Filio & Spiritu sancto admittit, & tamen voculas *in terra*, *in coelo*, omittit. *Fraus* Arianorum pro dicto primitus certe omisso allegari nequit. nam ante natum Arium, Græca jam pleraque exemplaria hoc Dicto, plerosque patres notitia Dicti carnisse, omnia monumenta clamant: ac vicissim Arianos in Africa hoc Dictum legisse, § XVI observavimus. Postea quidem Arianos quosdam libentius iis assensuros fuisse, qui Dictum prætermitterent, quam iis, qui legerent, facile existimes: sed quæ hodie supersunt exemplaria, a Catholicis potius, quam ab Arianis, quorum libros illi delevere, sunt profecta. Quod reliquum est, efficacissimam cogimur agnoscere prætermissi Dicti causam (quæ *Schelstrateno* quoque in mentem venit,) *disciplinam Arcani*. Hæc seculo II est introducta: hæc jam tum multos, ut apparet, induxit, ut initio a codicibus publicæ duntaxat lectioni destinatis Dictum removeretur, qui ceteros brevi tempore apud Græcos absorpserunt. Quantivis pretii locus est apud *Chrysostomum*, qui ad 1 Cor. XV. 29 obligationem credendi resurrectionem mortuorum probaturus, *Symbolum*, quo baptismi candidatus S. Trinitatem confitetur, solicita arte propter τὰς ἀμυήτας sic præterit, ut solum denique articulum de resurrectione mortuorum, instituto suo necessarium, proferat. Præter cetera sic ait, *Aperte dicere non audeo, propter eos, qui non sunt initiati: dicam autem tecte. post recitationem mysticorum verborum illorum & terrificorum, & τὰς φρικτὰς κανόνας τῶν ἐκ τοῦ* ΟΥΡΑΝΟΥ *κατενεχθέντων* ΔΟΓΜΑΤΩΝ *tremendos dogmatum ex coelo demissorum, hoc quoque in fine apponimus, ubi tingere volumus, jubentes dicere, Credo mortuorum resurrectionem, & super hac fide tingimur.* Hinc idem ad Matth. XXVIII. 19. *Christus*, inquit, τὸ μὲν περὶ ΔΟΓΜΑΤΩΝ, τὸ δὲ περὶ ἐντολῶν *partim de dogmatis, partim de praeceptis mandat: & jubet discipulos in orbem terrae effundi,* πᾶσαν σύντομον διδασκαλίαν ἐγχειρίσας τὴν διὰ τοῦ βαπτίσματος *omnem compendiariam doctrinam committens, quae per baptismum traditur.* Plura tam illustri loco non eloqui instituit Homileta. Vtroque loco doctrinam, de S. Trinitate, *dogmatis* accenset, i. e. arcanis doctrinæ capitibus, quæ τοῖς κηρύγμασι capitibus tum publice prædicari solitis opponuntur: rursumque Basilio M. inter *dogmata* est benedictio aquæ in baptismo, apud Suicer. T. I. Thes. col. 934. Curate Casaubonus, *Non recenseo*, inquit, *inter silenda mysteria doctrinam de SS. Trinit. de Incarnatione I. C. & similia capita evangelicae praedicationis: sine quorum notitia Christianus esse nemo potest: non est tamen ignorandum, in tradendo mysterio Trinitatis summopere*

caviss

caviſſe veteres, ne apud paganos aut chriſtianos adhuc infirmos de tanti arcani ratione temere verba facerent. Exerc. XVI ad Baron. n. 43. ubi plura collegit; unde limitari queant, quæ Kettnerus diſputat p. 25. coll. p. 56 ſeqq. Plane iis, qui baptizandi erant, paullo ante pandebantur, cum ipſa Oratione Dominica, interiora doctrinæ chriſtianæ. unde Hieronymus, ad Pammachium: *Conſuetudo apud nos iſtiuſmodi eſt, ut his, qui baptizandi ſunt, per XL dies publice tradamus ſanctam & adorandam Trinitatem:* & ad baptiſmi demum *myſterium* accedentes doctrinam de *Chriſti Deitate* accipere ſolitos fuiſſe, docet Euſebius lib. IX Demonſtr. evang. c. 6. neque baptiſmi ipſius ſpectatores erant ceteri Catechumeni. Quibus præſentibus, fideles, eo certe tempore, quum maxime vigebat recondita Theologia (de qua conferri poteſt G. T. Mejeri commentarius) abſtinebant apertiore S. Trinitatis mentione. Notare autem juvat apertæ mentionis gradus. nam formulam Matth. XXVIII. 19. minus apertam cenſebant, quam ſymbolum. v. gr. Vigilius lib. XI ad Theoph. *Quam vero non terret*, inquit, *eos Dominus, qui fidei ſacramentum apoſtolis tradens dicit*, Euntes nunc docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris & Filii & Spiritus ſancti: *nec non & illa magna & beata confeſſio fidei, IMO IPSA FIDES SANCTORVM & teſtamentum, quod diſpoſuimus ad Patrem & Filium & Spiritum ſanctum, ad ſacrum lavacrum regenerationis venientes, confeſſi ſic*, Credo in Deum Patrem omnipotentem, & in Ieſum Chriſtum filium ejus unigenitum, & Spiritum ſanctum. Similiter in Liturgia Chryſoſtomi, frequenti facta S. Trinitatis mentione, mittuntur demum Catechumeni: ſed aliquanto poſt, ubi ſacerdos dixit, *Oſtia, oſtia prudenter clodamus*, lector continuo *Symbolum* recitat. conſer de Symbolo Apoſtolico & Athanaſiano etiam Latinis ſubticeri ſolito, *Durandi* rationale l. 6. c. 89, ubi alienior quædam ratio additur. Porro *omni Symbolo clarius* eſt dictum Iohanneum de *Trium unitate* (quorum illud idcirco non magis proferre dubitavit Vigilius, quam hoc;) *neque arcanum quicquam in Symbolo remanſiſſet, ſi dictum fuiſſet publice notum.* Itaque Græci hunc locum a codicibus publicæ lectioni deſtinatis (uti *hiſtoriam adulterae*, vid. var. Ioh. VIII init.) removerunt: quo factum eſt, ut ab omnibus pleriſque deinceps Græcis librariis & interpretibus omitteretur. *Pari conſilio* (quod *maximopere* obſervandum eſt) confeſſionem illam ab Æthiope eunucho in *baptiſmo* editam cancellaverunt. vid. var. Act. VIII. 37. Iidem autem Afri confeſſionem illam, & Dictum Iohannis, conſervaverunt: quamquam hi ipſi Dictum, quodam quaſi præludio ſeverioris reticentiæ, antequam perſecutio Vandalica eos compuliſſet, non tam allegarunt, quam indigitaverunt. Hac ſemel de cauſa quum omitti cœptum eſſet dictum, & illud, *unum ſumus*, Ioh. X. nunquam non citaretur: catholici hoc, *Tres ſunt*, *Pater*, & reliqua, minus citarunt: vel quia illud Ioh. X. ſatis erat: vel ut occurrerent abuſui non tam Sabellianorum, quibus *unitas aquae* &c. protinus reponi poterat; quam Arianorum, ne *unitate aquae* &c. contra unitatem Patris & Filii & Spiritus S. abuterentur. quod ipſum valde refugit Auguſtinus § XX. Ex eadem arcani diſciplina, Græcorumque imitatione, factum videtur, ut apud *Latinos* & in codicibus & in ſolenni Lectione, hanc periocham, aliis ſcribi & recitari ſolitam, alii prætermitterent. *Ioh. Beleth*, qui circa Bernhar-

di tempora floruit Parisiis, *Debent*, inquit, *in octavis Paschae NOVEM dici lectiones ex Apocalypsi, quod ostenditur per responsorium*, Dignus es Domine. *ideo enim responsorium nominatur, quia, ut jam saepe dictum est, lectioni, quae praecessit, debet respondere. Nec est quod quis objiciat in* (nostra) *aetate, qualibet dominica, responsorium dici de* Trinitate, *quum tamen de ea NVLLA lectio recitetur. Fuit enim illud ita in PRIMITIVA ecclesia institutum, ut videlicet singulis diebus dominicis diceretur & lectio nona & responsorium de* Trinitate: *sed quia LECTIO ILLA IN DISSVETVDINEM ABIIT, tantummodo responsorium remansit.* Explic. divin. off. cap. 121. At *Durandus* Sec. XIII hic scripsit, *Secundum* Rom. ordinem *leguntur novem lectiones in dominicis a Pascha usque* ad Pent. — *In epistola vero in fide instruimur. — ostendit fidem per testimonium in coelo & in terra & in conscientia. In terra cum dicit:* Tres sunt, qui testimonium perhibent in terra, spiritus, aqua & sanguis — & hi tres unum sunt. — Tres perhibent testimonium in coelo, Pater *in voce*, Verbum *in carne*, Spiritus *in columba*: & hi tres unum sunt. lib. cit. c. 97. Belethum fere sublegit Durandus, & hoc loco defectum illius confessum, aliunde, videlicet ex ordine Romano, supplevit, sub versum de spiritu & aqua & sanguine, versum *de S. Trinitate* ponens, qui postea in aliis Missalibus est praepositus. Atque hujus ipsius versus de S. Trinitate intuitu hanc periocham lectioni solenni destinatam olim esse, testantur omnia. Hac ratione, quum amotum esset Dictum, alii, qui postea in illud inciderunt, etiam ad praecidendum abusum Arianum, ut Reformatores nonnulli fecerunt, eo abstinuerunt. Honori certe patrum non inimicior est doctrina *arcani*, quam esset plagium Arianorum, quod sine socordiae culpa non animadvertere patres non potuissent. Haec praetermitti Dicti causa satis late patet ad codices Graecos hodie superstites, longe antiquior ipso Alexandrino: cademque, duabus illis superioribus causis additis, hanc facile vim habuit, ut Dictum multis ignotum, multis dubium fieret, ac propemodum ex iis, quae scripta sunt, excideret. Certior tamen est praetermissio, atque adeo ipsa germanitas hujus dicti, quam praetermissionis causae. qui cimelium amisit & invenit, etiamsi, quo modo amissum fuerit, ignoret, tamen agnoscit & recuperat. Tarde, ut arbitror, exspirabit, suspicio hiatus hoc loco ex homoeoteleuto nati. Homoeoteleuton quidem quantam in hiatibus vim habere soleat, passim animadverto: sed in praesenti loco eam causam valere non posse, evici, ni fallor. Contra, versiculus hic nullo modo tanquam assumentum reputari potest, a Latinis patribus, Dicto ipso carentibus aut gaudentibus; notis, aut deperditis ignotisve, antiquissimis, recentioribusve, profectum. Suspicionibus quoquoversus indulge: nil, ubi consistas, reperies. Tam mature, tam serio, tam passim gentium, tam perpetua aetatum serie allegant.

§ XXVI. Testimonia Dictum comprobantia, se invicem valde confirmant.

Hoc ut appareat, primum loca Scripturae, in quibus subinde conveniunt, videbimus. I. Gen. I. 2 *inanis & vacua*, Vulgatus. *invisibilis & incomposita*, Interpres Irenaei, l. 1. c. 15. Tertullian. adv. Hermog. c. 23 &c. Confesso sub Hunerico.

rico. II. Iesa. XL. 28. *Deus sempiternus — non deficiet neque laborabit*, Vulg. *Deus aeternus non esuriet, ut testatur per Esajam*, Tertull. c. psych. c. 6. & sic l. 2. c. Marcion. c. 22. & adv. Prax. c. 16. Phœbad. c. 8. *Deus aeternus — non esuriet neque laborabit*, lib. 3 ad Theoph. III. Iesa. XLV. 1. *Haec dicit Dominus christo meo Cyro, cujus apprehendi dexteram, ut subjiciam ante faciem ejus gentes: & aperiam coram eo januas, & portae non claudentur*, Vulg. *Sic dicit Dominus Deus Christo meo Domino, cujus tenui dexteram, ut exaudiant illum gentes — aperiam ante illum portas, & civitates non claudentur illi*, Tertull. c. jud. c. 7. *Haec dicit Dominus Christo meo, cui tenui dexteram, ut obaudiant eum omnes gentes*, l. 3. ad Theoph. *Haec dicit Dominus Christo meo Domino, cui tenui dexteram, & audire faciam ante eum omnes gentes — aperiam ante eum portas, & civitates non claudentur*. Lib. c. Varim. IV. Matth. IX. 4. *mala*, Vulg. *nequam*, Tertullianus, Confessio sub Hunerico. V. Matth. XII. 31 fin. τοῖς ἀνθρώποις omittit *Lat. Armen.* & al. & sic *Disp. Nicaena*. VI. Matth. XVII. 5. *dilectus*, Vulg. *dilectissimus*, Cyprian. ep. ad Cæcil. & sic lib. c. Varim. VII. Matth. XXI versus 29 & 30 transponuntur in *versione Armena* & in *Disp. Nicaena*. nec longe absunt codices *Lat.* quos Augustinus & Hieronymus viderant, apud Mill. VIII. Matth. XXIV. 6. 36. congruunt apud eundem codices *Afris* proximi, & *Disp. Nicaena*. IX. Matth. XXVIII. 19. βαπτ. εἰς *Cant. Marius Vict.* & sic l. I & II *ad Theoph.* X. Luc. XVIII. 7 ἐκλεκτῶν *servorum* lib. c. Varim. & Armeni. XI. Ioh. I. 13 *sanguinibus* Vulg. *sanguine* Tertull. & lib. II ad Theoph. XII. Ioh. III. 6. *caro est — spiritus est*, Vulg. *caro est, quia de carne natum est — spiritus est, quia Deus spiritus est*, Tertull. & sic lib. c. Varim. Sic, quod ad comma de Spiritu attinet, Cyprianus, Augustinus, Expos. fid. ad Cyrill. apud Hieron. aliique, & Disp. Laodicena, & liber IV ad Theoph. XIII. Ioh. VIII. 58, *fieret*, Vulg. Id omittit Novatianus Tertulliani epitomator, Marius Vict. & l. III ad Theoph. XIV. Act. V. 3. *tentavit* Vulg. pro πλησαι, quod ipsum reddit Cyprianus, & Confess. sub Hun. XV. Act. X. 41. *per dies quadraginta* (quod Vulg. omittit) legit Augustinus aliique, & sic lib. c. Varim. XVI. 1 Cor. XII. 4. *gratiarum*, Vulg. *donationum*. Confess. sub Hun. & Disp. Laod. nec non lib. c. Varim. XVII. Ibid. v. 11. ἑκάστῳ *singulis* Vulg. ἰδίᾳ *propria* lib. c. Varim. & Confess. XVIII. 1 Tim. I. 15. *fidelis*, Vulg. *humanus*. codd. apud Hieron. nec non Augustinus, & sic lib. c. Varim. XIX. 1 Tim. IV. 1. *erroris*, Vulg. *seductoribus*, Novatianus & lib. II ad Theoph. XX. XXI. XXII. Ap. XIV. 6. XIX. 14. 16. a Vulgati verbis discrepat & cum Cypriani Exhort. ad mart. c. 2. & l. II ad Quir. c. 30. congruit liber c. Varim. Neque de epistolis catholicis dubitare debemus. XXIII. Iud. v. 15. *arguere omnes impios*. Vulg. *perdere omnes impios & arguere omnem carnem* Cyprian. ad Novatian. & sic Lib. c. Varim. XXIV. In hac ipsa ep. 1 Ioh. cap. IV. 1. *mei* (quod habet Vulg.) omittit Tertull. & lib. c. Varim. XXV. Ibid. v. 23. *& Patrem*, legit Vulg. *& Filium & Patrem*. Cyprian. Augustin. & sic Liber IV ad Theoph. Adde formulam allegandi, κατὰ *Matthaeum*, &c. apud Cypr. & l. XI ad Theoph. Ex hoc indiculo, qui facile amplificari potest, multa discimus: 1. Nos vere *Disputationi Nicaenae* & *Laodicenae*, libris *ad Theophilum* & *contra Varimadum*, *Confessioni*que sub Hunerico, lectiones tribuisse simillimas. 2. Tertullianum, Cyprianum,

Auguſtinum &c. lectiones item habere ſimillimas invicem. 3. Codices V. & N. T. ex quibus utrique lectiones ſuas hauſerunt, fuiſſe partim eoſdem, partim quam proximos inter ſeſe. Et hac via, quod volebamus, tandem efficimus; Tertullianoque & Phœbadio lectum eſſe locum de tribus in cœlo teſtantibus, colligimus ex Vigilio: rurſum, lectionem plenam hujus dicti, non Vigilii demum ætate exortam eſſe, colligimus ex Tertulliano: & ex utroque colligimus, Auguſtino vel etiam Hieronymo notam fuiſſe eandem periocham, quamvis eam diſſimulanter haberent. Pondus omnibus addit Cyprianus, inter omnes medius, dicto clariſſime producto. Denique ex convenientia libri c. Varim. cum Tertulliano &c. patet, verſum 8 ante 7 eſſe legendum. De Cypriano excepit nonnulla Clericus in Epiſtola Novo teſtamento Kuſteriano præfixa, pag. ** 2 initio, § *Ejuſdem.* Sed Cyprianicæ lectionis conſenſio cum Tertulliano & aliis Afris (ne allegoriam illis temporibus ignotam repetamus,) facile omnia ſolvit.

§ XXVII. Nemo tamen, ut nunc eſt, aut obtrudere alteri Dictum poteſt, aut eripere.

Græca antiqua hujus Dicti documenta, ſi ab iis, quæ § XXIII ægre corrogavimus, diſceſſeris, nulla adhuc cernimus: ſed non vanum eſt præſagium, fore, ut plura aliquando exoriantur. Hiſtoria lectionis χωρὶς Hebr. II. 9. ſive lectio placet cuipiam, ſive diſplicet, huc pulcre quadrat. Citat eam Hieronymus: ſed Hieronymi editor Eraſmus eam Annotationibus ſuis ad N. T. non inſeruit: deinde mentio ejus apud Græcos patres eſt eruta: nunc demum etiam Græcus accedit codex, & accedent fortaſſe complures. Quid vetat, ſimiles in Dicto Iohanneo ſperare ſuppetias, præſertim quum Græcos patres, Latino interpreti propiores, hoc Dicto caruiſſe, nondum conſtet? De *Clemente* Alexandrino nil certi habemus. § VIII. *Origenis* ſcripta hodie exſtant adeo pauca, ut multa dicta illuſtria in eo fruſtra quærantur. *Theodoritus* in Paulinas, non in Catholicas commentatus eſt epiſtolas. Atqui hi ſunt duo præcipui, qui ad Hebr. l. c. citantur. Veruntamen qui majore Græcorum teſtium numero ita capti ſunt, ut veritatem eo carere nunquam poſſe putent; cum iis nulla tantiſper controverſia, de Dicto Iohanneo, cuiquam ejus defenſori eſſe debet. Rurſum qui Latini interpretis vetuſtatem tanti facit, quanti ea facienda eſt; huic non deeſt, in quo acquieſcat, (vid. Part. I. Apparatus hujus, p. 390 ſeqq. 426.) etiamſi aliis neque dubitationem ipſorum eximere, neque ſuum guſtum infundere poſſit. Sane exempla ſunt in promptu periocharum, quas *Graeci* præcipue detraxere. Matth. XVI. 2. 3. Luc. XXII. 43 ſ. Ioh. V. 3. 4. VII. 53 — VIII. 11. Act. VIII. 37. quare juſta ſuſpicio eſt, idem eos in hoc Iohannis loco admiſiſſe. *Latina* autem hujus loci lectio eſt ejuſmodi, ut cum ceteris aſſumentis, quæ in Latinos codices & patres olim pervenerunt, nil ſimile habeat. Non idem eſt omnium Latinarum hoc loco auctoritatum pondus; & eæ, quæ teſtantes in cœlo præmittunt, ceteris ſunt recentiores, adeoque infirmiores: tum, quæcunque ſunt, a Tertulliano ad typographiam uſque, ad unum recidunt *L atinum* interpretem. Enimvero interpres hic omnibus Græcis codicibus patribuſque, quorum hodie quidquam ſupereſt, antiquior fuit, & primo

primo hujus epiſtolæ codici Græco ſatis propinquus. Interpres ſi plane deeſſet, textus Græcus per ſe loqueretur, hiatum ſe habere: nunc ſupplementum hiatus, quod datur, quamvis non multos teſtes habet, tamen, quia & unicum & unice aptum eſt, amplecti, non credulitatis eſt, ſed fidei & pietatis. Erit fortaſſe, qui inſtet ac dicat: *Tu vero nimius es defenſor eorum, quae vulgo recepta ſunt. ſupra, 1 Tim. III. 16, ubi Graece eſt θεὸς, Latine* quod, *Latinam lectionem poſthabuiſti: ſed hoc loco, ubi Dictum de S. Trinitate Graece abeſt, & Latine in parte tantummodo codicum exſtat, latinizas.* Reſp. Abſit, ut partium gratiæve humanæ cauſa contra conſcientiam in ſanctiſſimis verſer oraculis. Nam 1 Tim. III. 16. & Latinam verſionem poſtpoſui, nullo patrum Latinorum antiquorum conſenſu comitatam, & Græcos defendi codices, ubi nulla in eos cadebat juſta ſuſpicio. Sed ad hunc locum Iohanneum indicavi, unde Græci codices mutilati eſſe viderentur: Latinam vero verſionem cum Tertulliano & magna patrum Latinorum ſerie oſtendi congruere. In Diſſertatione de hocce graviſſimo Dicto A. 1745 edita celeberrimus Scriptor aliquis eam criſeos atque exegeſeos meæ rationem habuit, ut meum eſſe arbitrer, non nihil hoc loco dicere: dicam autem, uti antehac, ſine ulla diſceptatione, per meras poſitiones.

1. Cavendum, ne opinio codicum, v. gr. *Britannici*, aut *Stephanicorum*, pro ipſis codicibus, Dictum 1 Ioh. V. 7 exhibentibus, admittatur.

2. Vnicus hodie Dicti hujus fundus eſt, *Latinus* interpres antiquiſſimus.

3 Hunc quiſquis agnoſcit, idem in textu primum *teſtantes in terra*, deinde, aſcendente oratione, *teſtantes in coelo* legat, neceſſe eſt. Magnum & contra Socinianos & pro ipſa veritate momentum habet hic duorum verſuum ordo, a compluribus jam agnitus. Neque immediata lectio verſus ſexti & verſus de tribus in terra teſtantibus *tautologiam* invehit. Nam hoc verſu plus dicitur, quam ſexto.

4. Diſciplinam *Arcani*, tanquam Dicti pridem omiſſi cauſam, mihi relinqui, facile patior. Neque *Tinzelius* eam mihi eximit, neque *Grapius*. Similem ob cauſam alias periochas a publica lectione multi veteres, contra ac nobis hodie viventibus faciendum videtur, removerunt; & apud *Afros* potiſſimum, ubi ratio Arcani minus vigebat, hic verſus eſt propagatus. Conſideretur, quæſo, totus locus ſupra, § XXV. Nullam equidem probabiliorem cauſam adhuc productam video: hanc autem ego cauſam non niſi per modum ſuſpicionis propoſui & propono.

§ XXVIII. Ex hiſtoria Dicti hujus elucet θεῖον quoddam, apud eos ſaltem, qui Dictum accipiunt: argumentum vero irrefragabile pro Dicto ipſe contextus præbet apoſtolicus.

Mirabilis eſt diſpenſatio divina non ſolum in toto verbo, ſed etiam in ſingulis eloquiis, quæ inſtar ſiderum varios ortus & occaſus habent. conf. *Gnom.* ad Matth. II. 23. Eamque in hoc maxime loco graviſſimo obſervare fas eſt: qua factum eſſe credas, ut teſtimonium omnium clariſſimum de S. Trinitate, extremo

xvo

ævo Iohanneo, quasi apex apostolici testimonii ederetur. Atque id paullo postquam editum erat, absconditum quodammodo fuit. Itaque Græcis non perinde lectum est, Patribus Nicænis aliisque in Asia, quasi tentationis gratia, ad veritatem aliunde scripturarum decidendam compulsis. idem autem Latine propagatum, martyras in Africa potissimum ulteriore corroboravit. Pari modo, sicca adhuc disputatio contra antitrinitarios, hoc dicto ipso in controversiam vocato, tamen succesſit: quid si eodem posthac dicto amplius vindicato, confessores confirmandi veniant? Nam quemadmodum Ieremias cap. X. v. 11 idololatriam Babylonicam uno versiculo Chaldaico novis exulibus præscripto refutavit: sic Iohannes Socinismum, Antichristianismum &c. hoc versiculo, non dicemus, primitus Latine perscripto, sed hactenus certe Latinorum potissimum opera conservato, redarguit. Et tamen etiam atque etiam sperare licet, si non autographum Iohanneum, at alios vetustissimos codices græcos, qui hanc periocham habeant, in occultis providentiæ divinæ forulis adhuc latentes, suo tempore productum iri. Luce hac, quæ datur, contenti simus, & in diluculo meridiem non tam postulemus, quam exspectemus. Antiquissima hæc ortu varietas, decisionem est habitura novissimam. Interim effectus salutaris, quem vis divina hujus quoque scripturæ apud fideles habet, imbecillitate & paucitate documentorum mortalium non imminuitur, neque eorum firmitudine aut multitudine augebitur. Cibo præsenti pascimur; quamvis horreum, cellam, molam, forum, culinam, qua ivit, haud exploraverimus. Ex uno codice æque divina hauriri potest fides, atque ex mille: hoc præsertim loco, ubi adamantina versiculorum cohærentia omnem codicum penuriam compensat. Etenim habet hujus epistolæ tractatio quinque partes, quibus divisio in capita hodie remanens respondet. & omnia pars Quinta, a cap. V. 1, donec versu 12 Conclusio incipit, complectitur: atque ita quidem, ut ipsum Centrum partis V. sit hæc periocha de Tribus in cœlo testantibus. Certius agnosci hoc Dictum potest, quam pars folii ex libro aliquo amissa, passim quæsita, alicubi reperta, & in tota striatura parti non amissæ congruens. Vide *Gnomonem*. hîc progredimur ad ceteras varietates.

Eodem versu 7 ἐν ante τῷ) ~ *Lat.* aliqui apud Ioh. Harlemium. ¶ (καὶ ante ὁ λόγος) *Comp. Lat.* in cod. Reutling. *Vigilius* & al. Recte. nam καὶ etiam ante τὸ ὕδωρ ponitur. ¶ (υἱος) *Lat.* in cod. Reutling. & in cod. Florent. apud Lami de Erud. apost. p. 285. *Cyprianus*, *Confessio* sub Hunerico, *Cassiodor.* vel etiam *Athenagoras*, Eclogæ apud *Clementem*, *Tertullianus* ll. cc. ¶ ἅγιον πνεῦμα, πνεῦμα ἅγιον *Er.* ¶ (~ ἁγιον) *Lat.* codd. apud Er. Dorscheum, Simonium, Biblia *Frowini* abbatis, & alius cod. mſ. *Murensis*, *Vigilius*, passim, *Fulgentius*, *Prologus* in epp. cath. vel etiam periocha illa *Britannica*. ¶ (~ ἅτοι) *Comp. Cyprianus* in ed. Erasmi & apud Fulgentium & Millium, *Vigilius*, Disp. *Nicaena*, codd. *Lat.* aliqui, *hi* omisso, quo tamen etiam solum οἱ exprimi potuit. ¶ τρεις ἓν) τρεις εἰς το ἓν *quaedam exemplaria Graeca* apud Vatablum, id est, *Comp.* ¶ καὶ τρεις usque ἓν εἰσι) *quidam interpretes etiam testes in terra praetermittunt, ut apparet ex Didymo Al.* Gerh. disp. p. 1350. talemque codicem *Basileensem* citat Erasmus. Adde *Mont.* de quo

§ VI.

§ VI. ¶ ἐν τῇ γῇ) *Latini* codices iuxta atque patres, qui tres *in coelo* teſtantes memorant, habent etiam, *in terra*. itaque ἐν τῇ γῇ habet *Er.* ex documento illo Britannico, & interpres concilii *Lateranenſis*, & *Mont.* conſ. Luc. XII. 51. (ἐπὶ τῆς γῆς) *Comp.* (~) plerique ex iis, qui verſum de tribus in cœlo teſtantibus non habent, ut *Er.* ed. 1. 2. *mſſ. Clemens* Al. ſive *Caſſiod.* in Adumbr. *Syr. Lat.* in mſ. apud Er. Dorſcheum, Simonium, *Ambroſius*, *Auguſtinus*, *Leo*, Liber *Promiſſionum* ſupra citatus. Habent tamen *Latini* cod. aliqui quamlibet Dicto carentes, apud Eraſmum, Hentenium, Lucam Brugenſem, Dorſcheum, & (a librariis ſine dubio) *Facundus* & *Bedae* textus. Voculas ἐπὶ τῆς γῆς, ἐν τῳ κοσμῳ non videtur legiſſe ſcriptor *Prologi* in ep. catholicas. *in terra* non habet Schelhornianus, & tamen *in coelo* habet. ¶ το πνευμα καὶ τὸ ὕδωρ καὶ τὸ αἷμα) Sic *Lat.* in mſ. Schelh. *aqua & ſanguis & caro* habet *Etherius*, nec non Liber c. Varim. ¶ (~ καὶ οἱ τρεῖς εἰς το εν εἰσιν) *Lat.* in mſ. S. Andreæ, in Murenſi uno alterove, in Char. in Colon. in Florentino, in codd. XV apud Hentenium: primum per incuriam, *& tres* mox recurrente; deinde, ne Arianis eſſet inſtantia contra unitatem Trinitatis, & ex auctoritate Innocentii I. I. Confer *Hincmarum* paſſim, & *Aquinatem*. Semel Complutenſes hoc loco a Græcis digreſſi, etiam in hoc commate omittendo Latinos codices ſequuntur: perinde ut illa Britannici codicis imago. *& hi tres unum ſunt* habet cod. Reutling. *& tres unum ſunt* Biblia *Frottini* abbatis, & alius cod. mſ. *Murenſis*, & *Ienenſis* manu prima, & Schelhornianus. ¶ εἰς) ~ *Cyrillus*, Diſp. *Nicaena*, *Arab. Lat.* ¶ εις το εν εἰσιν) *in nobis ſunt* habet Liber c. Varimad. *unum ſunt in Chriſto Ieſu* habet *Ambroſ. Vigil. Caſſiod.* Confer § XVIII ex *Etherio*. Omnia hæc ad enervandam illam Arianorum inſtantiam excogitata videntur.

9 ἤν) ἔτι *Al.* & alii, *Cyrillus Al.* e proximo.

10 μαρτυρίαν) μαρτυρίαν τῆ θεῷ *Al.* & alii, *Lat.* E proximo. ¶ (αὐτῷ vel αὐτῳ) *Comp. Al. Aug. 6. Lu. Vatican. Vſſ.* & ſex alii. ¶ (υἱῷ) *Al. Cov. 4. Gen. Steph. δ. ια. Æth. Arab. Copt. Lat. Primaſ.* ¶ οὐ πεπίστευκεν) οὐκ ἐπίστευσεν *Alex. Lin. Cyrillus Al.* ¶ ὁ θεος) ~ *B. 3. Æth. Cyrillus Al.*

12 τῆ ὑῖῆ) ~ *Lat.* in mſ. Col. Reutl. & aliis.

13 τοῖς πιστεύουσιν εἰς τὸ ὄνομα τῆ υἱῆ τῆ θεῆ) ~ *Armen.* ¶ (ἵνα εἰδῆτε uſque οἱ πιστευοντες) *Al. Barb. 2. Gen. Steph. δ. ε. Æth. Arab. Copt. Lat. Beda*, *Syr.* ¶ ἔχετε αἰώνιον) αἰώνιον ἔχετε *Comp. Er. Aug. 6. Vſſ. Oecumen.*

16 ἔσιν) ἔσι γὰρ *Arab. Syr. Tertull. Clemens* Al.

17 ἡ) codd. ὡὴ *Clemens* Al. (~) *Æth. Lat.* aliqui, *Tertull.* uti v. 16.

18 ὁ γεν. uſque ἑαυτὸν) *generatio Dei conſervat eum* habet *Lat.*

20 (καὶ οἰδ.) *Al.* & alii, *Syr.* & al. (οἴδαμεν) *Vſſ. 2.* Lectio media. ¶ (θεὸν) *Comp. Al. Barb. 1. Colb. 7. Cov. 4. Lin. Pet. 3.* cod. *Rhodienſis*, *Steph. δ. ε. ι. ια. Æth. Arab. Lat. Baſilius M. Cyrillus*, *Euthal. Oecumen. Proſper*, *Beda.* Ex ſeq. & ex Ioh. XVII. 3. Ex Latinis non legit *Leo* & *Facundus.* ¶ (~ ἐν τοῦ) *Lin. Vſſ. Lat. Baſil. Cyrill. Oecum.* in comm. Auctor diſp. *Nicaenae*, *Hieron. Leo* & alii Latini. ¶ ιησ χριστῳ) *edd. mſſ. Athanaſ. Cyrillus Al. Oecum. Syr.* &c. *Hieron.* in Ieſa.

65. *Gregorius*, *Lat.* in mſ. Reutl. (~) *Al. Lat.* ¶ ζωὴ) *Comp. Al. Hunt. 1. Laud. 2.* pluresve, *Oecum.* in comm. ἡ ζωὴ *Er.* &c. atqui ſubſtantivum non admittit articulum, ubi adjectivum ſine articulo ſubſequitur. Enimvero librarii poſt η in ζωὴ, ἡ articulum omiſerunt. ζωὴ ἡ *Barb. 8. Cov. 4. Pet. 3. Vff.* (ἡ ζωὴ ἡ) *Aug. 6. Andreas* Cæſ. & Auctor diſp. *Nicaen.* ¶ αἰώνιος) ~ *Al.* apud Fellum.

21 (~ ἀμὴν) *Al. Colb. 7. Cov. 4. Gen. Æth. Arab. Copt. Lat.* in cod. multis, *Syr.*

EPISTOLA II IOHANNIS.

Habent eam

EDITIONES, *Comp. Er.* &c.

MSS. CLASS. I. *Al. Aug. 6. Baroc. Cant. 2. Cov. 2. 3. 4. Hunt. 1. Laud. 2. Lin. Magd. N. 1. 2. Pet. 1. Vff.*

CLASS. II. *Barb. octo, Baſ. 2. 3. Colb. 7. Gen. L. Lu. Pet. 2. 3. Seid. Sin. Steph. δ. ε. ζ. θ. ι. ια. ιη. Vien.*

VERSION. *Æth. Arab. Copt. Lat. Syr.*

PATRES, *Euthal. Oecumen.* &c.

Verſ. 1 o) *Iohannes* præfigit *Caſſiodorus*, Complex. p. 136, 138.

3 ὑμῶν) *Comp. Lin. Aug. 6. Vff. Lat. Syr.* in polygl. Duo codices, in quibus hanc lectionem inveni, argumento ſunt, in pluribus aliis eam exſtare, quanquam vix quiſquam eam notare dignatus fuerit. μεθ' ὑμῶν ſumma facilitate ex verſu præced. repetitum eſt: & nimis ſæpe hæc pronomina promiſcue ſcripſere librarii Græci. *vobiſcum* proprie ſalutationi congruit. conf. 3 Ioh. v. 2. (ἡμῶν) *Er.* &c. vel etiam *Lat.* mſ. Colon. ¶ (~ κυρίε) *Al. Cov. 4. Gen. Lin. Æth. Lat. Syr.*

5 γράφων) *Comp. Aug. 6. Vff.* & al. γράφω *Er. Steph.* edd. &c.

6 τὰς ἐντολὰς) τὴν ἐντολὴν *Er. Baſ. 2. Hunt. 1. Oecum. Æth. Lat.* in mſ. Colon. *Syr.* ¶ καθὼς . . . ἵνα) ἵνα καθὼς . . . *Al.* & al.

7 εἰσῆλθον) ἐξῆλθον *N. 1.* & alii, *Lat.* nec non *Al.* ex 1 Ioh. IV. 1. ¶ σαρκί·) σαρκί· ὅτις οὐχ ὁμολογεῖ ἰησῦν χριστὸν ἐν σαρκὶ, *Steph. 1.*

8 (αὐτὸς) *L. Iren. Calarit.* ¶ ἵνα) ~ *Er. Oecumen.* ¶ ἀπολέσωμεν uſque ἀπολάβωμεν) ἀπολέσητε ἃ εἰργάσασθε — ἀπολάβητε *Al.* & alii, *Euthal. Iren. Syr.* & al. Vel ob βλέπετε vel ob dignitatem apoſtoli.

9 παραβαίνων) προάγων *Al.* unde *procedit* habet *Lat.* in mſ. Colon. *praecedit* in Char. & apud Vallam ac Zegerum. ¶ (~ τῷ χριστῷ) *Al. Colb. 7. Cov. 4. Gen. Lat. Calaritan. ejus, Syr.* ¶ πατέρα καὶ τὸν υἱὸν) υἱὸν καὶ τον πατέρα *Lat.* multi.

11 (~ αὐ-

11 (~ αὐτῷ) *Er. Vff.* & alii, *Oecum.* ¶ πονηροῖς) *Ecce praedixi vobis, ut in diem Domini noſtri Ieſu Chriſti non confundamini* addit *Lat.* in mſ. Colon. nec non in Reutl. & aliis *haud parum vetuſtis* apud Zegerum.

12 ἐβουλόμην), *Comp. Al. Vff.* & al. *vb. edd.* al. ¶ ἀλλὰ ἐλπίζω ἐλθεῖν) ἐλπίζω γὰρ γενέσθαι *Al.* & al. ¶ ἡμῶν) ὑμῶν *Al. Aug. 6. Laud. 2.* & al.

13 (~ ἀμήν) *Al. Colb. 7. Cov. 4. Gen. Arab. Lat.* edd. ſed *amen*, vel, ſed, *Gratia tecum: amen* habent Lat. mſſ.

EPISTOLA III IOHANNIS.

Habent eam codd. iidem, qui ſecundam: *Pet. 2.* caret verſu 9-15.

v. 3 γὰρ) ~ *Cov. 2.* & alii, *Syr.* ut ep. præced.

4 τέκνων) ταύτης codd. quidam apud *Vallam* & alii.

5 ἐργάσῃ) ἐργάζῃ *Al.* ¶ εἰς τὰς alterum) τοῦτο *Al.* & alii, *Lat.* Gloſſa, ex 1 Cor. VI. 8.

6 ποιήσεις) ποιεῖς *Gen.* & alii, *Lat.* aliqui. Ex v. 5.

7 ὀνόματος) *Er. Steph.* edd. *Al. Vff.* cod. plurimi, *Oecum. Beda.* (ὀνόματος αὐτοῦ) *Comp. Oecum. Verſiones, Steph. 1a.* Commentarium in tertiam Ioannis epiſtolam A. 1742 emiſit cel. D. *Chriſtophorus Auguſtus Heumannus.* Ad ſeptimum verſum progreſſus, ſcripſit: „ *Hoc αὐτοῦ iniuſte in ſuis editionibus N. T. omiſerunt Millius & „ Bengelius.* „ *Complutenſes* quidem & *Beza*, & inde recentiores plerique, *αὐτοῦ* habent, cum uno codice mſ. eoque parum probato, *Steph. 1a.* Non habet *αὐτοῦ Eraſmus*, & Rob. *Stephanus*, hujuſque textum retinere ſolitus *Millius*, & alii: neque habet cod. *Alex.* & *Lincoln. Magd.*, *Novi* collegii Oxon. in N. T. ed. Felliana, & *Vſſenbachianus*, &, ut *Millius* teſtatur, alii *plurimi.* Textus, *Oecumenii* exegeſi interpolitus, in editione *Coppenii* habet *αὐτοῦ·* ſed in mſ. *Auguſtano* non habet. *Hieronymum* non legiſſe, patet ex comm. ad Tit. I. 8, ubi verba Iohannea referens a verſu 5, hoc comma ſic exprimit, *pro nomine enim Domini* (non, *ejus*) *exierunt. Bedam* non legiſſe, teſtatur Barth. *Petri*, qui *Eſſii* commentarios perfecit. *Grotius*, non tam multis teſtibus cognitis, hanc tamen lectionem probavit. *Nomen* gentibus ignotum ſcita brevitate innuit Apoſtolus. Conf. *Gnomon.* ad Act. V. 41. ¶ ἐθνῶν) ἐθνικῶν *Al.* & al.

8 ἀπολαμβάνειν) ὑπολαμβάνειν *Al. Aug. 6. Cov. 4. Gen. Oecumen.* ¶ γινώμεθα) γενώμεθα *Comp. Steid.* & al.

9 τῇ) *edd.* &c. *Hieron. Caſſiod.* τὴ τῇ *Al. Steph. 1,* ἂν τῇ vel ἄν τι τῇ *Cov. 3. 4.* & alii, *Euthal. Lat.* hodie.

10 μὴ) ὡς μὴ *Lat. Syr.* ¶ ἐκ) ~ *Vien.* & al.

11 – δὲ ante κακοποιῶν) *Comp. Steph.* ed. 1. *Al. Aug. 6. Colb. 7. Pet. 3. Vff.* &, quanquam *Stephani* vacat margo, novem alii, *Euthal. Lat.* nec non *Syr.* δὲ *Er.* & inde al. edd.

12 (οἶδας) *Al.* & alii, *Lat.* Quod *uni* ſcribatur.

13 γράφειν) γράψαι σοι *Al.* & alii, *Euthal. Lat.* Ex ſeq.

15 (ἀδελφοὶ) *Al. Colb. 7. L. Lin. Æth.* ¶ φίλες) ἀδελφὲς *Barb. 1.* (niſi ad varietatem præcedentem referendus fuit:) *Lin.*

EPISTOLA IVDÆ.

Habent eam

EDITIONES, *Comp. Er.* &c.

MSS. CLASS. I. *Al. Aug. 6. Baroc. Cant. 2. Cov. 2. 3. 4. Hunt. 1. Laud. 2. Lin. Magd. N. 1. 2. Pet. 1. Vff.*

CLASS. II. *Barb. octo, Baſ. 2. Colb. 7. Gen. L.* (a v. 1 ad 7.) *Lu. Pet. 3. Seid. Sin. Steph. δ. ε. ζ. ι. ια. ιγ. Vien.* neſcio an *Pet. 2.*

VERSION. *Æth. Arab. Armen. Copt. Lat. Syr.*

PATRES, *Euthal. Oecumen.* &c.

v. 1 (χριστῷ ἰησοῦ) *Comp. Hunt. 1. Laud. 2. Magd. Pet. 3. Vff.* pluresve, *Lat.* in mſ. Char. ¶ ἐν) ἐν τῷ *Beza* & inde al. edd. ¶ (ἠγαπημένοις) *Al. Barb. 2. Lin.* manu ſecunda, *Steph. δ. ι. Origenes, Synopſis* ſcript. ſacræ, *Oecumen. Æth. Arabs* Erpenii, *Armen. Copt. Lat. Syr. Calarit. Caſſiod.* Neque intercedit Whitbius. Vid. *Gnom.*

3 σωτηρίας) σωτηρίας ἡμῶν *Al.* & al. ¶ ὑμῖν) Comma addunt multi.

4 δεσπότην) – *Æth.* ¶ θεὸν) *edd. mſſ.* in his *Aug. 6. Vff. Armen. Syr.* (qui etiam καὶ proxime ſubſequens omittit,) &c. (–) *Al. Barb. 3. Cov. 3. 4. Genev. Lin.* manu prima, *N. 1. Sin.* & duo apud *Bezam, Oecumenius, Arabs Erpenii, Copt. Lat.* & inde *Lucifer* Calar. *Caſſiod. Beda.* Vnde hoc ante δεσπότην ponit *Laud. 2.* ¶ δεσπότην θεὸν καὶ) θεὸν καὶ δεσπότην τὸν *Comp. Seid.* Agnoverunt aliqui, ſine interpellatione cohærere hæc verba, δεσπότην καὶ κύριον ἡμῶν. Plane θεὸν Gloſſa eſt, qua fluens oratio, δεσπότην καὶ κύριον, interpellatur. Vid. *Gnom.*

5 ὑμᾶς alterum) – *Al. Vff.* & alii. quaſi ſuperfluum eſſet. ¶ τοῦτο) πάντα *Barb. 1.* & alii. ex 1 Ioh. II. 20. ¶ κύριος) ἰησοῦς *Al. Barb. 1.* & alii, *Lat.* θεὸς *Steph. δ. ι. Clemens Al. Syr. Calaritan.*

6 ὑπὸ ζόφον) *ſanctorum angelorum* præmittit *Calaritanus:* ἁγίων ἀγγέλων ſequitur apud *Clementem* Al.

7 δεῖγμα)

7 δεῖγμα) comma addunt nonnulli. ¶ ὑπέχουσαι) ὑπερέχουσαι *Al.*

8 ὁμοίως) ὅμως *Al.* ¶ (~ μέντοι) *Particula* μέντοι *deeſt mſ. codici monaſterii S. Galli, & noſtro, quo vetuſtiorem nego me unquam vidiſſe quemquam. omittit quoque* Latinus *interpres vetus.* Goldaſt. Not. in Valerianum Cinel. p. 27. ¶ ἐνυπνιαζόμενοι) ~ *Lat.* Sed *qui* pronomen in multis codicibus remanens, interpretem verbi non facillimi oblitum videtur prodere.

9 ἐπιτιμήσαι) ἐπιτιμήσει *Steph. δ. ια.* ¶ κύριος) θεὸς *Lat.* aliqui, *Cov. 4. Gen.*

12 (οἱ ἐν) *Steph.* ed. 2. *Al.* & al. *qui in* habet *Lat.* mſ. Colon. uti v. 19. ¶ ἀγάπαις) ἀπάταις *Al.* & al. apud *Valium* ſive Zegerum. vide var. 2 Pet. II. 13. ¶ ὑμῶν) αὐτῶν *Al. Lat. Syr.* aliqui. Indidem. ¶ συνευωχούμενοι) ὑμῖν addit *Comp.* & al. ¶ ἀφόβως,), ἀφοβως al. edd. ¶ παραφερόμεναι) *Comp. Al. Colb. 7. Gen. Lu. Pet. 3. Sin. Steph. omn. Vſſ.* & ſex alii, *Euthal.* (περιφερόμεναι) *Er.* &c.

13 ἐπαφρίζοντα) ἀπαφρίζοντα *Cov. 4. Gen. Lin. Steph. ε. ι.* ¶ ~ τὸν poſt εἰς) *Comp. Er. Al. Vſſ.* cod. plurimi, *Oecum.* τὸν *Steph.* & al. edd.

14 ἁγίαις μυριάσιν) *Comp. Er. Al. Aug. 6. Sin.* & quinque alii, Chronicon *Alexandrinum*, *Oecum. Æth. Syr.* ἁγιοις μυριάσιν *Vſſ.* μυριασιν ἁγιαις *Steph.* & al. ed. μυριάσιν ἁγιαις ἀγγελων *Lin. Pet. 3.* nec non *Euthal.* μυριάσιν ἀγγελων ſcriptor ad Novatian. apud *Cyprian. Arab.* at *millibus* (ἁγίαις omiſſo) Vigilius nomine *Idacii.* μυριασιν ἁγιων ἀγγελων *Cov. 2. Steph. ια. Arabica* alia, *Copt.* Ex Hebr. XII. 22. ¶ αυτῆ) ~ *Syr.* Vigilius nomine *Idacii.*

15 (~ λογῶν) *Comp. Al. Colb. 7. Pet. 3. Vſſ.* & octo alii, *Chronicon* cit. ¶ αὐτῶν) *edd.* &c. Mox recurrit. (~) *Al. Barb. 3. Colb. 7. Cov. 3. Lin. N. 1. Lat. Syr. Chronicon* cit. ¶ ἀσεβειας αὐτῶν) ~ *Cov. 3.* & alii, *Syr.* ¶ σκληρῶν) σκληρῶν λογων *Vien.* & al.

16 (γογγυσταί) *Latinae* edd. aliquot. ¶ αὐτῶν) ἑαυτῶν *Vſſ.* vel etiam *Cov. 4. Sin.* Ex v. 18.

18 ὅτι prius) ὅτε *Vſſ.* ¶ ἐν ἐσχάτῳ χρόνῳ) ἐπ' ἐσχάτε χρόνε *Al.* & ſic, vel paulo aliter, alii.

19 ~ ἑαυτοὺς) *edd.* principes &c. Adumbrationes *Clementi* Al. adſcriptæ. (ἑαυτοὺς) *Steph. δ. ε. ι. ια. Lat.* & inde *Beza* & cum eo recent. edd. item *Colb. 7. Cov. 2. 4.* Gloſſa, e v. ſeq. vel ex Iſa. XLV. 24. vide *Gnom.* Etenim *Sin.* habet in marg.

20 ὑμῶν) ἡμῶν *Comp. Steph. ε. ι. Lat.* multi. ¶ , ἐν πνεύματι ἁγίῳ) ἐν πνεύματι ἁγίῳ, *Aug. 6. Vſſ.*

22 ſ. ἐλεεῖτε) ἐλεγχετε *Valla*, nonnulla exemplaria Græca apud *Zegerum.* ¶ ἐλεεῖτε uſque ~ τα ζοντες) *Comp. Er. Vſſ.* &c. (ἐλεγχετε uſque ἐν φοβῳ) *Al. Cov. 4. Gen. Lin. Pet. 3. Steph. δ. ε. Æth. Copt. Lat. Caſſiod.* Et ſic habet *Armenius*, in extremo adjiciens διακρινομενοι aut ſimile quidpiam. οὓς μὲν ἐκ πυρος ἁρπαζετε, οὓς δὲ ἐλεειτε ἐν φοβῳ *Syr.* οὓς μεν ἐλεγχετε· οὓς δὲ ἐλεεῖτε διακρινομένης· οὓς δὲ σώζετε, ἐκ τῆς πυρὸς ἁρπαζοντες *Arab.* ¶ ἐλεεῖτε διακρινόμενοι) ἐλεγχετε διακρινομένους *Barb. 1. Steph. ε. Oecum.* in comm. ¶ ἐν φοβῳ) ~ *Barb. 1. Colb. 7. Cov. 2. 3. N. 1. Steph. ε.*

Clemens Al. vel etiam *Cassiod.* ¶ (~ τῇ) *Er. Aug. 6. Vff.* plurefve, *Vallæ, Oecum.* ¶ ἁρπαζοντες) addunt, οὓς δὲ ἐλεεῖτε ἐν φόβῳ *Barb. 2.* οὓς δὲ ελέγχετε ἐν φοβῳ *N. 2. Steph. ια.* vel etiam *Vien.* οὓς δὲ ἐλέγχετε *Cov. 2. 3.* Itaque cum exceptione aliqua ſtant a textu, *Barb.* neſcio qui, *Colb. 7. Cov. 2. 3. N. 1. 2.* & ſine exceptione *Baroc. Cant. 2. Hunt. 1. Laud. 2. Magd. Pet. 1.* vel etiam *Baſ. 2. Lu. Pet. 2. Seid. Sin. Steph. ζ. θ.* Librarius, quæ communior lectio eſt, pro ελεγχετε nimis cito ελεεῖτε videtur arripuiſſe, ex alliteratione ad ἐλεος proxime præcedens, &, cum id delere nollet, reliqua, uti commodum putaret, accommodaſſe. Vid. *Gnom.*

24 αὐτὲς) *edd. primae, mſſ.*, in his *Vff. Oecumen.* (ὑμᾶς) *Steph. δ. ε. 1. ια. Lat.* & inde *Beza* & recent. edd. item *Cov. 2. 3. 4. Lin. N. 1.* ἡμᾶς *Al.* apud Fellum. Gloſſæ. ¶ καὶ) καὶ ἀσπίλους *Vien.* & al.

25 (~ σοφῷ) *Al. Barb. 2. Colb. 7. Cov. 4. Gen. Pet. 3. Steph. ε. 1. Æth. Arab. Armen. Copt. Lat. Syr. Euthal.* Ex Rom. XVI. 27 repetit Millius. ¶ (διὰ uſq. ἡμῶν) *Al. Barb. 2. Colb. 7. Cov. 2. 3. 4. Gen. Lin. N. 1. Pet. 3. Steph. δ. 1. Euthal. Arab. Copt. Lat. Syr.* nec non *Lin. Æth.* ¶ καὶ primum) ~ *Al. Colb. 7. Lin. Lat.* aliqui. ¶ (πρὸ παντὸς αἰῶνος) *Al. Colb. 7. Cov. 2. 3. 4. Gen. Lin. N. 1. Pet. 3. Steph. δ. 1. Euthal. Copt. Lat.* ¶ ἀμην) ~ *Caſſiodorus.*

APOCALYPSIS.

§ I. Habent eam

EDITIONES, *Comp. Er. &c.*

MSS. CLASS. I. *Al. And.* (id eſt, Andreas Cæſarienſis, ejuſque cod. 1. 2. de quo mox:) *Baroc.* (in quo deſunt c. XX & ſeqq. vel etiam c. I. 10 — 16. & pars capp. IX & XVII. & XVIII.) *Cov.* (ſecundus, *Hunt.* primus,) *M.* (primus,) *Vff.* (ſecundus:) nam epitheta, *primus, ſecundus*, in *Cov. Hunt. M.* ut in *Vff.* omittenda duximus.

CLASS. II. *Dionyſianus* (apud Ioan. Gagnejum,) *L.* (in quo deſunt duo capita poſtrema:) *Pet. 2. 3. Seid. Sin. Steph.* nonniſi duo (vide var. c. XIII. 4.) nempe ιε. ις, (cujus a c. XVII. 9. vix ullam rationem habuimus, ob cauſam mox § VI memorandam,) & *L. Vallae* ex aliquot codicibus, & Caryophili ex quatuor *Barberinianis* excerpta. *Veronenſem* Gagneji codicem non citamus, ab *Aretha* quippe, uti Veronæ pridem cum Oecumenio prodiit, non diverſum. *Hanc paucitatem codicum Apocalypticorum, lector, protinus rogo conferas cum multitudine codicum, quos v. gr. ad Iohannis Evangelium ſupra dedimus: agnoſces, vera eſſe, quae mox dicemus § III.*

VERSIONES, *Æth. Arab. Armen. Copt Lat. Syr.*

PATRES, *Hippolytus* (qui in libro genuino de Antichriſto ed. Gud. & Fabr. multa ex cap. XI ſeqq. & ex XVII. XVIII. &c. exhibet:) *Origenes, Dionyſius* Alexandrinus, *Arethas, Irenaeus, Tertullianus, Cyprianus*, & alii, de quibus paulo inferius.

§ II.

§ II. Crisis apocalyptica propriam quandam introductionem postulat.

Vnius dicti, 1 Ioh. V. 7. 8. & unius libri, Apocalypseos, crisin, majoris esse momenti, audeo affirmare, quam totam reliquam crisin N. T. Nondum tulimus totum operæ pretium: in extremo magna ejus pars, a pleriſque parum exculta, nos manet. Prudenter Bentlejus ex Apocalypsi potissimum delegit Novi testamenti Græce Latineque edendi specimen: nam in hoc uno libro plus navandi locus est, quam in universo reliquo Novo testamento. Ac nos in gratiam eorum etiam, qui alias de varietate lectionum N. T. non nimium laborant; hoc loco, quæ potissimum opus forent, quam planissime explicare instituimus, nonnullis etiam monitis, quæ supra dedimus, præter morem nostrum repetitis.

§ III. In Apocalypsi singularis est & codicum paucitas, & tamen varietatum copia.

Erasmus in tot codicibus N. T. quos in Britannia, in Brabantia, in Germania vidit, Apocalypsin vix est nactus: Stephanis, nonnisi duo obtigerunt, eam exhibentes. Græci multi Apocalypsin putaverunt esse librum minoris auctoritatis atque utilitatis: ac libentius Acta & Epistolas, libentissime Evangelistas, ad usum lectionis publicæ in ecclesia, descripserunt, Constantinopoli præsertim, cujus urbis episcopus Chrysostomus in tot monumentis Apocalypsin ita prætermittit, ut ipse eam ignorasse, & scriptum quodvis eandem allegans, Chrysostomo suppositum esse videatur. Hinc Iacobo Le Long in catalogo mss. tam frequens est *Novum test. Græcum excepta Apocalypsi.* Cui congruit Hodius s. 649. 650. & Millius passim. Hinc denique de codicibus, quorum nomenclaturam supra dedimus, CXX non habent Apocalypsin, XX eam habent. Quæ PAVCITAS APOCALYPTICORVM EXEMPLARIVM VBI NON OBSERVATVR, CRISIS IN APOCALYPSI, ERRATIO EST ET FLVCTVATIO. Exempla damus in Var. Ap. II. 20. III. 12. VIII. 13. XV. 3. XVII. 16. non ut insignibus viris obtrectemus, sed ut quemlibet de veritate convincamus. Non obvia quæque & caduca lectio, quia in textum semel immigravit, id inde est consecuta juris, ut ei tot codices, qui Evangelistas, Acta, Epistolas, ac non Apocalypsin habent, manu minime oculata admetiamur. Et tamen perversissima hæc methodus late regnat, multorum locorum lectionem sanam ac salutarem, ejusve certe confirmationem, in obscuro detinens: ejusdemque methodi artifices somnia & umbras codicum pro codicibus habent, & aliis, qui non sunt critici, scandalo sunt, ut charismata in hoc genere nulla esse existiment, & dubitationem in iis etiam locis, quæ plana erant, pro sapientia habeant. *Varietatum* autem multitudine non offendetur, quisquis librariorum morem cognoverit. habet enim hic liber stilum non modo a communi Græcorum, sed etiam a ceterorum N. T. librorum sermone diversum; Epistolasque, Sigilla, Tubas, Phialas septenas, verbis partim iisdem, partim aliis aliisque, non sine mysterio describit: cui utrique dissimilitudini intempestiva sedulitas medicinam putavit afferri oportere; ut eodem ubique modo legeretur, οἶδα τὰ ἔργα σου· ἔχω κατὰ τὰ

τὰ σᾶ ὀλίγα· ἔαχε καὶ βλέπε· βιβλαρίδιον κτλ· Numeros etiam, qui in hoc libro perfrequentes sunt, varie repræsentarunt librarii. Multum denique hîc turbavit unus codex *Capnicneus* (uti *Comt.* in Evangeliſtis & Actis) de quo infra. Itaque graviſſimum interdictum, quo hic liber proprie munitus eſt, cap. XXII. 18. 19. (videatur ad h. l. & Apparatus crit. & Gnomon,) non omnes ſunt reveriti.

§ IV. Veritatem religioſe indagare & ſequi debemus.

Eſt hic proprie *Ieſu Chriſti* liber, ut ipſe titulus plane ſingularis docet: nec ſine cauſa interdictum illud, de non addendo & demendo, in extremo adjicitur. Nam quemadmodum verus horologii curſus, unius rotulæ parte affecta, imminuitur: ſic lectionis error, qui leviſſimus videtur, figuratiſſimi hujus & nervoſiſſimi libelli intervertere fines poteſt. Recte Vitringa exiſtimat, *veſtigia profundae & myſticae ſapientiae, hoc libro clauſae, poſſe deprehendi in MINVTISSIMIS quoque orationis partibus & dicendi modis, ad quos ſaepe accidit ut minore cura & ſtudio attendamus. Habemus in hoc libro profundiſſimae ſapientiae ſpiritualis compendium.* Anacriſ. Ap. p. 36. Nos omnia ad jota & apicem manus Iohanneæ conformare optamus: ſi non eo uſque prodibimus, huic ſane nil præjudicatum nos velle edicimus. *Tum tuam, DOMINE IESV, gratiam imploro, ut, quae ſervus tuus Iohannes omnibus verba prophetiae libri hujus temerantibus denunciavit, a me, verbi tui ſerio reverente, neque mutante quicquam, ſed mutationes fideliter eximere conante, procul abeſſe propitius jubeas.* Summam quidem certe, ut confidimus, adſequemur, neque ſubſidia, proximis temporibus oblata, ingrate aſpernabimur, ſed poſteritati ad limam quam exactiſſimam præſerviemus.

§ V. Genuina lectio ſolo ſæpe colore ſuo nativo ab interpolata dignoſcitur.

Genuina eſt gravis, ſimplex, & tamen interdum in uno tractu multifaria, pro rerum varietate: nec refugit enallagen, ellipſin, aſyndeton, ſemper tamen explicabilis. Spectat huc maxime duorum caſuum conſtructio. cap. I. 5 ἀπὸ Ἰησοῦ χριστοῦ, ὁ μάρτυς ὁ πιστός. atque ita omnes codices: porro pauciores, plures, c. II. 20 τὴν γυναῖκα ἣ λέγουσα. III. 12 τῆς καινῆς Ἱερουσαλὴμ ἡ καταβαίνουσα. VIII. 9 τὸ τρίτον τῶν κτισμάτων τὰ ἔχοντα ψυχάς. IX. 14 τῷ ἀγγέλῳ ὁ ἔχων τὴν σαλπιγγα. XIV. 12 τῶν ἁγίων, οἱ τηροῦντες. XVIII. 11 ſeq. τὸν γόμον αὐτῶν οὐδεὶς ἀγοράζει οὐκέτι, γόμος χρυσοῦ. XX. 2 τὸν δράκοντα, ὁ ὄφις ὁ ἀρχαῖος. XXI. 10. 12. τὴν πόλιν, ἔχουσα. nec longe abeunt illa: c. XIV. 9 τῷ θηρίῳ καὶ τὴν εἰκόνα αὐτοῦ. XVII. 4 βδελυγμάτων καὶ τὰ ἀκάθαρτα. vel etiam c. IV. 4. VII. 9. XIII. 3. Singulatim hæc exſibilare, facile eſt: univerſa, nemo convellet. In ſumma, HEBRAISMVS toto regnat libro, prima ſpecie inſolens & aſper, ſed revera, cum aſſueveris, non ſolum tolerabilis, ſed etiam dulcis, ac plane cœleſtis ſtilo curiæ dignus. Iohannem tibi, lector Apocalypſeos, propone Hebraice cogitantem, Græce ſcribentem: & tute, quæ Græce legis, Hebraice recogita. omnia ſenties expedita. At interpolata lectio blanditur facilitate quadam & æquabilitate, & paralleliſmi ſpecie: ſequitur ſyntaxin,

ſyntaxin, Græciſmum, plana & aperta omnia, ubi videlicet conſilio introducta eſt: ubi caſu, aperte eſt inepta, ſæpe vel abſurda vel mutila. Extra homœoteleuton, in quo facile hiatus admittitur; plerumque, ſi non ſemper, genuina eſt lectio brevior: verboſior, interpolata. Illi, lectiorum teſtium vetuſtatem; huic, ſedulitatem librariorum recentiorum magis favere, ſuis conſtabit locis. Vbi lectio non duplex eſt, ſed multiplex, MEDIA tantum non ſemper vera eſt, abs qua videlicet alius hac, alius illac in planiora diſceſſit.

§ VI. Non omnibus omnium codicum excerptis æque niti poſſumus.

Nil damus faſtidio aut favori in ullum exemplar: omnibus æquum jus tribuimus. VNIVERSI CODICES SVNT REGVLA SINGVLORVM: ii, quos & antiquos & accurate collatos eſſe conſtat, ſunt regula, ad quam dijudicandi ſunt primum ipſi inter ſe, deinde reliqui. Quos Millius codices ipſe verſavit, eorum fere & hiatus & lectiones a noviſſimo contextu Eraſmi eodemque Stephani diverſas ita indicavit, ut ipſo ſuo ſilentio innueret codicis cujuſque cum reliquo contextu conſenſum. Sed quum multi hoc curæ ne hodie quidem probent; iidem ceteros, qui codices, ante Millium certe, contulerunt, tam ſollicitos eſſe debuiſſe non putabunt. Proinde in *L. Pet. 2. 3. Scid. Steph. 16. 15.* argumentum illud negativum non procedit, neque ſic licet dicere: *Hi codd. in pauſa ſunt; ergo ſtant a textu.* vide ex. gr. var. c. XVIII. 1. Sint *Pet. 2. 3.* codices integri, quod non conſtat: ſed Petavianos tres unus juvenis excuſſit: quumque Millius dicat, ex cod. *Pet. 1. lectiones haud paucas in priori collatione*, Actorum videlicet Epiſtolarumque, ab aliis *prætermiſſas ſe collegiſſe*, Proleg. § 1451. nemo ſpondebit, cod. *Pet 2. 3.* (quos Millius non vidit,) accuratius collatos fuiſſe. Neque ad quam editionem ſint collati, conſtat: unde iis in locis, ubi ipſæ editiones inter ſe differunt, dubitatio de his cod. maxima eſt. *L.* & *Scid.* ubi citantur, proprie conſentiunt cum *Hunt.* ejuſque ſodalibus: ex quo, quia tam frequens utriuſque pauſa eſt, firmiter colligitur, multas lectiones a Millii Kuſterique amicis, quorum laudi nil detrahimus, omiſſas fuiſſe, vel etiam mutilos eſſe codices. Ita eſſe, reperient, qui copiam ipſorum habent. certe in *L.* deſunt extrema. *Steph. 16. 15.* integri ſint an mutili, (aliorum quidem librorum N. T. nonniſi fragmenta habent,) haud conſtat: per Stephanum ipſum an per alios collati fuerint, non docemur. certe multæ lectiones de Steph. *2.* id eſt, de ed. Comp. cui Stephanus plurimum tribuit, prætermiſſæ ſunt: quis ergo non idem exiſtimet de mſſ. duobus? ſed tamen Steph. *16.* pulcre congruit cum Steph. *α.* redarguitque taciturnitatem ſocii *15.* Etenim Steph. *15.* ubi ſemel loqui incipit, denſas varietates offert: ubi ad ſilentium redit, ſilet diu. id certum interfracti codicis indicium. Vel per novem capita extrema Apocalypſeos pauciores ex eo notantur varietates, quam per novem antea verſiculos proximos. imo a c. XVII. 9 ad finem libri nonniſi ſemel, nempe c. XX. 3 citatur, fortaſſe nota *15* pro *16* poſita, quum multis in locis neceſſario citandus fuiſſet. Eadem fere ratio eſt codicis *Sin.* quem ipſe quidem Millius contulit: ſed mutilus eſt in aliis libris; vereor ne etiam in Ap. Certe toto cap. VII. & ante, & poſt,

interquieſcit. Nec tamen eſt, cur hunc defectum magnopere doleamus. nullus enim eſt horum codicum, qui non gemellum habeat aliquem, ex aliis omnia ſarcientem. Hi tamen omnes, ubi expreſſe citantur, pondus addunt ceteris.

§ VII. Firmius demum conſtat, quid editiones, quid mſſ. *Al. And. Bar. Cov. Hunt. Vff.* habeant.

Hi ſunt codices vel integri, vel, ob hiatus indicatos, integris æquiparandi, accurateque collati: qui etiam ſine ceteris ad Apocalypſin recenſendam ſufficere poſſent; quum varietas nulla notabilis exſtet, quæ non ex his & cognoſci & decidi queat. Addi poterat, a Millio collatus, *Mori* codex: at manu valde recenti ſcriptus eſt, totuſque ex Comp. (cui etiam in titulo Ap. congruit) & ex Aretha conflatus videtur. *Nunc dicemus de mſſ. praecipuis, deinde cetera expediemus.*

§ VIII. *Al.* ſolus, exiguum ſæpe pondus habet: cum ſuffragatoribus idoneis, longe maximum.

Omiſſo animo ſcriptum eſſe, fatebitur, qui duntaxat v. gr. Var. Ap. XII percurrerit: & in eo genere hunc codicem omnibus reliquis, in Ap. præſertim, deteriorem eſſe, diligentiſſimorum hominum excerpta, quæ in Apocalypſi quam pleniſſime retulimus, demonſtrant. Vbi vero alia cum eo monimenta congruunt, ingens eis robur conſert, non ſolum propter antiquitatem excellentem, ſed etiam propter genus remotum, de quo paullo inferius. Magna hæc pars eſt meritorum Millii, quod ad Apocalypſeos textum recognoſcendum plura unus ſubſidia collegit, quam univerſi ante illum editores; quodque codicem *Al.* accuratius exculſit. Minutiores tamen Codicis hujus varietates, quas etiam Millius neglexit, Ioh. Markius, commentario in Apocalypſin, ex Polyglottis, opinor, inſerere dignatus eſt.

§ IX. *And.* locum in codicibus meretur.

Andreas, Cæſareæ in Cappadocia epiſcopus, floruit ſub finem Seculi V, ſcripſitque commentarium in Apocalypſin, qui Papiæ, Iuſtini, Irenæi, Hippolyti, Methodii, Dionyſii, Baſilii, Epiphanii, Gregorii, Cyrilli ſententias complectitur, & cum Chryſoſtomi homiliis in N. T. quaſi ſupplementi loco non ſemel excuſus eſt. Ei operi ipſe τὸ κείμενον ſive *textum* Apocalypticum inſeruit: quo nomine locum inter ipſos codices, cum magna interdum prærogativa, obtinet. nam in bivio quaſi codicum Andreas ſtetit, quippe quos ex utraque familia, Aſiatica & Africana, habuit, ut ex varietatibus, quas in commentario notavit, apparet. vid. var. c. I. 5. XII. 9. XV. 6. Auguſtanum Andreæ codicem ac Palatinum non ſegniter contulit Frid. Syſburgius: hujuſque, poſt obitum, induſtriam, Commeliniana eſt ſubſecuta editio, quæ nos non mediocriter adjuvit. Palatinus eſt valde recens: Auguſtanus, aliquot ſeculorum. atque hic, cum a gloſſematis, quibus affectus eſt, diſceſſeris, Africanam magis lectionem videtur tenere; Palatinus autem

ad

ad Asiaticam se recipere. Addendus videri poterat cod. mſ. Græcus *Bavaricus*, ex quo Andream interpretatus est Theodorus Peltanus: sed hic interpres textum interjecit *Vulgati:* itaque Bavarici codicis lectio raro duntaxat ex Hœschelii apud Sylburgium indicio noscitur, vix ullum proprium præbens usum. Ergo Augustanus, *And.* 1 est nobis; Palatinus, *And.* 2. uterque simul *And.* simpliciter. Andreæ tamen textum refert etiam *Pet.* 3. & *Erasmus*, præsertim in prioribus editionibus: atque ubi *Er. And.* 1. 2. *Pet.* 3. discrepantem inter se textum habent, Andreæ subinde lectio ex commentario cognoscitur; quem tamen ipsum caute adhibendum esse monemus in Var. Ap. XIX. 1. Vbi commentarius silet, aut eadem varietate laborat, ejus lectionis defensor Andreas habebitur, quæ cum *Al. Lat.* congruit. Andream Millius in notis prætermisit, sed in Prolegomenis impense commendavit: nos vero ipsum quoque illum codicem Augustanum, quem *Aug.* 7 supra appellavimus, penitius excussimus, multumque bonæ frugis e textu commentarioque reportavimus. Sane Andreas & a codicibus oppido paratus erat, & sinceræ lectionis emphasin subtiliter scrutatus est; unde in paracharactas scripturarum, ut appellat, graviter invehitur ad c. XXII. 18. Itaque in genuinam lectionem religiose incubuisse, jure censebitur. Imo præclarum Andreas organon fuit ipsius Apocalypseos Græcæ propagandæ: quem in episcopatu simul & in Apocalyptico studio secutus est *Arethas* circa med. Sec. VI. suppletis aliorum sententiis, quæ ab Andrea non adhibitæ, cum Aretha antiquiorem, satis demonstrant. Horum porro uterque nisi vel exemplo suo librarios excitasset, multo etiam pauciora exstarent libri multis præteriti exemplaria. Nunc Andreæ exegesin partim conjunctam sibi habent, partim glossis compluribus in suum contextum admissis secuti sunt *Cov. M. Pet.* 3. *Seid. Vss.* & *Reuchlinianus* ille, ex quo uno Erasmi primum editio fluxit; nec non *Arabs:* Aretham pari instituto referunt *Bar. Pet.* 2. c. I. 5. II. 16. XI. 18. XVI. 20. XVIII. 14. XXI. 24. Qua observatione non solum horum codicum antiquitas non maxima, non minima cum Andrea Arethaque propinquitas perspicitur: sed etiam multorum locorum lectio dijudicatur.

§ X. *Cov.* nulli cedit.

Antiquitatem habet mediocrem, scriptus apud Græcos, ἔτει ,ς φ ϟ ε̄. ut librarius notat, id est, A.C. 1087. imperatore Alexio Comneno, & patriarcha Nicolao: præstantia vero ejus, in Ap. quidem, est plane singularis. Inter scribendum optime sibi constat: neque aut per levitatem titubat, aut glossis synonymisque indulget. Vbi a germana lectione deflectit, minime longe digreditur, medius fere incedens inter omnes codices. Solus erat denique in suo genere; nisi nunc accederet *Vssenbachianus*, in Apocalypsi a primis ad extrema ei proprie congruens. Latinizat aliquando Covelianus, etiam in Apocalypsi, v. gr. c. IX. 5. X. 8. XIV. 7. sed Vss. ab ea labe immunis est.

§ XI. *Hunt.* quoque valet bene multum.

Hunc codicem sic describit Millius: *Acta, ut &, quae proxime sequuntur, Epistolae Iacobi, Petri, Ioannis duae priores, manus sunt reliqua parte libri nonnihil recentioris;*

oris; Epiſtola vero tertia Ioannis, itemque Iudae, & Apocalypſis, epiſtolaeque Pauli, characterem videntur referre DCC propemodum annorum. Codex eſt notae praeſtantioris. in Apocalypſi textum praefert optimum, eique, qui apparet in praeſtantiſſimis noſtris, conſentientem. Proleg. § 1463 ſeqq. Et quidem indole, non tempore modo, duae illae partes codicis *Hunt.* differunt. In priore parte tantundem laudis habet atque *Baſ. 2.* & *Er.* ed. & *Oecumenius;* quibus proprie congruit, ut maxima ejus cum lectione Stephanica v. gr. in Epiſtolis conſenſio, & extra hanc lectiones quaedam ſequiores indicant: ſed in altera parte hanc aberrationem vitat, conſenſum cum aliis cod. optimis colens etiam conſtantius. Praeterea ſeparatam quaſi familiam ducit, nulli eorum cod. quos §§ praeced. deſcripſimus, praecipue addictus: nec tamen admodum excurrit.

§ XII. Et hi & reliqui in duas diſtrahuntur familias.

In priore ſunt *Comp. Barb. Baroc. Cov. Hunt. L. M. Pet. 2. Seid. Sin. Steph. 1e. Vff.* In altera, *Er. Al. And. Pet. 3. Steph. 1ſ.* Ita eſſe, continuus varietatum tenor, apud Millium praecipue, evincit: duo tamen hic obſervanda ſunt. primum, quod interdum unus aut pauci codices a ſuis quaſi caſtris ad aliena pauliſper tranſeunt: deinde, quod utriuſvis familiae codices in diverſas propagines abeunt; &, ſi in Paria diſtribuas, Par primum faciunt *Comp. M.* ſecundum *L. Sin.* tertium *Hunt. Seid.* (quanquam hic binas interdum lectiones in unam conflatas, adeoque textum pluribus ex codicibus coagmentatum habet:) quartum *Bar. Pet. 2.* quintum *Cov. Vff.* ſextum *Al. Pet. 3.* ſeptimum *Er. And.* Ex una parte *Bar. Cov. Pet. 2. Hunt. Seid. Vff.* ex altera *Er. Al. And.* propriam inter ſe cognationem, & in diſceſſu a ceteris eo minorem vim habent; quemadmodum etiam *Bar. Pet. 2., Hunt. Seid., Cov. Vff.* & vix alii, Apocalypſin cum Actis & Epiſtolis, ac non etiam cum Evangeliſtis conjunctam exhibent.

§ XIII. Magnum hic nobis offertur ad varietates decidendas adminiculum.

Quo ſaepius cod. aliquis ab ipſo compare ſuo aliiſve propinquis cod. in manifeſta ſphalmata ruit, eo minus ponderis habet in locis controverſis: & quo ſaepius par aliquod codicum paria vicina temere relinquit, eo minus ponderis habet. Viciſſim, quo ſaepius cod. ſinguli, bini, terni &c. ab apertis propiorum vel remotiorum titubationibus abſunt, eo plus fidei habent in locis dubiis. Itaque ubi codex aliquis ſeorſum abit, ab ipſo ſuo compare ſatis redarguitur: ubi par unum abit, a pari proximo convincitur, ut non opus ſit, tota mox codicum caſtra commoveri: ubi tres cod. aut dimidia pars unius familiae aberrant, ab reliquis ejuſdem familiae refutantur: ubi inter ipſas familias pugna eſt, quod quidem vix unquam accidit; conſilium ex loco debet capi. Habet autem familia prior ducem *Comp.* ſi placet, & altera ducem *Er.* adeoque *horum duorum teſtium conſenſus potiſſimum in Ap. propemodum ſemper eſt criterium lectionis genuinae.* Sed ſaepius, quam vellemus, diſſerunt: & tum is plerumque vincit, qui de alterius familia

quam

quam plurimos in ſuas partes pertrahit. Quomodo lectiones inter ſe, non ſpectatis codicibus, dirimi poſſint, notavimus § V. nunc codices, non ſpectatis lectionum coloribus, dirimuntur. Vbi ergo genuinam lectionem & indoles ſua & teſtium numerus ſimul defendit; defendit autem ſæpiſſime: tardus ſit oportet, qui dubitare nunquam deſinat.

§ XIV. Plurimum *Latina* verſio, repurgata, conducit.

Latinæ verſionis ultimam antiquitatem eximiamque inde auctoritatem conſideravimus ſupra, pag. 393. maximeque a tempore Apocalypſeos Græce in Patmo ſcriptæ Latinus interpres prope abfuit, quippe cujus verba Latina antiquiſſimi patrum imitantur. *Vt autem interpretis veteris* (inquit Millius in Proleg. § 605.) *genuina perquam accurata erant: ita certe hodierno textu* Apocalypſeos, *ex poſterioribus Græcis paſſim mutato*, (quanquam etiam aliæ ſunt cauſæ mutationis,) *nihil fere interpolatius.* Sane multæ ex his interpolationibus in Græcam Eraſmi, (vid. § XVII.) atque adeo Stephani editionem immearunt. rurſum ii, qui cod. mſ. Latinos exculſerunt, eandem Græcam recenſionem multo plus, quam præ ſe ferunt, reſpexerunt; varietateſque Latinorum codicum, minus videlicet ſpecioſas quam genuinas, cum Græcis codicibus tum ignotis congruentes, parcius, ut apparet, notare dignati ſunt. Qui circulus, intra quem Græca & Latina lectio hodie communior Apocalypſeos vertitur, retinere nos non debet, quo minus vigilanter rem cognoſcamus. Ioh. Harlemius & Franc. Lucas in Apocalypſin valde tenues dedere Notationes: plus præſtiterunt Hentenius & Zegerus: nonnulla Bentlejus in illo ſpecimine, quo caput XXII Apocalypſeos exhibetur, ex cod. Lat. veterrimis notavit, infra a nobis adoptata. Plura ad locum unum alterumque inſignem ex mſſ. Berolinenſibus, *Pariſinis*, *Murenſibus* & aliis, ad totum librum ex quatuor contulimus codicibus membranaceis, quorum primum hactenus *Charitinum* appellavimus, ſecundum *Reutlingenſem*, tertium *Colonienſem*, quem ex codice valde antiquo & ſingulari deſcriptum eſſe, propria ejus cum cod. *Cant.* in Evangeliſtis & cum vetuſtiſſimo apud Millium *Bodlejano* Latino convenientia oſtendit: quartus, (nam *Trevirenſis* mancus eſt,) in Biblioth. Vffenb. univ. T. III. p. 507 memoratur, & Apocalypſin ſolam habet, cum picturis, unde *Picturatum* dicimus. Neque nil frugis præbuit verſio N. T. *Anglica* vetus, ex *Lat.* deducta, de qua diximus, & Biblia Germanica *Moguntina*, ex Latinis, (anni 1462, ni fallor,) deducta. In ſubſidium præterea vocavimus antiquiſſimum *Irenæi* interpretem, *Tertullianum*, *Cyprianum*, *Gregorium M.* qui Apocalypſin frequentiſſime citant: & commentatores, *Victorinum*, *Ticonium*, *Apringium*, *Primaſium*, *Caſſiodorium*, *Bedam*, *Andreæum Anſbertum*, *Haymonem*, *Rupertum*, ut recentiores omittamus. *Victorinus* ab *Hieronymo* interpolatus habetur: id quod lector textum requirens facile ferret; ſed textum raro indicat brevis commentatio. *Ticonio*, ſive *Tychonio*, tribuitur *Expoſitio in Apocalypſin*, Auguſtini tractatibus in Evangelium Epiſtolamque Iohannis adjecta, & Auguſtini paſſim nomine allegari ſolita; quæ quanquam ab alio, ut videtur, in Homilias diſtributa eſt, & per librarios valde corrupta, Ticonio tamen vendicatur, ſi cum Caſſiodorio in Ap. IX & XII. cum Primaſio

in Ap. IX. 16. cum Auguſtino, l. III de Doctr. chriſtiana c. 30. quibus locis omnibus Ticonius nominatim allegatur, & cum ipſius Ticonii Regulis, quinta præſertim, contuleris. Ex *libello vetuſta littera ſcripto* Expoſitionem hanc edidit Ioannes Amorbachius: poſtea alienis, ut videtur, ſupplementis aucta prodiit. *Apringius* ſeculo VI explanationem Apocalypſeos adornavit, cujus exemplar manuſcriptum, ab interpolationibus, ſed antiquis, haud immune, humaniſſime mihi conceſſit Cel. Abbas Moshemius. *Primaſius* textum ferme continuum exhibet, aliqua etiam in ſummariis libro II. III. IV. V præmiſſis, & in anacephalæoſi eis ſubjuncta refert, quin etiam plures ſubinde translationes citat: ac cum Cypriano, prolixas interdum Apocalypſeos periochas citante (v. gr. cap. XVII ſeqq.) & cum Auguſtino (cap. XX.) ita congruit, ut exploratum habeamus, eum ipſum textum Primaſio obtigiſſe ſeculo VI. quem tribus ante ſeculis Africana habuerat eccleſia. Editio, qua uſi ſumus, ex libro *vetuſtis characteribus ſcripto* prodiit A. 1544 Baſileæ. *Caſſiodorius* (quem cum pleriſque interdum *Caſſiodorum* appellamus,) non ſolum in Complexionibus, ſed etiam in commentario in Pſalmos, notabiles aliquot lectiones dedit Apocalypticas. *Bedam* adhibuere Zegerus & Millius: neque propinquus ejus *Haymo* nil frugis habet, *Ansbertum* ſubſequens fere, ſed non exhauriens. Multorum vero inſtar eſt, unus duodecimi, quod mirere, ſeculi ſcriptor, *Rupertus Tuitienſis:* hic lectiones complures pretioſas, optimis monumentis Græcis paulatim erutis conſentaneas, ex antiquiſſima illa interpretatione Latina, & quidem ſolus interdum, retinet. Non ignoro, argutam & obſcuram videri poſſe ſedulitatem, quæ in excutiendis ejuſmodi monumentis ponitur: ſed dummodo veritas ſit, quæ eruitur; quo magis abditi ſunt receſſus, ex quibus illa retrahitur, eo minus erubeſcendus eſt labor. Etiam quæ ſqualida videntur, nitorem recuperabunt. Neque protinus auctores ejuſmodi, propter ſuam mediocrem antiquitatem, contemni debent: ſed eorum lectio, ubi videlicet & inter ſe ipſi & cum antiquiſſimis documentis congruunt, eo pluris facienda eſt, quia per tot ſeculorum anfractus eſt eluctata. Vix quicquam hoc pacto nos fugiſſe, quod ad ſinceritatem Latini interpretis eruendam pertineret, ii, ſpero, deprehendent, qui codd. mſſ. Latinos, quibus Germaniam quoque abundare conſtat, evolverint, & lectionem Latinam hodiernam, paſſim a nobis notatam, ex iis uberius caſtigarint. Totam Latinam verſionem & codicem Al. magnam inter ſe propinquitatem & ſimilitudinem habere, prima Apparatus hujus parte obſervavimus: maximeque in Apocalypſi lectiones Latinæ cum Al. congruentes interpreti probatæ cenſeri; ſed ab Al. diſcrepantes, pro ſuſpectis haberi, & ad codd. mſ. Lat. accuratius exigi debent. Illud tamen adjungi debet, quod aliquando Latinæ lectiones interpolatæ cum codice Al. conſentiunt; ſinceræ, ab eo differunt. alteras ab alteris vetuſtas Latinorum Græcorumque patrum diſcriminat. Propemodum ſuſpicari cogimur, fuiſſe olim Afrum quendam literatum, qui ſimul & Græcum & Latinum textum recenſeret, & utrumque quibuſdam in locis ad eundem redigeret tenorem. talem Latinum textum redolet Cyprianus; Tertullianus, ſinceriorem.

§ XV. Neque inutiles ſunt aliæ *verſiones* antiquæ.

Eæ sunt *Æth. Arab. Armen. Copt. Syr.* Sæpe *Æthiopicae* lectiones & *Arabicae* simul a Græcis abeunt: & tamen *Arabicae* alibi cum *Cov.* proprie congruunt. *Armeniacas* Millius non magis quam *Copticas* ad hunc librum dedit: sed utrasque permultis in locis, ubi maxime desiderabam, evolutas dedit fautor supra, in P. I, § XL, laudatus. *Syriaca* versio certius etiam in Apocalypsi, quam in aliis N. T. libris, Thomæ Heracleensi adscribenda, adeoque initio seculi VII adornata videtur. Conf. Le Long Part. I. Biblioth. sacr. p. 191 seq. atque in Polyglottis Parisinis & Londinensibus ad recentiores Græcos accedit codices. v. gr. c. III. 1. 12. VII. 8.

§ XVI. Sufficiens est hic codicum apparatus ad firmum de omnibus Apocalypseos locis judicium faciendum.

Singulorum codicum, Græcorum præsertim, indoles, amplius etiamnum cognoscitur ex ipsorum similitudine cum ceteris codicibus, in Actis & Epistolis, vel etiam in Evangelistis, ubi major est copia codicum, & ex copia partim difficilius partim facilius judicium: idque argumento est, Apocalypseos textum ex his codicibus, quos nobis servavit Providentia, æque posse constitui, atque textum Epistolarum, imo etiam Evangeliarum, ex multo pluribus. Atque ipsa tanta codicum Apocalypticorum in tanta ipsorum paucitate varietas ostendit, consensum omnium, aut certe majoris longe melioriisque partis, perpetuum, ab ultima libri origine manare. Denique hi codices, qui Apocalypsin cum Actis & Epistolis conjungunt, etiam sine ceteris codicibus sufficere possent, ut res ipsa quovis loco ostendit, ad varias lectiones Actorum & Epistolarum decidendas: sufficiunt igitur etiam ad varias Apocalypseos lectiones decidendas. Faciunt huc ea maxime, quæ de consensu *Al. Lat.* in Introductione copiose disputavimus.

§ XVII. Erasmi editio in Apocalypsi mire partim sincera est, partim subiesta.

In Evangelistis, in Actis, in Epistolis Erasmus Basileenses aliosque codices manuscriptos habuit, & plures, & tales, unde textum procuderet a manu prima minus abhorrentem: at *in Apocalypsi*, inquit, *non suppetebat nobis nisi unicum exemplar, sed vetustissimum, quod nobis exhibuit eximius ille litterarum heros Ioh. Reuchlinus.* Apol. adv. Stunicam. *Ne quis autem*, inquit idem, *contemnat nostrum exemplar*, (scilicet præ Vallæ & Complutensium lectionibus,) *tantae vetustatis erat, at apostolorum aetate scriptum videri posset:* in annot. post. ad Ap. II ac potius III. Non tantæ certe antiquitatis id exemplar fuisse, ex adjuncta Andreæ Cæsareensis exegesi, quam ipse Erasmus ad cap. II *commentariolorum graecanicorum* titulo mactat, firmiter colligitur: quamquam librarium ipsius Andreæ temporibus non multo inferiorem fuisse, libenter assentiar. Operam dedi, ut Reuchlinianum librum, sane singularem, nanciscerer: sed nihil ejus neque in auditorio Phorcensi, neque in tabulario Durlacensi, quod Basileæ est, reperiri, Christophorus Mauritii p. m. me docuit quondam. quod proximum est, de Erasmi recensione, ut exstat, judicium faciemus, sine

ne arrogantia, ex ſincero veritatis ſtudio. Ter Novum teſtamentum magnus ille homo ante edidit, quam Complutenſi potiretur recenſione: quare neceſſario Capnioneum codicem, qualiſcunque eſſet, adhibuit. Quartam demum editionem adornanti, *cum jam tandem ſuppeteret exemplar Complutenſe, cujus ſumma erat apud eruditos auctoritas, e re viſum fuit, in haud paucis a tertia deflectere, locoque complurium ejus lectionum, reponere alias ad fidem editionis hujus nobiliſſimae, id quod factum XC locis unius libri Apocalypſeos*, ut ait Millius Proleg. ſect. 1141. & quartæ illi editioni quinta fere ad apicem congruit. Vtraque textum habet prorſus ex Comp. & ex Er. ed. 1. 2. 3. conflatum: propriam vero Eraſmi recenſionem ſervant editiones tres priores, quæ ipſæ aliquantulum inter ſe differunt, vel quia ex Complutenſi editione jam tum quiddam ad Eraſmum pervenerat, vel quia is conjecturæ aliquid dedit, vel quia Capnionei codicis margo gloſſas habuit, quas Eraſmus interdum textui præferret. Hujus Eraſmicæ recenſionis lectiones accurate notatas infra damus: quibus penitius excuſſis, patet, eam, ex Andrea Cæſarienſi, de quo § IX egimus, & quidem ex præſtantiſſimo Andreæ exemplari, deductam, multas progreſſu temporis contraxiſſe mendas. Ac typographo quidem adſcribi nonnullæ poſſent, quum Latina verſio a latere poſita recte ſe habeat. Enimvero Vulgata illa eſt; quam Eraſmus in prima editione perparce refinxit. *Id ſane temporis*, inquit, *adeo non eram anxius in mutanda translatione Vulg. praeſertim in Evangeliis* (hæc enim notat in Apol. adv. Stunicam ad Marci caput V.) *ut aliquoties totas paginas ne contulerim quidem, non tam incuria ſegnis, quam obrutus undis laborum.* Ipſas vero lectiones illas Græcas adeo non abdicavit Eraſmus, ut etiam in ſecunda tertiaque editione verſionem ſuam ad eas inflexerit. Singularium igitur lectionum ſilva eſt ibi permagna; gloſſa frequens, frequentior hiatus: multaque ita ab omnibus aliis monumentis abeunt, ut ad properationem Græci librarii, ſynonyma interdum arripientem, referri non poſſint. nam ne Græca quidem ſunt aliqua, nedum ævo illo, ad quod Capnioneum Eraſmus codicem extollit, digna. vide Var. c. II. 3. V. 14. XVII. 4. XXII. 11. unde ſuſpicio naſcitur, exemplar illud folia habuiſſe per vetuſtatem detrita, quorum defectum Eraſmus ex Latinis farſerit. Quare ubi Eraſmi auctoritate communior nititur lectio, non protinus capti eſſe debemus. ſatis ejus editionem commentarius Andreæ, & textus Andreæ apud alios ſanior redarguit. Paſſim ſola incedit: (*ſolam* quum dico, Græcas editiones & Europæas verſiones, ex ea propagatas, ab ea non ſejungo:) aut obſcura codicum minus accurate collatorum pauſa, quaſi umbra, eam comitatur. Duos poſt Eraſmum codices contulit Stephanus, videlicet 12 & 15. Alter Eraſmo inprimis reclamat: alterius adeo vel mutila folia vel rara excerpta ſunt, ut vix ulla perſpiciatur ejus congruens cum Stephani & Eraſmi textu lectio. *Pet. tertius* textum, ut in Actis & Epiſtolis ab Euthalio, ſic in Apocalypſi ab Andrea petiit. vide Var. ad c. XVII. 4. unde cum Eraſmo plane gemellus eſt. vide Var. ad c. IX. 4. X. 6. XVII. 16. XVIII. 4. XIX. 5. 10. XX. 3. XXI. 11. &c. Vbi igitur cum Eraſmo congruit, non multum ei roboris addit: ubi ab Eraſmo differt, vehementer eum refutat. Acceſſere codices aliquot per Fellum, inſuperque ſex alii per Millium, unus per Kuſterum, unus alterve nunc primum; complures per Bentlejum in ſpecimine

cimine ſuperius laudato : omnes Eraſmo contrarii. Eademque ratio verſionum veterum : eadem patrum Græcorum Latinorumque , periochas longiores libri hujus allegantium. v. gr. c. XIV. 1 ſeqq. XIX. 11 ſeqq. XXII. 13 ſeqq. Eadem denique ratio teſtium , credo , omnium , qui poſthac vel locupletiſſimi recuperabuntur. Licebit nunc dicere , quod res eſt : Nullus occurrit Apocalypticus tam ſegregatus liber , quam is , quem Eraſmus produxit. Rurſus apud eundem tamen lectiones aliquando internicant obſervatu dignæ , & valde pretioſæ , quas vel nullus antiquorum teſtium duntaxat redarguit , vel unus alterque eorum , v. gr. Hippolytus , etiam comprobat. ubi vero notabilis numerus codicum lectionem aliquam tuetur , conſenſio Capnionici codicis graviſſimum ei pondus addit. Poſtea quam Complutenſem editionem nactus eſt Eraſmus , & *tantam illam varietatem in Apocalypſi* , ut ipſe in annotationibus poſterioribus ad Rom. XV. 24 ait , cognovit : complures ex ea lectiones in contextum ſuum admiſit , nonnullas dubitanter in margine propoſuit. ac mirum videri poſſit , cum tam illuſtri veſtigio tamen non agnoviſſe neque amplexum eſſe plures Complutenſium laudabiles lectiones. Enimvero obſtitit opinio illa de Reuchliniani codicis vetuſtate : diffidentia erga Latinizantem codicem Rhodienſem , qui Apocalypſin non habebat , ſed Eraſmo & habere eam , & unice adhibitus a Complutenſibus in ea videbatur : diſſenſus Complutenſium a Vulgata , cujus exemplar cum Lyrano congruens tanti fecit Eraſmus , ut ipſi Capnioneo codici præcuriſſe interdum videatur : Vulgatæ conditio, cujus exemplaria correcta ab inquinatis, in Apocalypſi quidem , tum minus internoſci poterant : conſenſus Aldinæ editionis , quæ tamen ad primam potiſſimum ipſius Eraſmi exenſa erat. Viciſſim multa Eraſmus ſincera prius ediderat , quæ deinde , Complutenſibus obſequutus , deteriora fecit : ſed hoc incommodum æque ac ſuperius illud penuria Græcorum exenſat exemplarium , quæ tum deciſionem in Apocalypſi vehementer impediebat. Denique diſſimulari non debet parum magnifica de Apocalypſi opinio Eraſmi , quæ feciſſe videtur , ut operæ pretium non putaret, accuratiorem ſuſcipere recenſionem. namque ad totum hunc librum parciores Eraſmi ſunt annotationes, quam ad ſingula paſſim aliorum librorum N. T. capita. Quamobrem a poſterioribus Eraſmi editionibus ad priores , quibus etiam vernacula reſpondet Lutheri verſio , nos recipimus , ea lege , ut omnia examinemus , &, quod genuinum eſt, retineamus. Tu, lector , perpendas velim , quæ hoc tmemate diximus : multa ex eo pendent , collatis iis , quæ continuo dicemus.

§ XVIII. Ex *Eraſmo* lectio fluxit interim receptior.

Eraſmi tres primas ſequuntur editiones Aldi, Colinæi, & aliæ antiquæ: editiones , quæ hodie ſunt in manibus , fere ſequuntur Bezam ; Beza , cum Stephanis , Eraſmicam , quartæ ſimillimam , quintam , in hoc maxime libro , ad apicem propemodum , ad ſphalmata uſque , quæ , quod mirere , ex ipſa Eraſmi verſione quintum edita corrigi poterant. vide v. gr. Var. c. l. 11. III. 1. XVIII. 1. Interea bene cecidit, ut ſequiori textui Stephanus, Millius aliique accommodarent collationes ſuas, quo clarius expreſſius poſthac appareret codicum pro genuina marginis apud illos lectione conſenſus.

§ XIX. *Complutenſis* editio minus excellit in bonis & in malis lectionibus.

In Apocalypſi hæc editio fere cum majore numero manuſcriptorum codicum ambulat; tenoremque Aſiaticum magis ſequitur, quam Africanum: unde plura in ea redundant, quam deficiunt; neque notabiles aut ſingulares partes facit vel in melioribus vel in deterioribus lectionibus. Cum Complutenſi editione fere congruit Plantiniana: & ad Plantinianam quatuor in Apocalypſi codices Græcos *Barberinianos* ſive Romanos contulit Caryophilus: qui ubi in pauſa eſt, Complutenſis idcirco potius editionis, quam Capnionei codicis lectiones in Barberinianis illis reperiſſe cenſebitur.

§ XX. Eam igitur Eraſmo attemperavimus.

Factum eſt hoc pace acerrimorum receptæ lectionis defenſorum, Gerardi a Maſtricht, cujus Canon XXXVIII huc apprime facit; & Dan. Whitbii, qui quum Millium ſeveriſſime a Matthæo uſque ad Epiſtolam Iudæ perſtrinxiſſet, eundem in ſola Apocalypſi intactum dimiſit; quia videlicet neque Scholiaſtas Græcos neque verſiones veteres pro Eraſino Stephanoque contra Millium allegare potuit. Vide Millii Proleg. §. 1109 ſeqq. & Whitbii Examen, libro II in extremo. factum item exemplo Theod. Bezæ, quem multi poſtea ſunt ſecuti; exemplo item H. Stephani, Eliæ Hutteri, Chriſt. Reineccii, aliorum, qui Complutenſes lectiones vel rarius vel ſæpius Eraſmicis ſubſtituerunt; & E. Wells, Theologi Angli, qui commentario ſuo Apocalyptico, ut ex veſtigiis idoneis colligimus, Complutenſem potiſſimum recenſionem intexuit; cujus recenſionis ſæpe rationem etiam Franc. Lambertus, Grotius, Medus, Pricæus, alii, in annotatis habuere. Denique ditus eſt ubique Complutenſis textus per nobiliſſimas Ben. Ariæ Montani ſive C. Plantini aliorumque editiones, quas nemo faſtidit aut reprehendit.

§ XXI. Neque ſolum ex edd. *Comp.* & *Er.* ſed etiam ex *Alexandrino* aliiſque mſſ. textum præcipue concinnavimus Apocalypticum.

Multa conjuncte, multa diviſe, laudabilia habent *Comp. Er.* ſed ſeorſum ab utraque editione in *Alexandrino* laudatiſſimo, & in aliis manuſcriptis codicibus multas quoque genuinas lectiones habet Apocalyptis. quare hic demum liber exceptionem a lege hactenus nobis rigide obſervata, de textu editionum preſſe ſequendo, vehementer poſtulavit, ut ne lector, ea multo magis, quæ Iohannes Theologus ſcripſit, quam ea, quæ quivis philologus edidit, requireus, duplici quaſi ſemita ingredi, & altero oculo textum, altero marginem legere, cum perpetua ſenſuum diſtractione cogeretur. Quod ſi accideret, ut textus noſter, maxime ex Comp. Er. Al. contemperatus, ad omnes codices mſſ. denuo examinaretur, is conſentione ſua interdum cum optimis, plerumque cum plurimis ſimul & optimis monumentis, ſil-

vam

vam diſcrepantiarum multo frugaliorem Milliano margine relinqueret, apertumque ſinceritatis ſuæ argumentum nanciſceretur. Verecundiam tamen noſtram ne hac quidem in parte deſideratum iri confidimus. primum enim nullas lectiones, quæ nimium paucis niterentur codicibus, & tamen cuiquam momentoſæ videri poſſent, in textum admiſimus; ſed eas, ſicubi nobis arriderent, in margine laudavimus: deinde in eodem margine, priſtinarum editionum lectiones, quas textus noſter non retinebat, collocavimus, ut Bentlejus quoque in illo ſuo ſpecimine fecit. Totam lectionem Apocalypſeos, a nobis partim in textu, partim in margine probatam, quiſquis perpenderit, reperiet, eam quoque cum majori fere ſemper numero codicum congruere: atque hæc congruentia veniam nobis, ſi opus fuerit, pollicetur, quod Græci alicujus codicis patriſve, quod Latini Copticive interpretis vetuſtiſſimam quandoque ſimplicitatem præferat margo noſter. quanquam id ipſum ſat raro accidit, & in locis momentoſioribus rariſſime.

Celebranda hoc loco nobis eſt Sapientia & Bonitas divina in diſpenſatione litteræ Apocalypticæ mirifice ſe præbens. Nam divino primum conſilio factum agnoſcas, ut ante Reformationem non mediocriter emendata procuderetur Apocalypſis, in Bibliis illis Complutenſibus, quæ Franc. Ximenius, cardinalis & archiepiſcopus Toletanus, in media dedit Hiſpania. Interim Eraſmi in editionibus Græcis & verſionibus Europæis prævaluit recenſio: quæ tamen neceſſariis fidei ſalvificæ capitibus nil obſtitit, veritatem eorum & analogiam utique ſervans indelibatam. Nunc maturum eſt, ut prophetici ſcrutinii receſſus magis magiſque penetrentur: & huc plane pertinet quam limatiſſima contextus ſinceritas; (ut vel ex iis locis, ubi *Gnomonem* citamus, conſtabit:) quæ quum poſtliminio exoritur, veritatem gratanter & ingenue ſuſcipere debemus. Nullam tamen recenſionis noſtræ ſyllabam ab ullo quamlibet alieno lectore approbari poſtulamus, quæ non nitatur documentis ſupra omnem ſuſpicionem ſtudii partium poſitis.

§ XXII. Rationemque ſingulorum locorum hic quam planiſſime explicare ingredimur.

1. In Evang., in Actis, in Epiſt. rarius pro utraque lectione codices enumeravimus: in Ap. vero, pluribus id locis faciendum eſſe duximus, ut lector minus exercitatus tamen liquido judicare poſſet.

2. Erunt fortaſſe, quibus ne hæc quidem ſatisfaciant; erunt, qui ſe obtundi querantur: ab utriſque veniam petimus. Saturior egomet hujuſmodi ſum laboris, quam videar multis. Nam quum apocalypticum textum in verſiculos plus CCCC diviſerit Rob. Stephanus, totidem fortaſſe dierum operam ſola Apocalypſeos *recognitio*, (ignoſcat, quiſquis ejus operæ pretium non perſpicit,) ſibi antehac a me vindicavit. Exemplaria excuſa, & quidem præcipua ad verbum, conferre, *Kuſteri* editionem ex *Milliana* ipſa retractare, manuſcriptos codices *Græcos & Latinos* recenſere, excerpta codicum ab aliis hinc inde prolata digerere, verſiones conſu-

lere, patres *Graecos* & *Latinos* excutere, interpunctiones examinare, quam prolixi laboris sit, ambitiose exaggerare nolo. Neque tamen id ipsum plane dissimulari hoc loco oportere putavi. Namque ab iis, qui tali in re justam dicere sententiam velint, optimo jure postulatur, ut, præter cæteras dotes quamlibet excellentes, in numerato habeant codicum, versionum, patrum lectionem tenoremque, & horum testium indolem, numerum, consensionem, divortia, vim modo majorem, modo minorem calleant: neque ea loca, in quæ inciderint, subito arbitrio singulatim expediri posse putent, sed decisiones varietatum ex cohærentibus totius scrutinii rationibus repetant. Huc plane spectant *Fundamenta criseos apocalypticae*, hactenus § 1 - XXII posita, in quibus *universam* Apocalypseos considerationem non perfunctorie institui, & subsequenti ibidem *singulorum* locorum tractationi criticæ lucem & robur præparavi. Fundamentorum summam dedi in *Defensione* altera, (Vid. infra P. IV. n. V.) & partem ejus summæ hoc loco repetam: „Ad Apoca„lypsin *Erasmus*, *ut ipse confitetur*, non nisi unum habuit MS. Græcum a Io. *Capnio„ne*, & quidem *Andreae Caesareensis* exegesin, cui textus (το κειμενον) erat inter„jectus. *Ex eo*, inquit, *contextûs verba describenda CVRAVIMVS.* Cumque *muti„lus* esset liber, textum ex *Vulgata* nondum revisa *properanter*, &, cum hanc pro„phetiam haud plurimi faceret, *citra summam curam* supplevit. *Stephanus*, erudi„tus ille quidem, sed negotiis obrutus typographus, talem *Erasmi* textum apoca„lypticum *ad verbum* recudit, præcipue in ultima sua editione, quam tot alii sunt „secuti. *Hoc ad oculum patet.* At ante hos duos, id est, ante Reformationem, in „editione *Complutensi*, præclarissimus & ad *testimonium* contra papatum inprimis ef„ficax apocalypticus textus, quem *nullo modo extenuare* debemus, in media exiit „*Hispania*, in aliis Europæ regionibus late propagatus. *Postmodum orientales* linguæ „versionesque sunt excultæ: antiquissima *Latina* versio restituta, in qua spicilegium „tale, quale *Apparatus* meus exhibet, nactus sum: multi Græci Latinique *patres*, „& ii quidem, qui Apocalypsin copiose firmiterque allegant, cruti & recogniti. „Multi & diversi *Graeci codices MS.* apocalyptici, antehac adeo rari, sunt compa„rati: & de duobus, quorum ego sum potitus, alter opportune eandem habebat „*Andreae Caesareensis* exegesin, quo adjutus dispexi accuratius, qua parte *Erasmus* „vel valeret vel laboraret. Quodque præcipuum est, *Alexandrinus* codex MS. „qui *vetustatis*, &, præcipue in Apocalypsi, *sinceritatis* & *auctoritatis* nomine a „veris criticis pro *incomparabili* agnoscitur, in occidentem est delatus. Quæ omnia „a Deo data subsidia *Erasmus* & *Stephanus*, si hodie viverent, cum *admiratione* & „*gaudio*, melius sane, quam omnes ipsorum assecłæ, adhiberent, & uno ore de„clararent, non eas editiones, quas ipsi tam ægre, & alii post ipsos tam reli„giose procudissent, sed *ambas* conjunctim classes editionum, imo vero etiam „totam *Antiquitatem* christianam, & *Medullam* documentorum ejus, textum „nobis apocalypticum propinare quam purissimum. Hæc omnia sunt, qui„bus crisis mea superstruitur. Tali modo non solum multa minoris, „quanquam non plane nullius, momenti, sed etiam quædam *ponderosissi„ma* loca, œconomiam divinam spectantia, in Apocalypsi, *REGIA PROMVL„GATIONE I. C.* amatoribus apparitionis ejus posthuminio sunt repræsentata. Hoc „agno-

„agnoſcunt jam complures bonæ animæ: Deo gratias agunt, & rem in ſuum uſum „vertunt.„ Huc quum res evadit, ulteriores animadverſiones, mihi, fortaſſe præ quovis altero quamlibet erudito, ſua ſponte, etiam quum alias res ago, ſubinde occurrentes, obiter notare, vindiciiſque eas, ubi uſu venit, augere, nec moleſtum eſſe ſentio, & fas eſſe duco.

3. Ad ea ſubſidia, quæ in *Apparatu* adhibui, nunc commentarius in Apocalypſin, *Apringio* adſcriptus, accedit, de quo aliquid dixiſſe juverit. Pacis Iuliæ in Hiſpania epiſcopus circa annum DXXXX *Apringius* fuit, quem *Aprigium* plerique, nonnulli aliter paulo aliterque appellant. Commentarium ejus in Apocalypſin, ab *Iſidoro* Hiſpalenſi aliiſque laudatum, erant qui pro deperdito haberent. At *exſtat*, inquit *Garſias Loaiſa* apud Fabricium, *opus ingens manuſcriptum in Apocalypſin. Sed ego, cum vidiſſem codicem Gothicum Legionenſem, ſcriptum aera milleſima octava, animadverti, de auctoris nomine inde non conſtare, ſed editum opus in gratiam cujuſdam Æterii. Quin & in praefatione auctor ille ait, ſe collegiſſe ſua ex libris Victorini, Iſidori & Aprigii.* Aliud exemplar membranaceum *Barcinonae ex alio vetuſtiore* (fortaſſe Legionenſi illo,) *A. MXXXXII deſcriptum*, ex Hiſpania, ſuperiore ſeculo pervenit in Daniam. Ibi *Arnae Magnaei Islandi*, Profeſſoris *Hafnienſis*, conceſſu librum quondam deſcripſit cel. Abbas *I. L. Moshemius*, qui certiorem me fecit, membranas incendio Hafnienſi conſumtas eſſe, & tamen ſuum exemplar, ex illis accuratiſſime deductum, liberaliter mihi muneri miſit. *Apringius* in eo codice conſtanter vocatur: & *Apringio* epiſcopo tractatus hicce, ubi *incipit* & ubi *explicit*, adſcribitur; ſed tamen interpolatum eſſe opus, liquido apparet. Vno loco, Iohannes dicitur ſub Claudio ſcripſiſſe Apocalypſin: alibi, ſub Domitiano. Numerus *DCLXVI* ad vocalem *DICLVX* redigitur, cujus ſe inventorem duobus an tribus poſt Apringium ſeculis profeſſus eſt *Ambroſius Ansbertus*. Ipſius *Apringii* nominatim *explanatio* uno alteroque loco ita cum ceteris contexitur, ut partes præcedentes eo ipſo aliis tribuantur auctoribus. Commentarius cujuſmodi ſit, hoc loco dicere nil attinet: textum, commentario interjectum, ita fere pro ſuo tum inſtituto deſcripſit *Moshemius*, ut prima duntaxat & extrema periocharum verba exprimeret: ſed tamen multorum locorum lectiones perſpiciuntur, quæ ſinceritatem ſubinde *Vulgati* referunt interpretis, ac ſententias noſtras ante notitiam Apringii latas paſſim confirmant. *Apringium* vero ubi citamus, lectiones apographi *Hafnienſis* a nobis innui, lector meminerit, quamvis *Apringianae* ipſæ ab reliquis internoſci vix poſſint. Neque enim magni intereſt, quum ipſæ interpolationes ſatis antiquæ & quædam earum ex auctoribus *Apringio* fortaſſe antiquioribus decerptæ ſint, & vel cum ipſius Apringii vel cum aliorum codicum Latinorum N. T. textu congruant. Certe *Hiſpanienſem* Latinæ Apocalypſeos lectionem, vix alibi obviam, hinc ſubinde colligere poſſumus.

4. Pervenit porro editio noſtra N. T. cum Apparatu critico ad manus *Io. Chriſtophori Wolfii* p. m. antequam quartum is volumen Curarum in N. T. emitteret: quare in Apocalypſi potiſſimum rationem habuit annotationum noſtrarum. Aliter

interdum, ut libenter credo, judicaſſet, ſi properatio, quam opus præclarum in extremo redolet, penitiorem conſiderationem tuliſſet. Subinde ille quidem ſententiam meam calculo comprobavit ſuo: quæ laudatiſſimi viri conſenſio multos a præjudiciis in hoc genere frequentibus deducere debet. Aliis locis diſſenſionem ſuam vel certe dubitationem profeſſus eſt, rationes ſimul commemorans, cum theologica civilitate. Talia etiam atque etiam a me declarari exiſtimavi oportere, ei quidem lege, ut argumentis non magis, quam humanitate, cum Defuncto certarem. Quæ in Fundamentis jam explanavi, uno non repetimus loco: paulo ante legant, quibus commodum eſt. Ad ſingula ſparſim loca monui, quod opportunum eſſet: a quibus attentus lector non ſine fructu, quemadmodum ſpero, eſſet diſceſſurus. Num de iis locis, ubi in dictione verſatur controverſia, non multa dixi: ſed *graviſſimas* aliquot lectiones vindicavi ſtudioſius.

Tit. Ἀποκάλυψις ἰωάννᾳ τῷ θεολόγῳ) *Steph.* edd. ἣν ἐν πάτμῳ τῇ νήσῳ ἐθεάσατο addit *Vſſ.* ἀποκάλυψις τοῦ ἁγίου ἀποστόλου καὶ εὐαγγελιστοῦ ἰωάννου τοῦ θεολόγου habet *Comp. M.* Varie circumferipſerunt interpretes, librarii, editores titulum *additicium*, primævi tituli principio, Ἀποκάλυψις ἰησοῦ χριστοῦ, parum reſpondentem, & tamen olim non malo, ut videtur, conſilio adhibitum, ad Apocalypſin nomine *Iohannis* diſtinguendam a multis aliorum Apocalypſibus, de quibus agit Fabricius in cod. apocrypho N. T. Part. II. pag. 940 ſeqq. *Theologi* cognomen Iohanni multis abhinc ſeculis datum fuit. *Apocalypſin ante Cajum*, preſbyterum Romanum, *& Alogos*, *neminem unquam repudiaſſe*, *verum ab omnibus receptam fuiſſe*, non temere affirmat *Artemonius* de Init. Evang. Ioh. p. 88. 140 ſeqq. Multa ante diſceſſum apoſtolos docuit Dominus: ſed ea, quæ tum dici non conveniebat, in Apocalypſin contulit. Quare in N. T. *Æthiopico* non inepte poſt IV Evangeliſtas Apocalypſis continuo ponitur.

CAP. I.

1 ὁ θεὸς & ἃ δεῖ γενέσθαι) ~ *Dionyſius* Alexandrinus apud *Euſebium*, textu compendioſius, per librarios fortaſſe, relato. Sequitur apud eundem εὐαγγελιε, pro ἀγγελε. ¶ τῷ δούλῳ) τοῦ δούλου *Al.* Ex alliteratione.

2 τοῦ θεοῦ) *edd. mſſ. Copt. Syr.* &c. (~) *And. 1. Primaſ.* Compenſationem vide verſu 4. ¶ ἰησοῦ χριστοῦ) ιησοῦ *Pet. 3.* αὐτοῦ *Dionyſius.* ¶ ὅσα) *Comp.* & aliæ edd. *Al. And. Vſſ.* & ceteri omnes, *Valla*, *Dionyſius Al. Æth. Lat. Syr.* οσα τε *Er.* ſolus, vel cum *Steph. 15.* Sic τε inſertum in Var. c. XXI. 12. Nonnulli ita ſunt argumentati: *Stephanus* exeudit ὅσα τε εἶδε· male igitur *Bengelius* edidit, ὅτα εἶδε. Et ſic in ceteris locis. Pari jure dixeris: ὅσα εἶδε habet *Ben. Arias Montanus*; ergo *Stephanus* male οσα τε ειδε. Plane ab impreſſis exemplaribus abit res ad teſtimonium antiquitatis. Atque hoc loco, ὅτα εἶδε, monumenta habent omnia: οσα τε *Eraſmus* ſolus, quem quanquam Stephanus & alii recentiores ſequuntur tamen *ſolum* dicimus jure, quum antiquiores teſtes voculam ab ipſo additam redarguunt. ¶ ειδε)

¶ εἶδε) ἴδεν *Vff.* Et sic aliis locis. καὶ ἅτινα εἰσὶ, καὶ ἃ χρὴ γενέσθαι μετὰ ταῦτα addit *Comp. Valla*, *Er.* in annot. ed. 1. & sic fere *And. Vff.* & al. Ex v. 19, ubi est mandatum scribendi; cui mandato, præ hoc titulo, hæc verba congruunt: vel etiam ex Andreæ comm. Non agnoscunt *versiones.*

3 μακάριος ὁ ἀναγινώσκων καὶ οἱ ἀκούοντες) *edd.* &c. *Lat.* in ms. Reutlingensi & Schelhorn. *Anslertus.* Lectio media. Pluralem bis habet *Arab.* & singularem *Æth. Lat. Barb.* 1. ¶ τηροῦντες) τηροῦσι *Lat.* excepto ms. Reutl. & Schelh. & *Anslerto.* ¶ προφητείας) ταύτης addunt *Cov. Vff.* nescio an *Arab. Lat. Syr.* nam etiam articulus της demonstrat. Neque *hujus* est apud *Aprinqium.* Ex cap. XXII. 19. ¶ ἐγγὺς) ἐγγύς ἐστι *Vff.*

4 — τῷ ante ὁ ὢν) *Comp. Valla*, *Er.* annot. ed. 1. *Al And. Bar. Cov. M. Pet.* 2. 3. *Vff.* unde θεῷ *Hunt.* & alii, *Victorin.* τῷ *Er. Steph.* edd. Atqui ut nomini יהוה non præfigitur ה emphaticum: sic ante ὁ ὢν καὶ ὁ ἦν καὶ ὁ ἐρχόμενος non est locus articulo τῷ, quem Erasmus ex Andreæ commentario sumsit. *Michaël Lichenthalius* in Bibliotheca exegetica, quum multa in me propitia dixisset atque collegisset, in additamentis non tam ex suo, quam ex alieno sensu scribit: *Editio minor Bengeliana in Recens collectis acri* censura *notatur. Auctores pro specimine dederunt caput I Apocalypseos: & ex collatione cum editione R. Stephani ostenderunt, in editione Bengelii multa adhuc mendа reperiri.* Dedit in Recens collectis *censor* (sic enim dicendum est potius, quam *censores*) Tabulam, ex Apoc. I. bene multa, fateor, loca exhibentem, in quibus *editio Stephani* & *editio Bengelii* differunt. Sed respiciatur, quæso, hic *Apparatus*, ad cap. I. *Omnibus illis locis*, ne de tota Apocalypsi dicam, princeps editio, *Complutensis*, ex gr. v. 2, & ipsa *Stephani* editio prima (quam censor se pro fundamento sumpsisse ait,) v. 5, & codices manuscripti apud *Stephanum*, v. 19, & antiquissima versio *Latina*, v. 6, & *Lutheri* versio, v. 5, & documenta post *Stephanum* cumulata, longe gravissima & plurima, & in his codex *Alexandrinus*, v. 8, & *Stidelianus*, &c. v. 9. *Syriaca* versio &c. v. 11. *Irenaeus* &c. v. 18. me defendunt; & censorem, *solo Stephani nomine*, nullo argumento, pugnantem, & præcipites lectores suos auferentem, *efficacissime* refutant. Quæ cuilibet sano satisfacere debent.

Primus hic locus est ex iis, in quibus me defendi posse plane negat censor. Atqui lectio mihi probata, ἀπὸ ὁ, primæva est. unde nonnulli dudum fecere ἀτὸ θεὸ ὁ, ne scilicet præpositio ἀπὸ haberet genitivum quasi ἀκλιτον. Similiter *Erasmus* ἀπὸ τοῦ ὁ surrogavit, (inflar ΙΟΥ ὁ ἦν apud Andream Cæsariensem,) vano solœcismi timore, ut deprehendent, qui primam editionem & quintam annotationum ejus evolverint. Erasmum sequitur *Stephanus*, Stephanum alii.

Quæ in *Fundam. Crit. Apoc.* § III de paucitate codicum Apocalypticorum dixi, ea comprobat catalogus codicum Florentinorum in libro *Jo. Lami* de eruditione apostolorum, p. 223 s. 246 ff. ubi multi memorantur codices, Acta & Epistolas, vel totum Novum Testamentum, sine apocalypsi, exhibentes. *Sex* tamen ibi Apocalypsin habent, quorum lectiones utinam in lucem proferantur! Certum habeo,

&

& illos, & quotquot alii ubicunque gentium jacent, ſummam eſſe confirmaturos lectionis a me defenſæ, in Apocalypſi, in primo capite, in quarto verſu. Etenim h. l. *Eraſmum*, & *Stephanum*, & *Recens collecta*, redarguunt, meque defendunt, omnia hodie cognita monumenta. *Quando tandem movebuntur, qui prelum Stephani pluris faciunt, inſcientes, quam cuncta veſtigia Iohannis in Patmo?* Humaniſſimus *Lilienthalius*, non dubito, quin manum ſit daturus veritati. ¶ ὁ ἦν) ὃς ἦν *Er. ed. 1.* ¶ ἃ ἐστιν) τῶν *Al. And. 1.* ¶ ἔστιν) — *Bar. Hunt. L. Pet. 2. Sin.* neſcio an *Æth. Syr.* Facile omiſſum ante ἐνωπιον. ¶ αὐτῶ) τῶ θεῶ *And. 1. Primaſ.*

5 — ἐκ ante τῶν νεκρῶν) *Al. And. 1. Bar. Cov. Hunt. L. Pet. 2. Sin. Vff. Areth. Arab. Lat. Syr.* (ἐκ) *edd. And.* in textu edito & in comm. &c. Ex Col. I. 18. ¶ ἀγαπῶντι) *Al. Bar. Cov. L. Sin. Steph. ɪɛ. Vff.* ac fortaſſe plures a priſtinis collatoribus neglecti. (ἀγαπήσαντι) *edd.* &c. idque præfert *Wolfius.* Sed participium præſens etiam præteriti imperfecti vim includit. ¶ λύσαντι) *edd.* &c. *Æth.* λυσαντι *Al. Bar. Primaſ. Syr. Arab.* Litera feſtinanter omiſſa. Vtrumque legunt *And.* & *Arethas.* λυσαντι καὶ ἀπὸ τῶν τῆς ἁμαρτίας κηλίδων λύσαντι τῇ ἐκχύσει τοῦ ζωοποιοῦ αἵματος καὶ ὕδατος, καὶ ποιήσαντι ἡμᾶς βασιλειον ἱεράτευμα καὶ λυσαντι *Cov. Arab.* nec non *Vff.* Ex Andreæ Exegeſi. ¶ ἐκ) *Er. Steph. ed. 1. 2. Al. And. Pet. 3.* (ἀπὸ) *Comp.* &c. ¶ ἐκ τῶν ἁμαρτιῶν) *a peccato* habet *Primaſius.* ¶ — ἡμῶν) *Er. Steph. ed. 1. 2. Al. And. 2. Pet. 3. Vff.* pluresve, *Primaſ.* (ἡμων) *Comp.* &c. *Armen. Copt. Lat. Syr.* unde ὑμῶν *Æth.* ¶ αὐτοῦ) Αὐτοῦ, etiam reciprocum, leni ubique ſpiritu expreſſi, in ed. majore & minore anni 1734, *Eraſmi* exemplo, qui quidem in editionibus ſuis fere promiſcue exhibet αὐτῶ, facilitatis, ut arbitror, gratia, & αὐτοῦ, etiam reciproco ſenſu, ex mſſ. Cauſa ſupra ad Matth. I. 21 ſemel dicta eſt, (ſuffragante *Buttigio* in præf. N. T. & quovis loco dicta putari debet. αὐτῶ mallet *Wolfius*: & id editores ſuo paſſim fecere arbitrio, interdum poſt conſonam quoque tenuem, aperto errore, ut μετ' αυτῶν, ἀπ' αὐτῶν, μετ' αὐτὸν, Act. XIV. 27. XV. 38. XIX. 4 &c. In quo nemo, opinor, Ionicam dialectum excuſabit. Speciem unus habet locus, Ap. IX. 11, ἐφ' αὐτῶν· ſed id Rob. *Stephanus* introduxit: ἐπ' αὐτῶι, reciprocum tamen, habent edd. primæ cum mſſ. Vt apud Hebræos ו & alia ſuffixa tertiæ perſonæ & relativam & reciprocam vim habent: ſic ſcriptores N. T. αυτῶ promiſcue ponunt. Itaque h. l. Ap. I. 5 αὐτῳ omnino ad *Ieſum Chriſtum* refertur, qui nos in ſanguine *ſuo* lavit.

6 ἡμᾶς) ἡμῖν *Al. Seid.* Sic videbatur poſtulare lectio βασιλείαν, quæ ſubſequitur. Et ſic *noſtrum* (*regnum*) habet *Apringius.* ¶ βασιλείαν) *Comp. Al. Bar. Cov. Hunt. L. M. Sin. Steph. ɪɛ. Vff. Areth. Æth. Arab. Lat. Victorin. Syr.* (βασιλεῖς) *Er.* & aliæ ed., *And. Arm. Primaſ.* Ob ſequens ἱερεῖς. Sic quoque *Tertullianus*, de cor. mil. c. 15. ſed *regnum*, de exh. caſt. c. 7. In pauſa ſunt *Pet. 2. 3. Seid. Steph. ɪɛ.* ¶ — καὶ ante ἱερεῖς) *Comp. Al. Bar. Cov. M. Sin. Vff. Areth. Æth. Apring. Syr.* (καὶ) *Er.* & aliæ ed., *And.* neſcio an plures cum *Hunt. L. Armen.* ¶ βασιλείαν, ἱερεῖς) βασίλειον ἱεράτευμα *L. Seid. Copt.* Ex Andrea, vel, cum Andrea, ex Petro. Βασιλεῖς καὶ ἱερεῖς ſubſtituit librarius, facilitatis gratia, in *Andreae* textu, quem ſequuntur, *Eraſmi* interventu, impreſſi plerique, & *Wolfius.* Qui quum in multas lectiones, quamvis minus ipſi probatas, *animam* meam editionem

nem allegarit, (id quod optimo cum animo feciſſe exiſtimo,) lector, velim, meminerit, eaſdem lectiones *in aliis editionibus a me ſuo loco citatis* exſtare. Semel hoc monere neceſſium duco, ne contextus meus nimis ſæpe ſolus incedere videatur. Hîc igitur habent codices, ut vidimus, ſummo conſenſu & in his editio *Comp.* cum ſequacibus, βασιλείαν, ἱερεῖς· & ſic olim, *regnum*, *ſacerdotes*, reddidit *Latinus*, ut ex *Apringio* conſtat, quanquam & interpoſuere ceteri. Βασιλειαν, ιερεῖς, legerunt etiam, qui periphraſi utuntur, *βασιλειον ιερατευμα*, ut *Andreas* ipſe in comm. nam lectionem *βασιλεις καὶ ἱερεις*, plane claram, non mutaſſent. Similem varietatem infra videbimus ad c. V. 10. ſed ſive *βατιλεῖς* ſive *βασιλειαν* illo loco genuinum eſt, hîc certe *βατιλειαν* legi debet. Vid. *Gnom.* ¶ ~ τῶν αἰώνων) *Al. And.* 1. *Hunt. Copt.* (τῶν αἰώνων) *edd.* &c. *Arm. Lat. Syr.* Ex formula uſitata. ¶ ἀμὴν) *edd. mſſ. Copt. Syr.* &c. (~) *Lat.* in mſſ.

7 ὀψεται) ὄψονται *And.* 2. *Pet.* 3. Ex Ioh. XIX. 37. vel ex rhythmo κόψονται. ¶ (~ αὐτὸν) *Er.* ed. 1. 2. 3. Omittit & legit *Ephraim Syrus.* ¶ ἐπ' αὐτὸν) ~ *Er.* ed. 1. 2. 3. Fortaſſe quia commentarius *Andreae* non attiugit.

8 τὸ ἄλφα) *Comp. Al. Bar. Sin. Areth. Lat.* plerique, *Syr.* τὸ A *Er. And.* &c. Et ſic infra. ¶ ~ ἀρχὴ καὶ τέλος) *Comp. Al. Cov. Hunt. L. M. Pet.* 2. *Seid. Sin. Vſſ. Aretk. Æth. Primaſ. Syr.* Vid. *Gnom.* (ἀρχη καὶ τέλος) *Er.* & aliæ ed., *And.* 2. *Orientalis* eccleſiæ confeſſio p. 34. neſcio an *Pet.* 3. cum *Bar. Arab. Copt.* & *Lat. Apring.* nec non *Armen.* & *Caſſiod.* qui habent *primus & noviſſimus*: niſi hoc *Caſſiodorus* pro A καὶ Ω poſuit. Vacat margo Stephani. Ex paralt. ἡ ἀρχὴ καὶ τὸ τέλος *And.* 1. ¶ κύριος ὁ θεὸς) *Comp. Al. And. Bar. Cov. Hunt. L. M. Pet.* 2. 3. *Seid. Steph.* ıε. *Vſſ. Arabicae*, *Lat. Syr.* nec non *Hippolytus* T. II. f. 10. unde κύριος *Orientalis* eccleſiæ confeſſio. ὁ κύριος *ed.* aliæ, neſcio an *Sin. Steph.* ıϛ. ¶ ὁ ante παντοκράτωρ) ~ *And.* 1. *Orientalis* eccleſiæ confeſſio.

9 ~ καὶ poſt ὁ) *Comp. Al. And. Seid. Steph.* ıε. ıϛ. *Vſſ.* & octo alii, *Dionyſius Al. Orig. Areth. Æth. Arab. Lat. Syr.* καὶ *Er.* cum *Seid.* an ſolus potius. ¶ συγκοινωνὸς) *Er.* & aliæ ed. *Seid. Dionyſius Al.* apud Euſeb. ed. Steph. bis, *Orig. And.* neſcio an *Pet.* 3. cum *Al. L.* (κοινωνὸς) *Comp. Bar. Cov. Hunt. M. Pet.* 2. *Sin. Steph.* ıε. ıϛ. *Vſſ. Areth.* ¶ ~ ἐν τῇ ante βατιλειᾳ) *Comp. Al. And.* 1. *Bar. Hunt. L. M. Pet.* 2. *Seid. Orig. Dionyſius*, *Areth. Lat.* ἐν τῇ *Er.* neſcio an *Pet.* 3. *Sin.* cum *And.* 2. *Cov. Vſſ.* Pauſant *Steph.* ıε. ıϛ. ¶ ὑπομονῆ) ἐν ὑπομονῇ *Dionyſius.* ¶ ἰησὲ χριϛῷ) *Er. And.* neſcio an *Pet.* 3. *Steph.* ıϛ. (ἰησῷ) *Dionyſius* apud Euſebium a Stephano excuſum, *Apringius*, *Rupertus* perſæpe. Lectio média, multas nacta periphraſes. ἐν χριϛῷ ἰησῷ *Comp. Seid. Sin. Steph.* ıε. *Vſſ.* & ſex ceteri, *Areth. Arab. Lat.* ἐν χριϛῷ *Al.* ἐν ἰησῷ χριϛῷ *Armen.* ἐν ἰησῷ *Orig. Copt. Lat.* aliqui. *Chriſto* omittit etiam cod. *Argentinenſis.* ¶ (~ τῇ καλουμένῃ) *Er. ed.* 1. 2. 3. nec non *Athanaſius*, *Primaſius.* ¶ ~ διὰ ante τὴν) *Er. ed.* 1. 2. 3. *Al. And.* 1. *Hunt. Dionyſius*, *Arethas*, *Lat.* διὰ *edd.* aliæ, &c. *Syr.* ¶ ~ χριϛῷ) *Al. And.* 1. *Dionyſius*, *Lat.* in codd. opt. (χριϛῷ) *edd.* &c. *Primaſ. Anſb. Haymo Syr.*

10 ἐγενόμην) ἐγὼ ἐγενόμην *Al.* ¶ τῇ) ~ *Vſſ.* ¶ ὀπίσω) ὄπιθεν *Al.* ¶ ὀπίσω μου φωνὴν μεγαλην) φωνὴν μεγάλην ὀπίσω μϗ *Comp. Vſſ.* φωνῆς μεγάλης ὀπίσω

μκ *And.* 2. ¶ φωνὴν usque λεγέσης) *vocem magnam ſicut tubam dicentem mihi* habet *Primaſius.*

11 — ἐγὼ usque ἔχατος· καὶ) *Comp. Al. And.* 1. *Hunt. L. M. Pet.* 2. *Seid. Sin. Steph.* ιε. *Areth. Æth. Armen. Copt. Lat. Syr.* (ἐγὼ κτλ.) *Er.* & aliæ ed., *And.* ed. neſcio an *Bar. Pet.* 3. *Steph.* ις. cum *Arab. Cov. Vff.* ſed εἰμὶ το omittit *Cov.* εἰμὶ & ὁ ante πρῶτος omittit *Vff.* καὶ ante ὁ omittunt *Ald. Cov. Vff. Arab.* Gloſſam hæc produnt: etenim mentionem τῦ Α καὶ τῦ Ω commentarius *Andreae* ad hunc verſum ex verſu 8 & 17 habet; & ex commentario illo lectio hæc, ut complures aliæ, immigravit non modo in textum quorundam *Andreae* exemplarium, ſed etiam in non nullos codices ex gr. *Cov. Vff. Arab.* qui etiam alibi quiddam ex Andreæ exegeſi trahunt. vid. infra ad Ap. II. 16. Coarguitur additamentum & per ipſas horum codicum diſcrepantias, quum vel εἰμὶ & τὸ, vel εἰμὶ & ὁ prius, vel καὶ tertium omittunt; & per *Auguſtanum* Andreæ codicem, hac periocha carentem. *Mirum eſt*, inquit *Wolfius*, *haec in tot codicibus* (videlicet in monumentis fere omnibus,) *deſiderari*, *quae tamen ſtilo Iohanneo ita conveniunt*, *quod Beza recte monuit*, *ut pro germanis merito habeantur.* Conveniunt ſane, ut omnia ex aliis locis Iohanneis additamenta. Inſtat *Wolfius*: *In ſequente capite Dominus nunquam alloquitur eccleſias*, *niſi praemiſſo aliquo ſui titulo. Credaſne igitur*, *Dominum*, (quum) *Ioannem primum alloquebatur*, *eo abſtinuiſſe?* Reſp. Sæpe demum poſt apparitionis initium Is, qui apparet, eloquitur, quis Ipſe ſit. Exod. III. 6. In præſenti autem grandis illa ſumma, ὃ βλέπεις, *quod vides*, & ipſa adeo Iohannis viſio, per ſe titulorum omnium inſtar erat, dum verſu 17 mox titulus ſequebatur expreſſus. Atque ex hoc ipſo fonte derivantur tot tituli in capite II & III. In ſumma, intuitu verſus 8 & 17, illata potius verſui 11 hæc verba videntur, quam pro ſuperfluis habita. Non facile pro ſuperfluo aliquid hodie habent complures docti viri, eademque mente plerique quondam librarii fuere. Codicibus tutius, quam rationibus talia loca deciduntur: atque in eo genere eximium pondus *Latinus* habet interpres, ubicunque eum propriis non laborare nævis, idonei, quamlibet pauci, teſtes Græci confirmant. Vtinam hoc omnes penitus infixum animo habere vellent: maximum adpleraſque dubitationes eximendas compendium foret. De antiquitate Latini interpretis egimus ſupra, P. I. § XXXII. Obſerv. VI. XX. Conſid. VIII. &c. eamque confirmat egregia *Latinorum* patrum cum textu interpretis conſenſio. Carebat ætas illa multis additamentis, quæ poſteritas, ut alibi paulatim, ſic hoc loco invexit. ¶ βιβλίον) βιβλία *Pet.* 2. ¶ ἑπτὰ) *Comp. Al. And. Vff.* & decem alii, *Æth. Araticae*, *Lat Syr.* — *Er.* cum *Bar.* vel ſolus potius, & inde aliæ ed. quanquam ipſe Eraſmus id Latine habet. ¶ — ταῖς ἐν ἀσίᾳ) *Comp. Al. And.* (etiam in comm.) *Vff.* & ſeptem alii, *Areth. Æth. Arab. Lat.* (in mſſ. Colon. & Pict. vel etiam apud Haymonem,) *Syr.* (ταῖς ἐν ἀσίᾳ) *Er.* neſcio an *Bar. L. Steph.* ιε. ις. *Lat.* multi. Ex v. 4. ¶ σμυρναν) σμύρνην *Er.* ed. 1. 2. 3. ¶ θυάτε..α) θυάτειραν *Al. L. Pet.* 2. *Sin.* Synopſis apud *Athanaſium*, vel etiam *Æth. Arab. Lat. Syr.* θυατείρα. *Er. ed.* 1. 2. 3. *Pet.* 3.

12 — ἐκεῖ) *Er.* & aliæ ed., *And. Lat. Iren. Syr.* vel etiam *Pet.* 3. cum *Al. L.* (ἐκεῖ) *Comp. Vff.* nec non *Cov. Hunt. M. Pet.* 2. *Seid. Sin. Steph.* ιε. ις. *Arab.* Silet

Bar.

Bar. ¶ ἐλάλει) *Comp. And.* & ſeptem alii, *Areth. Lat.* (λαλεῖ) *Al.* ἐλάλησε *Er.* neſcio an *Bar. Pet. 3. Steph. 15.* cum *Cov. Vff.*

13 – ἑττὰ) *Er. ed. 1. 2. 3. Al. And. Æth. Iren. Cyprian. Ticon. Primaſ. Syr.* ¶ ὅμοιον) ὁμοίωμα *Al.* ¶ υἱῷ) υἱὸν *Vff.* & alii. Ex alliteratione. ¶ ποδήρη) ποδηρεῖ *Al. Pet. 2.* ποδήρη *Steph.* ed. 1. ¶ μαζοῖς) *Er.* &c. *And. 1.* manu ſecunda. μαζοῖς *Comp. Al. And.* (in textu & comm.) *M.* Ex allit. ad ζωνην, aut ex opinione Ammonii, qui μαζὸς ait virorum eſſe, μαζὲς mulierum. Sed id differentiæ ignorant veteres. vide Pricæum ad h. l. ¶ χρυσῆν) χρυσᾶν *Al.*

14 λευκαὶ) – *Æth. Irenæus* Eraſmi, *Ticonii* &. *Primaſii* textus. ¶ ὡς) *Al. Cov. Hunt. Sin. Vff. Areth.* ὡσεὶ *edd. And.* &c. Iohannes in Evangelio ὡσεὶ particulam nonniſi numeris interdum adjicit, ut ὡσεὶ πενταχιλιοι alias, in eodem libro, & in Epiſtolis, & in Apocalypſi, ὡσεὶ nuſquam, ὡς ſæpiſſime, etiam in hoc capite, in hoc verſu, ponit. ¶ λευκὸν ὡς) *aut* habet *Cyprianus* de diſc. & hab. virg. & I. II Teſt. c. 26. λευκὸν omittit etiam *Sin.* ¶ ὡς ante φλὸξ) – *And. 1.* in textu.

15 (πεπυρωμένῳ) *Vff. Æth. Arab. Lat. Iren. Cyprian. Primaſius, Syr.* neſcio an *Ticon.* Rhythmus καμινῳ. χαλκολίβανος per ſe, non in fornace igneſactus, candet. conf. c. II. 18. πεπυρωμένης *Al.* Vid. *Gnom.*

16 (– ἔχων) *Al. Æth.* ¶ δεξιᾷ αὐτῆ χειρὶ) *Er.* &c. *manu dextera ſua* habet *Iren.* δεξιᾷ χειρὶ αὐτῆ *Comp. And. 1.* (δεξιᾷ αὐτῆ) *And. M. Lat.* Sed congruit huic Proſopographiæ expreſſa *manus* mentio. Brevior lectio ex c. II. 1 huc tradu-ta videtur. ¶ ἀστέρας) ἀστέρες *Al. Æth.* Ob ἔχων omiſſum. ¶ Φαίνει) Φαίνων *And. 2. Æth. Arab. Iren. Syr.* ¶ τῇ ante δυνάμει) – *Er. ed. 1. 2. 3.*

17 ἔπεσα) ἔπεσον *And. 1.* & alii. Promiſcue aoriſtus 1 & 2 hujus verbi in indicativo & imperativo ſcribi ſolitus eſt, etiam in Apocalypſi locis omnibus: plerumque autem certe, ut primo hoc loco, prævalet aoriſtus 1. ¶ πρὸς) εἰς *Seid.* ¶ ἔθηκε) *Al. Bar. Cov. Hunt. Sin. Vff. Areth. Lat.* (ἐπέθηκε) *edd. And.* &c. *Cyprianus* Pamelii. ¶ – χεῖρα) *Al. Bar. Cov. Hunt. Pet. 2. Sin. Vff. Areth. Æth. Lat. Cyprian.* (χεῖρα) *edd. And.* &c. ¶ – μοι) *Comp. Al. And. Vff.* & octo ceteri, *Areth. Lat. Cyprian. Syr.* (μοι) *Er.* cum *Pet. 3.* an ſolus potius. Vacat margo *Stephani.* ¶ πρωτος) πρωτότοκος *Al.* & ſic idem c. II. 8. Ex. c. I. 5.

18 – ἀμὴν) *Er. ed. 1. 2. 3. Al. And. 2. Orig. Æth. Arab. Lat. Iren. Cyprian.* (ἀμὴν) *Comp.* &c. Vnde ὁ ἀμὴν *E. Schmidius*, ex cap. III. 14. Et formula εἰς τὰς αἰῶνας τῶν αἰώνων, & vocula ἀμὴν, perfrequens eſt in Doxologiis. ideo librarii, quamquam hîc non eſt Doxologia, tamen poſt formulam illam etiam voculam hanc prono calamo perſcripſerunt, ut in Apparatu notavi. *Eraſmus* ex editione *Complutenſi* ἀμὴν poſtliminio admiſit: recte autem faciunt, qui priores ejus editiones, ea particula carentes, approbant. Nemo uni editioni, quamvis ei præ ceteris aſſueverit, ita favere debet, ut eam, quamdiu vel minima rationum aut teſtimoniorum mica inveniri poteſt, obnixe, tanquam caſtellum ab hoſtibus oppugnatum, defendat, nec, niſi extrema vi compulſus, deditionem faciat. Etiam in editioni-

bus præferendis vel poſtponendis ſtudio partium peccatur: ſine diſcrimine debemus inter omnes codices, verſiones, & patres verſari, & veritatem, ubicunque in eam inciderimus, eadem ἐυπειθείᾳ & facilitate amplecti. Hoc loco, etiamſi toto ſeculo XVII omnes editiones ἀμὴν exhibuerint, tamen antiquitas paucorum teſtium, qui hanc particulam, juſta ratione freti, omittunt, prævalere debet. Iis, qui omittunt, *Coptum* addit Wolfius. ¶ κλεις) κλῶδας *And.* 2. in textu, *Bar. Sin. L. Areth.* ¶ θανάτυ καὶ τῦ ᾅδυ) *Comp. Al. Vff.* octoque ceteri, *Areth. Æth. Lat. Iren. Cyprian. Syr.* nec non *Arab.* ᾅδυ καὶ τῦ θανάτυ *Er.* Promiſcue habet *Andreas.* Tacent *Pet. 3. Steph. duo.*

19 οὖν) *Comp. Al. And. Steph.* duo, & ceteri ſeptem, *Æth. Arab. Lat. Syr.* (~) *Er.* neſcio an *Pet. 2. Sin.* cum *Vff.* ¶ γίνεσθαι) γενέσθαι *Comp. And. Bar. L. Pet. 2. Vff.* Ex v. 1.

20 οὓς) *Er. Al. And. 1.* manu ſecunda, *Sin.* ὧν *Comp.* &c. ¶ ἐπὶ τῆς δεξιᾶς) ἐν τῇ δεξιᾷ *Al.* ¶ αἱ λυχνίαι αἱ ἑπτὰ) *Al.* (apud Marckium,) *Seid. Vff.* pluresve, *Lat. Syr.* ἑπτὰ λυχνίαι *Er. ed. 1. 2. 3.* (αἱ ἑπτὰ λυχνίαι) *edd.* aliæ, *And.* &c. *Primaſ.* ¶ ~ ἃς εἶδες) *Al. Bar. Cov. Hunt. Pet. 2. Sin. Vff. Areth. Æth. Arab. Lat. Cyprian. Syr.* (ἃς εἶδες) *edd. And.* neſcio an *L. Pet. 3. Seid. Steph. ıε. ıς.* cum *M.* Gloſſa ex οὓς εἶδες.

CAP. II.

ginta quatuor, accusativo item casu accipientes. Certe apud *Primasium*, qui Italam versionem sequebatur, in summario libri V sic legitur, *& muri ejus centum quadraginta quatuor, mensura hominis quae est angeli.* Sic ipse quoque commentarius, quanquam, post *quatuor*, *millia* nescio quis inseruit, prima fortasse litera proximæ vocis *Mensura* pro *Mille* arrepta. *Murum* cum glossa *cubitorum* habet *Apringius.* Vicissim etiam versu 15 *murum*, solus, quod sciam, *Primasius*, in *muros* mutat, propter eandem, ut apparet, *tot murorum* opinionem. Non *muros*, sed unius *muri* mensuras notari, certum est: ac possent subaudiri etiam *calami.* Sane *cubitorum* glossa est, eaque alienior. nam quot cubitos vel etiam cubitorum partes calamus hoc loco habeat, definiri non potest, fluctuantque interpretum opiniones, quas notat Hoë lib. VIII in Ap. XXI. quæst. 82. pag. 135. ed. prim. Porro *mensura*, quam habebat angelus, non erat cubitus tantummodo, sed calamus. v. 15. 17 fin. Superest, ut *calamus* ipse, quemadmodum apud Ezechielem interdum, sic hoc loco subaudiatur. alias *calamus* non esset mensura, qui tamen aperte *mensura* appellatur. Porro dispuncto *πηχῶν* glossemate, ambigi possit, quo casu Iohannes perscripserit numerum hunc, quem librarii ρμδ vel (in cod. Alex) δ καὶ ἑκατον τεσσαρακοντα scripsere. Accusativus apud Ezechielem in hoc genere frequens est: sed tutius hoc loco retinetur genitivus. Sæpe Hebræi adjectivum numerale & substantivum plurali & singulari numero construunt, v. gr. ואלפים מרה ארבעת Ez. XLVIII. 30. 33. Et sic Iohannes, ἑκατὸν τεσσαράκοντα τεσσάρων μέτρον. Vid. *Gnom.*

18 (~ ἦν) *Al. Lat.* in mss. Pict. *Ticon.* nescio an etiam *Primasius*, qui *fuit* supplet; & *Syrus*, qui versu 21 verbum ἦν item prætermittit. ¶ ἐνδόμησις) ἐνδώμησις *Al.* ¶ ὅμοιον) *Comp. Al. And.* (etiam in comm.) *Vff.* & quinque alii, *Areth. Lat. Syr.* (ὁμοία) *Er.* vel etiam *Pet. 3.* cum *Cov. M.* ¶ ὑάλῳ) ὑέλῳ *Comp. And. 1* manu prima, *Hunt. M.*

19 (~ καὶ) *Al. Sin. Vff.* plurisve, *Areth. Lat.* in mss. *Ansb. Aprin. Rupertus.* unde, post *fundamenta*, *autem* supplet *Primasius.* Ita mox, ὁ θεμ. ¶ χαλκηδων) καλκιδῶν *Er.*

20 σαρδόνυξ) *Er. And. 2. Vff.* &c. Ac corripiunt Latini poëtæ. σαρδώνυξ *Comp. And. 1.* σαρδιόνυξ *Al.* Ex allit. ad σάρδιον in proximo. ¶ (σάρδιον) *Al. Hunt. Pet. 2. Sin. Vff. Areth.* &, cujus fortasse lingua non aliter tulit, *Syrus.* Sic σάρδιος & σάρδιον legitur apud Epiphanium. Vid. Hilleri Syntagm. p. 86. ¶ βήρυλλος) βήριλλος *Er. Al.* βηριλλιος *Er. ed. 1. 2. 3.* βηρύλλιος *Cov. And. 1.* βιρύλλιος *Pet. 2.* ¶ τοπαζιον) τοπάζιος *Er. ed. 2.* ¶ χρυσόπρασος) χρυσόπρασον *Al.* ¶ ἀμέθυσος) ἀμέθυσος *Er. And.*

21 ἀνὰ) ἵνα *Al.* καὶ *And. 1.* ¶ ὕαλος) ὕελος *Comp. Cov. Hunt. M. Sin. Vff. Areth.* ¶ (διαφανὴς) *Er. Steph.* edd.

22 κύριος ὁ) ~ *Areth. Æth.* ¶ ὁ θεὸς) ~ *Syr.* vel etiam *Arab.* ¶ (ὁ ναὸς) *Al.* Confer ὁ v. 23.

23 αὐτῇ) *Er. ed. 1. 2. 3. Al. Pet. 2* (an *Pet. 3.*) *Primaſ. Syr.* Lectio media. unde αὐτὴν *And. 2* ex ſeq. (ἐν αὐτῇ) *Comp. And. 1. Lat.* neſcio an *Steph.* cod. cum *M.* &, pro αὐτῇ ἡ γὰρ, αὐτὴ γὰρ ἡ *Cov. Hunt. Pet. 3* (an Pet. 2.) *Seid. Sin. Vff.* ¶ αὐτὴν) αὐτῇ *Er. ed. 1. 2. 3* ex anteced.

24 περιπατήσασι τὰ ἔθνη διὰ τῆς φωτὸς αὐτῆς *Comp. Al. And.* in textu, *Cov. Hunt. M. Pet. 2. 3. Seid. Sin. Steph. ie. Vff. Areth. Æth. Arab. Armen. Copt. Lat. Primaſ. Anſb. Haymo, Rupertus, Syr.* in cod. mſ. Scalig. & edit. Gutb. (τὰ ἔθνη τῶν σωζομένων ἐν τῷ φωτὶ αὐτῆς περιπατήσασιν) *Er.* & inde *Syr.* ed. in polyglottis; & *Purvaei* textus, ſubinde quippe ad Eraſmi verſionem refictus. Exegeſis *Andreae* (qualem habet etiam Alfonſus Conradus,) arrepta pro textu interjecto: cujuſmodi errorem notavimus modo ad v. 13. Sæpe adhibet Andreas vocabulum τῶν σωζομένων· & hoc loco potuit reſpicere illud Ieſa. XLV. 20. οἱ σωζόμενοι ἀπὸ τῶν ἐθνῶν. τῶν σωζομένων adjecit *Eraſmus*, & innumeri editores, cum videlicet ſine ulteriore examine ſecuti. *Eraſmus* ſi hodie viveret, *Andreae* commentarium, quem pro textu arripuit, protinus, opinor, expungeret. Idem, & alii, qui primo recenſuere N. T. Græcum, ſi copias his duobus ſeculis collectas, cum ea paucitate, qua ipſi conflictabantur quondam, compararent, veritati lubentes cederent, & cupidiſſimum quemque lectionis ab ipſis tam ægre interdum conſtitutæ defenſorem ad ſeſe in meliora vel ſequendos vel ducendos hortarentur. ¶ φέρεσι) φέρεσιν αὐτῷ *Hunt. Pet. 2. Sin. Steph. ie. Vff.* Arripuit phantaſia librariorum ex rubrica notiſſima Marc. VIII. 22. ¶ – καὶ τὴν τιμὴν) *Er. ed. 1. 2. 3. Ald. Colin. ed. Al. And. M. Ticonius*, & magis aperte *Ambr.* de obitu Theodoſii, *Primaſius.* (καὶ τὴν τιμὴν) plerique ex v. 26. Hoc enim poſt *ſuam* inſerit *Lat.* & pro φέρεσι, οἴσεσι præfert *Andreae* commentarius; & pro αὐτῶν, τῶν ἐθνῶν *Comp. Hunt. Pet. 2. Seid. Sin. Vff.* repræſentant: & poſt αὐτῶν, καὶ τὴν τιμὴν τῶν ἐθνῶν addit *Syrus.* Omnia ex v. 26.

25 οἱ) – *Er.*

26 καὶ οἴσεσι uſque αὐτὴν) – *Er. ed. 1. 2. 3.* ¶ αὐτὴν) ἵνα εἰσέλθωσιν addunt *Hunt. Pet. 2. Seid. Sin. Vff. Areth.* Gloſſa, fortaſſe ex margine verſus præcedentis.

27 init. καὶ) – *Lat.* hodie. Inerat & in *nec*, cujus particulæ nota, *n* cum ꝯ impoſito, (quæ exſtat in mſſ.) in *non* abiit. ¶ εἰσέλθῃ) εἰσέλθοι *And. 1.* ¶ κοινὸν) *Comp. Al.* (ut videtur,) *And.* (etiam in comm.) *Seid. Vff.* & quinque alii, *Areth. Lat. Iren. Ticon. Primaſ.* (κοινὲν) *Er.* neſcio an *Hunt. Pet. 3.* Rhythmus ποιεῖν. ¶ ποιῶν) *Al.* nec non *Lat. Syr.* ὁ ποιῶν *Cov. Seid. Sin. Vff.* Vt lector de participio maſculino admoneretur. (ποιεῖν) *edd.* &c. Ob neutrum in proximo: vel ex allit. ad ποιεῖν c. XXII. 2. ¶ εἰ μὴ οἱ) οἱ μὴ *Pet. 3.* ¶ τῷ ἀρνίῳ) – *Iren.*

CAP. XXII.

1 – καθαρὸν ante ποταμὸν) *Al. Hunt. Seid. Sin. Vff.* & tres *Gallici* apud *Richardum Bentleium* (qui hoc caput XXII Ap. tanquam Specimen recenſionis N. T. cum

cum criticis notis pridem edidit; unde nos curatiore Speciminis editione. quæ anno MDCCXX cum defenſione exiit, adhibita, ſuffragiorum ſupplementa huc tranſtulimus:) item *Æth. Arabs* Erpenii, *Copt. Lat. Hilarius*, Auctor libri XI ad Theoph. inter opera *Athanaſii*, *Syr.* (καθαρον) *Er.* neſcio an *Pet.* & *Steph.* bini, cum *Cov. M.* Gloſſa (ex Andrea fortaſſe,) ad λαμπρὸν, quam idcirco poſt ποταμὸν habent *Comp. And.* in textu, (cui etiam καὶ poſt ζωῆς inſerit cod. Palatinus,) *Arethas:* ante λαμπρον, cod. alius. ποταμὸν) καθαρὸν qui addunt, propter ſummam propinquitatem pro unico teſte ſunt habendi: & tamen diverſis periochæ locis, claro gloſſæ argumento, hoc adjectivum intulerunt. In mentione veſtitus, καθαρὸν λαμπρον junctim dicit Apocalypſis non ſemel: ceteris in locis, vel καθαρὸν ſeorſum vel ſeorſum λαμπρὸν, uti hoc loco pars teſtium longe ponderoſiſſima. ¶ κρύσαλλον) κρύσαλον *And. 1. Vff.*

2 (ἐν μέσῳ τῆς πλατείας αὐτῆς) Hoc præcedentibus jungunt *And.*, *Ticon. Primaſ. Apring. Caſſiod.* aliique Latini. ¶ καὶ ἐντεῦθεν) *edd. And.* neſcio an *Pet. 2.* cum *Hunt. M.* Adjuvat *Pet. tertius*, qui omittit. nam facillime vocula poſt ſe ipſam omittitur. (καὶ ἐκεῖθεν) *Al. Cov. Seid. Sin. Steph. ie* & alii tres *Gallici*, *Vff. Areth.* & (coll. Ioh. XIX. 18) *Syr.* Ex alliteratione; vel ex opinione elegantiæ, Hebraiſmo præferendæ. ¶ ἑνα) *Er. And. 2.* neſcio an *Steph.* cod. cum *Al. Hunt. Sin.* Conſ. cap. XXI. 21. (~) *Comp. And. 1. Vff.* & quinque ceteri. Facile omiſſum inter μῆνα ἕκαστον. ¶ ἕκαστον ἀποδιδὸν) *Er.* ed. poſt. *Steph.* edd. &c. Lectio media. ἕκαστον ἀποδιδὰς *Comp.* Rhythmus καρτὲς. ἀποδιδὰς ἑκαστος *Hunt. M. Seid. Sin.* καὶ ἀποδιδὰς ἕκαστος *Vff.* ἕκαστον ἀποδιδόντα (omiſſo τὸν,) *Er. ed. 1. 2. 3. Lat.* mſ. Schelh. *Haymo.*

3 κατάθεμα) *Comp.* cum aliis *Antverpiae Genevaeque* excuſis editionibus: *Al. And.* (& quidem diſertiſſime in comm.) *Barb. 1. Vff.* & quinque alii, imo *plerique omnes*, *Areth.* (κατανάθεμα) *Er.* & qui *Eraſmum* in Apocalypſi penitus refert, *Stephanus*, & *Eraſmum* Stephanumque ſecuti ceteri editores. neſcio an *Pet. 2. 3.* cum *Hunt.* Etiam Matth. XXVI. 74, quem locum Cl. *Wolfius* huc conſert, καταθεματίζειν codices tantum non omnes habent. Vtroque loco librarius unus alterve properans ex tritiſſimo apud Græcos *anathematis* vocabulo (ne de *Eraſmo* ipſo tale quid cenſeamus,) præpoſitionem inſeruit. Auſcultemus *Andream* h. l. Τοῦτο ἐνταῦθα κατ' ἐπίτασιν εἰρῆσθαι νομίζομεν κατάθεμα· τῷ γὰρ ὄντι τὸ τοιοῦτον οὐκ ἀνατίθεται, ἀλλὰ κατατίθεται, τῷ διαβόλῳ ὑποτασσόμενον καὶ συγκαταδικαζόμενον. ¶ (ἐκεῖ) *Comp. And. Cov. Hunt. M. Pet. 2. Arab.* Ex v. 5. *in ea amplius* habet *Haymo.* ¶ ὁ θρόνος — ἔσται) *edd.* &c. *thronus — erit* legit *Primaſius*, momentumque ſingularis numeri agnoſcit: & ſic *Ticonii* editio auctior, nec non *Apring.* comm. *ſedes — erunt* habet *Lat.* hodie. ¶ αὐτῷ) τῷ θεῷ *Cov. Æth.* ¶ λατρεύσουσιν) λατρεύσωσιν *Pet. 3. Sin.*

5 (~ ἐκεῖ) *Hunt. Seid. Sin.* ac Bentlejo *plerique.* Ex compenſatione, coll. v. 3. (ἔτι) *Al. Lat. Syr.* Ex v. 3. ¶ χρείαν οὐκ ἔχουσι) *edd. And.* in ed. Sylburg. & in cod. Auguſtano, vel etiam *M.* Ex codd. *Pet.* & *Steph.* nil notatur. (ὐ χρεια) *Cov. Hunt. Seid. Sin. Vff. Primaſ.* vel etiam *And.* in comm. Lectio media. οὐχ ἑξου-

σιν χρείαν *Al. And.* apud Bentlejum, *Lat. Syr.* ἃ χρείαν ἔχωσι *And.* apud Mill. ¶ (φωτὸς λύχνε) *Al. And.* in cod. Aug. & apud Bentlejum, *Gregorius Palamas, Æth. Arab. Lat. Syr.* φωτὸς *Copt.* E proximo. ¶ καὶ φωτὸς) καὶ φῶς *Al. Pet. 2. 3.* ἐδὲ *Syr.* in polyglottis. ¶ (— ἡλιε) *Cov. Hunt. Seid. Vff. Arab.* ¶ Κύριος) — *Æth.* ¶ φωτίσει) *Al. Pet. 3. Gregorius Palamas, Lat.* multi, etiam *Primaſius.* Lectio media. unde φωτιεῖ *Comp. And. Cov. M. Seid. Sin. Steph.* ɪɛ. *Vff.* (φωτιζει) *Er.* neſcio an *Pet. 2.* cum *Hunt. Lat.* hodie, *Syr.* ¶ ἐπ') *Al. Gregorius Palamas, Iren. Ambroſ. Primaſ.* Antiquitas teſtium ἐπὶ particulam defendit. (—) *edd. And.* &c. ¶ τὲς αἰῶνας τῶν αἰώνων) τὸν αἰῶνα τὲ αἰῶνος *Pet. 3.* conf. *Æth.* αἰῶνας αἰώνων *And.* in comm.

6 εἶπε) λέγει *Comp. Cov. Hunt. M. Vff.* Ex allit. ad λόγοι ſubſequens, vel ex v. 9. 10. ¶ Κύριος) ὁ Κυριος *Al. Bentleius.* ¶ πνευμάτων τῶν) *Comp. Al. Vff.* & ſeptem ceteri, imo *fere omnes, Areth. Æth. Arab. Copt. Lat. Syr.* vel etiam *And.* in comm. Refert enim huc locum Hebr. I. 14. (ἁγίων) *Er. And.* in textu, *Pet. 3.*

7 init. — καὶ) *edd. And. 2.* neſcio an *Pet. 2. 3.* cum *M.* neſcio an *Primaſ. Haymo.* (καὶ) *Al. And. 1. Barb. 1. Seid. Vff.* & alii quatuor, imo *plerique omnes, Areth. Æth. Arab. Lat. Syr.* Ex v. 6. 8. vel ex cap. I. 1, ubi eadem verba præcedunt. ¶ τῆς προφητείας) — *Lat.* apud Io. Harlemium: neſcio an *Caſſiodorus.* ¶ τῇ βιβλίῳ τύτῳ) ταύτης *Syr.* in polyglottis.

8 init. καὶ) — *Lat.* aliqui. ¶ καὶ ἐγὼ) *Er. And. 1.* &c. κἀγὼ *Comp. Al. And. 2. Hunt. M. Sin. Vff. Dionyſius Al.* ¶ ἀκέων καὶ βλεπων ταῦτα) *Comp. Al. And. 2. Pet. 2. 3. Vff.* cod. *plures, Syr.* βλέπων ταῦτα καὶ ἀκέων *Er. Steph. edd.* βλεπων καὶ ἀκεων ταῦτα *And. 1. Dionyſius Al.* bis. Variant inter ſe *Latini.* ¶ ἔβλεψα) ἴδον *Vff.* & ſic, vel εἶδον, *Cov. Hunt. Sin.* ἔβλεπον *Al. Bentleius.* ¶ ἔπεσα) ἔπεσον *And. Vff.* & alii. ¶ (πρὸ) *Al. Bentleius.* Ex allit. ad προσκυνῆσαι. ¶ δεικνύοντος) δεικνύντος *Comp. Hunt. M. Vff. Areth.*

9 — γὰρ ante εἰμὶ) *Comp. Al. And. Seid. Vff.* & ſex, imo *omnes* ceteri, *Athanaſius, Areth. Æth. Copt. Lat.* in mſſ. *Cyprianus* & alii, *Syr.* γαρ *Er. Synopſis* Script. ſacræ, *Lat.* hodie: neſcio an *Steph.* cod. Sed pulcre animadvertit *Wolfius, omnem hanc angeli orationem conciſam eſſe & ellipticam, qualis eſſe conſuevit illorum, qui aliquid graviter averſantur.* Simillimum exemplum γὰρ omiſſi exſtat Act. XIV. 15. ¶ των medium) — *Er.* ¶ καὶ tertium) — *Comp. And. 2. M. Pet. 2. 3. Primaſ.*

10 καὶ λέγει μοι) — *M.* ¶ λέγει μοι) — *Æth.* ¶ ὅτι ὁ καιρὸς) *edd. And. 2.* neſcio an *Steph.* cod. cum *M. Pet. 3. Cyprianus, Primaſ.* ὁ καιρὸς γὰρ *Al. Cov. Hunt. Pet. 2. Seid. Sin.* & *plures* apud Bentlejum, *Æth. Copt. Lat. Syr.* ὁ γὰρ καιρὸς *And. 1.* Ex cap. I. 3. (ὁ καιρὸς) *Graeci caeteri* apud Bentlejum: & ſic *Vff.* Lectio media. Idem aſyndeton, iiſdem modis obliteratum, c. XVI. 6. Conf. Var. 1 Cor. VII. 29.

11 καὶ ὁ ρυπ. ῥυπ. ἔτι) — *Al.* & duo *Gallici.* ¶ ῥυπαρὸς ῥυπαρευθήτω) *Comp. And. Cov. Hunt. M. Pet. 3. Seid. Sin. Vff.* & *ceteri fere omnes, Areth.* ῥυπαρὸς ρυπαρ-

παυθήτω *Orig.* ad Ioh. bis. Idem ibidem aliud membrum addit, ὡς ὁ ἰωάννης φησὶ, καὶ ὁ καθαρὸς καθαριθήτω ἔτι (mſ. Oxon. καθαρθήτω) καὶ ὁ ἅγιος ἁγιασθήτω. ῥυπῶν ῥυτωσατω *Er.* de quo mox. De *Pet.* 2. & *Steph.* cod. ſilentium eſt. ¶ (— καὶ ὁ δίκαιος uſque ἁγιασθήτω ἔτι) *And.* 1. Recurrentibus iiſdem ſyllabis & voculis. Cum *And.* 1 multum congruit cod. *Carpinoneus* : (coll. Var. Ap. XXI. 24.) unde colligere fas eſt, non ſolum his duobus inciſis, ſed etiam illo, καὶ ὁ ῥυτ. κτλ. eum codicem caruiſſe, & hiatus ab *Eraſmo* ex *Lat.* eſſe ſuppletos. ita hoc loco a Græcis diſcrepat. Conſ. Var. v. 16 ſeqq. Neque ῥυπόω, ſed ῥυπάω, Græci ut neutrum ponunt. Vid. *Gnom.* ἡ δικαιοσυνην το ῥυπάτω) *Comp. Al.* (in appendice Millii, *And. Cov. Hunt. M. Pet.* 2. 3. *Seid. Sin. Steph.* ii. *Vff.* & *ceteri omnes*, *Areth. Arab. Lat.* (in mſ. S. Andreæ, in Reutling. in Schelh. in novem Hentenianis, & apud Io. Harlemium,) *Cyprian.* non ſemel, *Ticon.* homil. VII bis, *Primaſ.* (qui tres, quum, pro ἁγιασθητω, *ſanctiora* ſcil. *faciat*, ſubjungunt, conſtructionem accommodant ad hoc, *juſtiora faciat:*) ſed plane, *juſtitiam faciat*, habet *Anſbertus*, *Rupertus* cum mſſ. *Latinis*. Adde *Anſelmum*, & *Syrum*. De *Copt.* amplius conſiderandum. (δικαιοθητω) *Er.* & inde al. edd. Namque *juſtificetur* habet *Lat.* hodie, ex rhythmo *ſanctificetur*. uti 1 Ioh. III. 10 pro Græcis, ὁ μη ποιῶν δικαιοσύνην, *Lat.* habet, *qui non eſt juſtus:* ex allit. ad ſeq. *non eſt ex Deo.* Euſ. l. 5. H. E. c. 1. Hujus lectionis ſtudio Eraſmus etiam apud Cyprianum de Patientia edidit, *juſtus autem adhuc juſtior fiat: ſimiliter & qui ſanctus eſt, ſanctior.* ubi Pamelius reſtituit, *juſtus autem adhuc juſtiora faciat; ſimiliter & qui ſanctus eſt, ſanctiora.*

12 init. — κῶ) *Comp. Al. And.* 1. *Seid. Vff.* & ſex, imo *plerique omnes* ceteri, *Areth. Arab. Copt. Lat. Cyprian. Syr.* (κῳ) *Er.* neſcio an *And.* 2. *Pet.* 3. E proximo. ¶ κατα το ἐργον αὐτοῦ ἔσται) *ſecundum opera ſua* habet *Lat. Cyprian.* ¶ (ἐστὶν αὐτῷ) *Al. Gallicus unus*, *Syr.* ἔσται αὐτῷ *Comp. Hunt. Vff.* Ex v. 14.

13 ἐγὼ) *Comp. Al. And. Cov. Hunt. Pet.* 2. 3. *cod. fere omnes*, *Athanaſius*, *Areth. Valla*, *Lat.* in cod. S. Germ. veterrimo, & in Schelh. manu prima, *Cyprianus* in mſſ. *Primaſius.* unde ἐγὼ δὲ *Seid. Vff.* ἐγω εἰμι *Er.* neſcio an *Sin. Steph.* cod. cum *M. Origenes* bis, *Lat.* plerique. ¶ ἀλφα) *Comp. Al. Cov. Hunt. Seid. Sin. Lat.* in mſſ. *Primaſ.* & alii, *Syr. a Er. And.* & alii, *Athanaſius*, *Valla.* ¶ πρῶτος καὶ ἔσχατος, ἡ ἀρχὴ καὶ το τελος) *Al. Cov. Hunt. Sin. Gallici duo*, *Æth. Arab. Lat. Cyprianus*, *Primaſius*, *Caſſiod.* in Pſ. non ſemel. ὁ πρῶτος καὶ ὁ ἔσχατος, ἡ ἀρχὴ καὶ το τέλος *Seid. Vff. Athanaſius*, *Syr.* (ἡ ἀρχη καὶ τὸ τέλος) *Copt. Lat.* in mſ. Britannico, apud Artemon. in Addendis & in Præf. pag. XXVIII. *Hieron.* l. 1 c. Iovin. f. 13. (mſi ſpectavit locum Ap. XXI. 6.) *Purvaeus*, *Dionyſius Carthuſ.* Viciſſim deeſt hoc ipſum in *Ambr.* Ep. 1. (ἀρχη καὶ τελος, ὁ πρῶτος καὶ ὁ ἔσχατος) *edd.* (quanquam alterum omittit *Er.*) *And. Areth. Armen. Hieron.* in Mich. IV. neſcio an *Pet.* & *Steph.* bini, cum *M. codices quidam* apud Bentlejum, excuſos fortaſſe innuentem. ἡ αρχὴ καὶ το τελος *Origenes* bis; ſed ordine, ut Andreas, inquit Bentlejus. In textu *And.* ſuperadditur, ἔτε προ εμοῦ ἔτε μετ' ἐμὲ θεός ἐστιν· ex leſa. commentarius autem in cod. Auguſtano ſic habet, ἔτε γάρ μου τῆς ἀρχῆς ἔστι τί πρεσβύτερον, ἔτε τῆς θείκης βασιλείας καὶ ἐξουσίας ἔσαι τέλος. πολλακις

δὲ ὡς καὶ ἀνωτέρω εἴρηται, ΠΡΩΤΟΣ ὁ χριστὸς, διὰ τὴν θεότητα· ΕΣΧΑΤΟΣ δὲ, διὰ τὴν ἀνθρωπότητα. Totum verſum *Artemonius* in libro de Initio evang. Ioh. Part. I. cap. XLIV. ad Deum Patrem transferre, & inciſum ſecundum, *primus & ultimus*, quaſi proprium Chriſti, & Patre indignum, diſpungere conatur. Non habet id inciſum *Coptica* editio *Wilkinſii*, quam *Artemonii* Addenda citant: ſed ipſum interpretem & Græcum interpretis codicem eo inciſo caruiſſe, inde colligi nequit. Non habent *Latini* quidam recentiores, ſaltu videlicet in Latina verſione a *primus* ad *principium* ita lubrica, ut mirum ſit, non plures hiatum prius admiſiſſe. Aperte hoc loco Dominus Ieſus loquitur. Vid. *Gnom.*

14 ποιοῦντες τὰς ἐντολὰς αὐτοῦ) *edd. And.* mſſ. *plerique omnes*, *Valla*, *Arab. Copt. Tertull. Cyprian.* nec non *Ticonius*, *Syr.* & ſic ἐμοῦ pro αὐτοῦ poſito, *And. 2* in textu, *Areth.* (πλύνοντες τὰς στολὰς αὐτῶν) *Al. Cov. Athanaſius*, *Æth. Lat. Caſſiod.* Ex cap. VII. 14. Nil a Vallæ & Eraſmi notis diverſum huc confert Zegerus. Hanc lectionem & Specimen Bentleji & editio N. T. Lond. διγλωττος in textum admiſit. Vtramque lectionem tangit *Primaſius*, & inde *Haymo*. *Latini* recentiores addunt ad alteram, *in ſanguine Agni*. ¶ τὴν) τὴν ἁγίαν *Æth. Tertull. Primaſ. Rupertus.*

15 ~ δὲ poſt ἔξω) *Comp. Al. And. Seid. Vff.* & ſex, ac *ceteri fere omnes*, *Hippolytus*, *Athanaſius*, *Areth. Lat. Cyprian. Syr.* δὲ *Er. Lyran.* & al. neſcio an *Sin.* ¶ οἱ ante πόρνοι) ~ *Er. And. 1* manu prima, *Hippol.* ¶ ~ ὁ) *Comp. Al. M. Vff.* cod. *alii*, *multi*; *Hippol. Athanaſius.* ὁ *Er. Steph. edd. And.* ¶ (ποιῶν καὶ φιλῶν) *Pet. 2. codd. quidam* apud Bentlejum, *Hippol. Athanaſius*, *Areth.*

16 ~ ἐπὶ) *Er. ed. 1. 2. 3. And. 2. Pet. 2. 3. cod. multi* apud Bentlejum, *Areth.* vel etiam *Syr.* qui *coram* adhibet. Lectio brevior, media, genuina. unde ἐν *Al. And. 1. Gallici duo*, *Athanaſius*: neſcio an *Lat.* cujus lingua *in* præpoſitionem poſtulavit. *Primaſius* tamen alio loco *in* habet, ſuo loco non habet. (ἐπὶ) *Comp.* &c. Vtramvis particulam, ἐν vel ἐπὶ, ſi initio ſcripta fuiſſet, librarii non tam facile aut commutaſſent aut omiſiſſent. Vid. *Gnom.* ¶ ἡ) ~ *Er. ed. 1. 2. 3. 4.* ¶ ἡ ῥίζα καὶ τὸ γένος) *genus & radix* habent *Lat.* aliqui. ¶ ~ τῦ ante δαυὶδ) *Al. And.* in textu, *M. Vff. cod. multi*, *Athanaſius*, *Arethas.* τῦ *edd. And.* in comm. ¶ ὁ ἀστὴρ) καὶ ὁ ἀστὴρ *And.* (textu & commentario per librarios confuſo,) *Cov. Angl.* ὡς ὁ ἀστὴρ *Syr.* ¶ ὁ ante λαμπρὸς) ~ *Er. ed. 1. 2. 3.* ¶ ὁ πρωϊνὸς) *Comp. And. Seid. Vff.* & ſex alii apud Millium, ceterique apud Bentlejum, *Athanaſius*, *Areth. Æth. Arab. Ticon.* apud Millium, *Vigilius* nomine Idacii, *Primaſ. Angl. Syr.* καὶ ὁ πρωϊνὸς *Al.* apud Bentlejum. Non male per *o.* & inſerit etiam *Lat.* (καὶ ὀρθρινὸς) *Er.* neſcio an *Pet. 3.* Multa ab hoc loco Eraſmus ex Latinis ſarſiſſe videtur.

17 τὸ πνεῦμα) *ſponſus* habet *Lat.* in cod. minus correctis, *Ticonius* auctior. ¶ λέγουσιν) *edd. mſſ. Arm. Copt.* &c. (λέγουσα) *Athanaſius*, *Lat.* aliqui, nec non *Æth. And. 1* in comm. Ait enim, *Sponſa ſive eccleſia*, *& Spiritus*, *Chriſti παρουσίαν* ΕΠΙΚΑΛΕΙΤΑΙ. pro quo verbo alii ἐπικαλεῖνται ſcripſerunt. ¶ ἔρχου & ἔρχου & ἐρχέσθω) *Comp. Al. And. Seid. Steph. ie. Vff.* & ſex alii apud Millium, *ceteri omnes* apud Bentlejum, *Athanaſius*, *Arethas.* ἐλθὲ & ἐλθὲ & ἐλθέτω *Er.* ¶ καὶ tertium) ~ *Lat.* aliqui. ¶ ~ καὶ ante ὁ θέλων) *Comp. Al. And. Seid. Steph. ie. Vff.* & quinque alii apud Millium, *fere omnes* apud Bentlejum, *Athanaſius*, *Æth. Lat.*

Lat. in mſſ. *Primaſ. Haymo.* καὶ *Er.* neſcio an *Sin.* cum *Syr.* ¶ λαβέτω) *Comp. Al. And. Seid. Vſſ.* & quinque apud Millium, & *fere omnes* apud Bentlejum, *Athanaſius, Arethas.* λαμβανέτω τὸ *Er.* neſcio an *Steph.* cod. cum *Tet. 3.*

18 μαρτυρῶ ἐγὼ) *Comp. Al. And. Cov. Hunt. Seid. Steph. ie. Vſſ.* & *alii plerique, Æth. Lat.* in mſ. Reutling. & Schelh. *Ticonius* auctior, *Primaſ. Auſb. Mog. Zegerus, Syr.* unde μαρτύρομαι ἐγὼ *Tet. 2.* apud Millium, *pauci* apud Bentlejum, *Arethas* Ex Gal. V. 3. *Conteſtor enim* habent *Latini* recentiores: ex quibus συμμαρτυρῶμαι γὰρ *Eraſmus*, quum mutilo Græco uteretur codice, finxit. Severiſſima eſt verſu 18 & 19 teſtificatio, graviſſima admonitio, ad omnes Apocalypſeos *auditores.* Qui *appoſuerit*, ſuper eum *imponentur* plagæ: qui *ademerit*, ei *adimentur* bona. Talio. Gravius eſt, ut ex adjectis comminationibus patet, addere, quam demere, ſecus ac plerique *critici*, ſe exiſtimare, re ipſa demonſtrant, timidiores in delendis *gloſſematis*, quam in admittendis. Mutare eſt ſimul & apponere & adimere. Peccare in hanc partem poteſt primum *auditor* quilibet, quum pro apocalypticis venditat, quæ talia non ſunt, vel ea, quæ vere apocalyptica ſunt, ſupprimit. Peccat *tractator* imperitus, cæcus & temerarius, maxime ſi ſe ſingulari quodam dono & munere prophetico inſtructum perhibet. Peccat vehementer *metaphraſtes* infidelis, ac *librarius*, textum perperam deſcribens. nam indelibato textu, præſertim in fonte, tractatoris & auditoris peccatum corrigi poteſt: corrupto textu, multo majus detrimentum eſt. Omnibus tamen hiſce modis, plus minuſve peccari poteſt, impedimento fidelibus allato, quo minus diſcant audire Domini *Venio*, & reſpondere *Veni*, adeoque veritatem fructumque libri totius ſingularumve partium & particularum percipere, & gloriam I. C. agnoſcere. v. 17. 20. Neque levis eorum culpa eſt, qui myſteria perverſe, ſiniſtre, intempeſtive proferunt, invidiamque & ſuſpicionem regno Dei apud mundum ejuſque proceres pariunt. Non damnatur hic conatus modeſtus, cum voluntate proficiendi conjunctus, veritati aliunde exorienti viam non obſtruens: damnatur profana audacia, ex ſenſu carnali proveniens. Maximeque *Cerinthum*, qui poſtea in hanc cenſuram incurrit, Iohannes præmonuit. Convenit hæc clauſula in omnes Scripturæ ſacræ libros, coll. Deut. IV. 2. Prov. XXX. 6, ſed maxime in Apocalypſin, prophetiæ apicem, cui ſingulare imminebat periculum, & cujus ſubtilem admirabilemque nexum vel unius voculæ mutatio turbare vel obſcurare poterat. Magni momenti ſunt ſingulæ partes hujus libri, tam gravi interdicto muniti. Non ſemper omnes religioſe in hac parte egiſſe, ſingularis in Apocalypſi varietatum multitudo clamat. Gratia Deo, qui veſtigia nobis indagineſque ſinceræ lectionis per tot ſeculorum diſcrimina ſervavit! Verſu 18 & 19 plane in pauſa eſt *Tet. 3.* ac varietates hujus loci plenius notare neceſſum duximus: unde appareret, vix ullam Scripturæ partem negligentius a quibuſdam eſſe habitam, quam Apocalypſin, atque hoc ipſum, de non mutando, interdictum. ¶ τῷ prius) *Al. And. 1. Cov. Hunt. Tet. 2. Vſſ.* ac *plures* apud Bentlejum, *Arethas.* (~) *edd. And. 2.* ¶ τις) ~ *Er.* ¶ τις προφητειας) ~ *Æth. Arab.* ¶ τὸ) ~ *Er.* ¶ τῷ βιβλίῳ) ~ *Vſſ.* ¶ ἐὰν) εἰ *Er.* ἐὰν εἰ *Er.* poſtea. ¶ ἐπιθῇ ἐπ' αὐτα) *Comp.* (cui nullum mſ. addit margo Steph.) *Al. And. 2. Vſſ.* & ſex alii apud Millium, *plerique omnes* apud Bentlejum, *Areth.* ἐπιθησει ἐπ' αὐτῷ *And. 1.* ex ſeq. ἐπιτιθῇ προς ταῦτα *Er.* ¶ ἐπ' αὐτα) ~ *Ticon.* ¶ (ἐπιθησαι)

Comp.

Comp. Hunt. M. Seid. Sin. Vff. ἐπιθῇ *And. 2.* & ſic *apponat* eſt in mſ. Pict. & Reutling. & Schelh. manu prima. Sed indicativum plane defendit verbum μαρτυρῶ. ¶ ο θεὸς ἐπ' αὐτον) ἐπ' αὐτὸν ὁ θεὸς *Comp. And. 2. Lat.* aliqui. αὐτῷ ὁ θεὸς *And. 1.* ¶ ἐπ' αὐτὸν) ~ *Al.* Vnde Bentlejus has voculas in prima Speciminis ſui editione omiſit, ſed poſtea reſtituit. ἐπ' αὐτῷ *Pet. 2* manu recente. ¶ (ἑπτα) *Comp. And. M. Pet. 2. Areth.* Ex cap. XV. 1. XXI. 9. ¶ τῷ alterum) *Comp. Al. And. M. Vff. cod. plurimi*, teſte Millio & Bentlejo. ~ *Er. Steph.* edd.

19 init. καὶ) ~ *And.*, certe in mſ. Aug. ¶ ἐὰν) εἰ *Er.* ἐὰν εἰ *Er.* poſtea. Hæc periocha, de non demendo, deſiderabatur in cod. Capnioneo. itaque ex Latino Eraſmus in Græcum idioma tranſtulit, vide Mill. Proleg. f. 112. Sed ex Græcis codicibus par fuerat poſtea reſtitui genuina Græca. ¶ ἀφέλῃ) *Comp. Al. And. Steph. ie. Vff.* & ſex apud Millium, *plerique* apud Bentlejum, *Areth.* ἀφαιρῇ *Er.* ¶ τῆ βιβλίᾳ τῆς προφητείας) τῆς προφητείας τᾳ βιβλίᾳ *And. 1. Lat.* mſ. Berolin. *Dionyſius* Carth. Ex v. 18. ¶ τῆ βιβλίᾳ) *Comp. Al. And. Cov. M. Pet. 2. Seid. Sin. Vff. cod. fere omnes, Areth.* βιβλᾳ *Er.* In pauſa eſt *Hunt. Steph.* cod. ¶ τῆς προφητείας) ~ *Æth.* ¶ ἀφελεῖ) *Er. ed. 2. Al. And. 1. Cov. Pet. 2. cod. plures* apud Bentlejum, *Areth.* Lectio media. unde ἀφέλει *Comp. And. 2. M. Seid. Sin.* ἀφ-λαι *Hunt. Vff.* Ex pronitate Græcorum quorundam ad imprecandum. conf. LXX Deut. XXVIII. 20 ſeqq. & Var. Rom. XVI. 20. 1 Pet. V. 10. *auferet* habet *Lat. auferat* mſ. Reutling. & Schelh. manu prima, ἀφαιρήσει *Er. Steph.* edd. ¶ τῆ ξύλᾳ) *Comp. Al. And. 1. Cov. Hunt. M. Pet. 2. Seid. Sin. Steph. ie. Vff. codd. fere omnes* apud Bentlejum, *Areth. Æth. Copt.* (La Crozii fide) *Lat.* in cod. *Argentin.* Ercambaldi, *Berolinenſi*, aliiſque, & in margine edd. veterum, *Ticonius* auctior, *Rupertus* aliique Latini, *Syr.* (βίβλᾳ) *Er. Arab. Armen. Lat. Copt.* Wilkinſii, multi, *Ambroſ.* de Parad. c. 12. τῆ βιβλίᾳ *And. 2.* Quanquam de libro vitæ non *pars* cujuſpiam *demi*, ſed *nomen deleri* dicitur; (unde etiam pro ἀφελεῖ, *delebit* habet *Ambroſius* l. c. & pro μέρος, ὄνομα eſt in *Arab.*) tamen mirum eſt, non plures ſic aberraſſe. nam & *libri* vocabulum in contextu ita frequens eſt, ut valde proclivis fuerit alliteratio: & *libri vitae* locutio obvia: & Latine in *ligno* & *libro* ſimillima eſt pictura, præſertim ubi hoc per compendium ſcribitur, quo hîc utuntur mſſ. Colon. & Pict. ¶ τῆς ante ζωῆς) ~ *Er.* ed. priores. ¶ ~ ἐκ) *Er.* ed. priores, *Al. M. Dionyſius* Carth. (ἐκ plerique. ¶ τῆς πόλεως τῆς) πόλεως vel τῆς πόλεως *Er.* ¶ ~ καὶ ante τῶν) *Comp. Al. And. Cov. Hunt. M. Pet. 2. Seid. codd. fere omnes* apud Bentlejum, *Areth. Æth. Armen. Copt. Primaſ. Syr.* (καὶ) *Er. Lat.* interpolat. *Vff.* manu, ut videtur, ſecunda, eaque titubante: neſcio an *Pet. 3. Sin. Steph.* cod. ¶ τῷ) *Comp. Al. And. Vff. codd. multi* apud Millium, *fere omnes* apud Bentlejum, *Arethas.* ~ *Er. Steph.* edd. ¶ τούτῳ) *Qui ergo habet oculos, videat: & qui habet aures, audiat* addit *Arab. Wolfius* mavult ἀπὸ ξύλου τῆς ζωῆς, καὶ τῆς πόλεως τῆς ἁγίας, καὶ τῶν γεγραμμένων κτλ. Primum recte probat (pro βίβλᾳ) ξύλου· etiam a *libro vitae* remotior eſt *civitas ſancta*, quam a *ligno vitae*, cui ea jungitur etiam verſu 14. Deinde ἐκ præpoſitionem expunxi, *Alexandrini* præcipue codicis auctoritate: quanquam *Eraſmus* quoque eam in Græco textu ed. 1. 2. 3. neſcio quid ſecutus, prætermiſit. Poſtea idem ad *Complutenſem* Apocalypſin acceſſit. Qui ſi ἐκ conſtanter prætermiſiſſet, hodie particula, ut credere fas eſt,

ſine

sine dubitatione prætermitteretur. Librarii talibus in minutiis, ut eas reputabant, fere erant ἀδιάφοροι. itaque ἐκ vel animi causa suppleverunt. Tali in casu non tam numerus codicum promiscuus, (quanquam hîc codices pusilla particula ἐκ carere, & a collatoribus, ut ipse *Alexandrinus* in ed. Oxon. minori, negligi potuere,) quam antiqua sinceritas paucorum & ratio idonea curari debent. Sane quum illud, καὶ τῶν γεγραμμένων, ut *Wolfius* tertium legit incisum, præpositione caret, etiam secundum, cum primo longe arctius cohærens, ea percommode caret. Neque incommode subauditur ἀπό. Sic enim occurrit Matth. XIX. 1. Act. I. 4. Hebr. XI. 15: imo unice congruit antitheto hujus interdicti: ἐπ' αὐτὰ, ἐπ' αὐτόν· ἀπὸ τῶν, ἀπὸ τοῦ.

Postremo καὶ ante τῶν γεγραμμένων adeo paucis nititur codicibus, ut mirum sit, non plures librarios pro sua indole eam particulam inseruisse. Iohannes ipse, si καὶ scripsisset, subjecisset τῶν ἀγαθῶν τῶν γεγραμμένων aut tale quidpiam. nam pars eorum, *quae scripta sunt*, sunt *plagae*. v. 18. Tollit καὶ particulam Appositio, non improbata a Cl. *Wolfio*. Etenim ipsum *lignum vitae*, & ipsa *urbs sancta*, sunt primum & extremum, (cap. II. III. XXII.) imo etiam summa, *egregiarum illarum praerogativarum, quarum in hoc libro spes facta est fidelibus.*

20 ναὶ prius) ~ *Primas.* ¶ ἔρχομαι) ἔρχε *And.* 1. in textu, *Lat.* in ms. Pict. Ex seq. ¶ ταχύ· ἀμήν,) *Er. Steph.* edd. ταχύ· ἀμήν. alii. ¶ ~ ναὶ alterum) *Al. Pet.* 3. *cod. plur. And.* Bentlejo (voculam expungenti,) *Areth. Æth. Armen. Copt. Lat. Syr.* Habet *etiam*, *amen* omittit, *Primasius.* (ναί) *edd. And.* in cod. Germanicis, *Valla* &c. Ex anteced. καὶ *Beza.* In *Vff.* quasi de industria ambigue pictum est, ut κ & ν internosci nequeant. Editio Londinensis δίγλωττος per errorem ναὶ expungit ante ἔρχομαι. ¶ ἔρχε) *venio* habet *Mog.* vel etiam *Primas.* in comm. Ex anteced. ¶ ἰησοῦ) ἰησοῦ χριστὲ *And. Pet.* 2. *Seid. Areth. Primas.*

21 ~ ἡμῶν) *Comp. Al. And.* 1. *Cov. Vff. cod. plures* apud Bentlejum, *Areth. Æth. Arab. Lat.* in cod. Gall. vetusto. (ἡμων) *Er. And.* 2. *Armen. Copt.* &c. ¶ ~ χριστὲ) *Al. Arab. Lat.* in cod. Anglico: nescio an *Æth.* (χριστοῦ) *edd.* &c. *Armen. Copt. Syr.* ¶ ~ ὑμῶν) *Al. Æth. Lat.* in tribus cod. Gallicis. Lectio media, probata Bentlejo & editori δ.γλώττῳ. (ὑμῶν) *Er. Lat.* interpol. ἡμῶν *Hervagii* ed. *Mog.* τῶν ἁγίων *Comp. And. Cov. Hunt. M. Pet.* 2. 3. *Seid. Steph.* ɛ. *Vff. Areth. Armen. Copt. Syr.* Quiescit *Sin.* ¶ ~ ἀμὴν) *Al. And.* 1. *Lat.* in tribus cod. Gallicis. Omittunt iidem Britanni. (ἀμὴν) *edd. mss.* plerique, *Æth. Arm. Copt. Syr.* Ex usu ecclesiastico. ἀμὴν ἀμὴν *Syr.* in polyglottis. *Ultimam vocem* ἀμὴν, *quae in codicibus manu exaratis plerisque, & editis omnibus legitur*, omitti recusat Cl. *Wolfius*. Quam impigri fuerint librarii ad *Amen* particulam, usitatissimam quippe, in Doxologiis & Clausulis votivis inculcandam, patet ex plerisque omnibus N. T. libris, in extremo, & ex annot. Cl. *Wolfii* ad Ap. I. 18, ubi ἀμὴν inepte interposuere librarii fere omnes. Unus librarius eam omittens pluris est, quam decem, eam, ut libet, addentes. Ad ultimam usque lineam *Alexandrinus* excellentem suam simplicitatem obtinet. Disceptant eruditi, utrum hic, an *Vaticanus* præstantior sit codex, ut nupera V. C. *Io. Adami Osiandri* Prof. Tubing. Orationum Triga copiose docet. Primum quæcunque est vel vetustatis in utroque,

vel opinionum de utriuſvis ætate differentia, tanta ea non eſt, ut ſinceritatem mutet lectionis, in qua indoles cujuſque codicis eſt ſita. Deinde in V. T. potiorem eſſe *Alexandrinum*, evicit *Grabius*: idemque in N. T. certe utilior eſt, quod lectiones ejus accurate excuſſas novimus, & quod Apocalypſin aliaſque complures partes habet, quas amiſit *Vaticanus*. In aliis partibus N. T. quas uterque retinet, uter ſit potior, definiri non poteſt, quamdiu excerpta *Vaticani* aut pæne nulla, aut a lituris ipſius & ab aliorum codicum excerptis haud diſtincta habemus.

Redeo ad *Wolfium*, qui ſolerti reprehenſione ad complura loca, Apocalyptica pleraque, uberius declaranda anſam mihi dedit. Gratum id mihi eſt: utinam vero ſatis illi otii obtigiſſet ad monita generalia, quæ ſupra in *Fund. Criſ. Apoc.* præſertim § XVII, & toto illo loco, poſui, penitus cognoſcenda, & ad ſingula inde demum loca in Curis examinanda. Nam *ex iis, quae ad potiora loca monuit, intelligi* voluit, *quam feliciter Apocalypſeos* recognoſcendæ *negotium mihi ceſſerit*. Nunc quid diſcriminis inter utrumque noſtrum exſtiterit, pace omnium, qui merita ejus expendunt, *ſummatim* declarabo. Supra typographiam evolat *Criſis N. T.* & ad ultimam antiquitatem ſe recipit. Qui editionibus obviis & guſtu ſuo ad eas accommodato ducuntur, ingentem interpolationem in textu N. T. primis temporibus factam, reapſe, nec ſine periculo, ſtatuunt. nam pleraſque lectiones, quas ii defendunt, antiquiſſimi teſtes & ignorant, & aliis lectionibus revincunt. Non tam cito ſub manum apoſtolorum temerata eorum ſcripta ſunt: ſumma textûs, quam *Latinus* interpres & alii teſtes cum eo congruentes a Seculo illo II in hoc Seculum XVIII derivarunt, ſincera diu & a mutationibus fere omnibus, quæ nos exercent, intacta manſit: ſero ac paulatim perverſa quorundam ſedulitas ſiniſteritaſque turbas dedit. Nunc ſi quis talem textum v. gr. Apocalypticum, qualem plerique amant hodie, penitus deſcribat, lectionem plenam, planam, paralleliſmo tinctam, id eſt, interpolatam, & ex pauciſſimis recentiſſimiſque teſtibus fere ubique conflatam habebit, quæ, ad editiones collata, non multum abeat a textu per Henr. *Stephanum* & *Elzevirios* propagato. Mea recenſio, in margine quidem, majore item teſtium numero deſtituitur interdum; ſed hoc iis fit in locis, quæ a patribus minus ſæpe citabantur: nec tamen idoneis teſtibus caret, quorum *antiquitas*, cum rationibus exegeticis ipſi textui innatis, numerum compenſat. Talibus locis exceptis, (namque per exceptionem aliquantiſper tractanda ſunt,) textus meus perpetuo tenore ad monumenta longe plurima, a temporibus Iohannis in omnes ætates & regiones dilata, ſive Græcos codices, ſive verſiones, maxime, *Italam* illam, ſive patres, *Irenaeum*, *Hippolytum*, *Origenem*, *Athanaſium*, *Andream*, *Tertullianum*, *Cyprianum*, *Hieronymum*, *Primaſium* &c. ſpectes, accedit: nulli editioni, *Complutenſiam*, *Eraſmi*, *Bezae*, *Stephanorum*, *Elzeviriorum*, unice addicta, & tamen raro ad ſolos codd. mſſ. ſe recipere coacta. Brevior ea lectio plerumque eſt; & ubi multiplex varietas erat, in medio ambulat: ubique priſcum auſterumque, id eſt, nativum colorem obtinet. Hoc cujuſmodi eſſet, in *Supplementis* Curarum ſuarum, ut arbitror, diſpexit Wolfius, (ſi eo uſque progreſſus eſt,) & veritati liquidius indagatæ manus dedit. Æquitatis ille in me ſuæ ſemper memor fuit: omneſque, ut ſpero, intelligent, me quoque modeſtiæ leges accurate ſervaſſe.

APPA-

APPARATVS CRITICI

PARS TERTIA,

SIVE

EPILOGVS,

QVO

DVBIA GENERALIA SOLVUNTVR,

ET

SIMVL OPERIS HVIVS CONSTITVTIO VBERIVS

DESCRIBITVR,

RATIOQVE SCRVTINII CRITICI N. T. AD SVOS VSVS

REFERENDI, ET DEINCEPS CONSVMMANDI,

EXPLICATVR.

SVMMARIVM.

Exceptiones contra hoc opus commemoratae & refutatae. § 1.
Symperasma de Summa lectionis N. T. tuta ac sana: Objectio ultima soluta. § 2.

Plus tamen ultra nitendum. Cautio editoris, § 3. Consilium de Penore critico amplius limando & amplificando: & quomodo ii, quibus codicum mss. Gr. Lat. &c. potestas est, parvo labore multum prodesse possint. § 4.

Quomodo vestigia Sapientiae & Virtutis divinae sub lectionis varietate sint observanda. § 5. quomodo tractandae lectiones adhuc dubiae; § 6. & restitutae. § 7. quid denique sperandum. § 8.

§ I.

Quum adornandi Novi Testamenti Græci opinio, idea, specimen exirent, operam dedi, ut judicia hominum cognoscerem, & per ea erudirer: gratiamque habeo familiaribus, qui & suas & aliorum cogitationes, reprehensiones, admonitiones, mihi fideliter aperire non recusarunt. Erant, qui scholasticas criminarentur minutias, facile ferendi, si non ipsius verbi divini latet contemtus. Erant rursum, qui hoc inceptum serio probarent, cum bona spe & gustu profectuum in veritate, nec sine gratiarum actione erga Deum: quibus inserviisse, merces mihi est operæ quamlibet diutinæ lautissima. Plerique varie de crisi ipsa, ejusque necessitate, salubritate, firmitudine; varie de me & de instituto meo existimarunt: quorum justis desideriis ut quovis modo, quovis loco, quoad fieri posset, ipsum opus satisfaceret, diu elaboravi. Præsens igitur operis adspectus, & cum ceteris editionibus collatio, non paucas dubitationes lectoribus

ribus eximet, iis præſertim, qui præfationem hujus voluminis & P. I § I. XL. rite perpenderint. Multas vero remanſiſſe exceptiones, vel nunc demum exſtituras eſſe, arbitror: quas omnes & exputare jam & amoliri, meum ſentio non eſſe. Quarundam tamen copia eſt, quæ, vereor, ne magis etiam apud ignotos hæreant. Quare conſultum duxi, non eas exaggerare quidem triſtius & ambitioſius, ſed tamen comiter commemorare & candide reſolvere. Ego omnia in bonam partem accipio: accipiant, quæſo, etiam lectores. tum valde fructuoſa hæc erit diſceptatio: maximeque, ſi qui poſtea exſurgent adverſarii, anticipata hæc defenſio vel ipſis, vel aliis certe, ſine ſpecie acerbitatis ſatisfecerit. Præcipuas earum per Paria recenſebimus.

I PAR EXCEPTIONVM.

Apparatus nimis parcus eſt.
Apparatus nimis eſt prolixus.

RESPONSIO.

Deſiderium explere omnium, qui nimis parcum putant Apparatum, non unius voluminis hujuſce negotium fuerat. Criticis notis, opinor, admiſceri debuerant *exegeticae: argumenta* ſingulis capitibus præfigi: *tabulae Geographicae* pingi & ſculpi: *critica Millii* farrago tota recudi, ſupplementiſque quam copioſiſſimis & quam maxime *perſpicuis* augeri. *Exegeticis* quidem annotationibus plerique magis favent, quam recognitioni textus ipſius: quæ tametſi minus ſpecioſa, at certe magis neceſſaria, diffuſa & fructuoſa eſt, & paucioribus operariis apta. Hanc ergo prius expediendam ſtatuimus: deinde nos ad exegeſiu recepimus. *Separatim* vero eam emiſimus; idque multis de cauſis, & ex monito venerandi D. I. H. *Michaelis*, qui præclaras annotationes & ſeorſum edidit in Hagiographa, & quas aliis libris V. T. adjecit, ſeorſum editas candide optavit in Bibliorum Hebraicorum præfatione. Eadem exegeſis *argumenta* quoque dedit. diviſio librorum N. T. in capita, varia olim fuit: hæc, qua nos hodienum utimur, Græcis ignota erat, & in Latinis codicibus a Seculo XIII, deinde in editionibus Latinogræcis, poſtremo etiam in Græcis, Germanicis &c. invaluit. & quoniam a vera analyſi paſſim abludit, Summaria huic diviſioni ſuperſtructa, non poſſunt eſſe accurata. Rich. Simonius Gallicæ ſuæ verſioni, ex Latina factæ, argumenta non putavit addenda; cujus conſilii rationem ipſe in præfatione ſua expoſuit. Nobis potius Græcum textum continuum, nullis quamlibet ſpecioſis interpoſitionibus interpellatum præſtare, certum ratumque fuit. Solus ejus in editione noſtra adſpectus lectorem de ſerie & ſumma periocharum admonebit. *Tabulas Geographicas*, Palæſtinæ, Aſiæ, vel ſeorſum, vel in Bibliis vernaculis, vel in alia editione N. T. Græci, vel in ſcriptoribus Geographiæ veteris, ſacræ præſertim, vel in auctoribus claſſicis Latinis, nemo non habet. *Millianas* notas, fateor, multas prætermiſi: quæcunque videlicet nil momenti in re,

aut

nut nil ſpeciei a codicibus haberent : quas , ſi apud Millium evolveris , facile ex iis , quæ in Introductione diſſernimus, revinces. Etenim ad ſententiam nil diffèrt ἔμελλον , ἤμελλον· ἀνεῴχθη , ἠνεῴχθη· ἀποκατεςάθη, ἀπεκατεςάθη· ἕτως , ἕτω· ἐςὶν , ἐςί· ἐννεὸς , ἐνεός· κράβαττος , κράββατος· ἄῤῥαφος , ἄραφος· σαδδυκαῖοι , σαδδυκαῖοι· πυῤῥάζω , πυράζω· ὃς ἐὰν , ὃς ἄν· πέτρος , ὁ πέτρος· ἴδε , ἰδέ· εἶδον, ἴδον· τρυβλίον , τριβλίον· σιβὰς , σοιβάς· βαλάντιον , βαλλάντιον· ἔβαλλε , ἔβαλε· ἔπεσα , ἔπισον· δεδωκα , ἐδωκα· ἔγειραι , ἔγειρε· ἀνάπεσαι , ἀνάπεσε· ταῦτά ἐςι , ταῦτά εἰσι· αὐτῷ reciprocum , ἑαυτῷ· σεαυτὸν , ἑαυτὸν cum verbo ſecundæ perſonæ : δέρω cædo , δαίρω· κτένω , κτέννω , κτείνω· ἕνεκα , εἵνεκεν· λέγει , λέγει ὅτι· vel etiam κἀγὼ in numeris compoſitis & ſæpe alibi : ἀλλ', ἀλλά· κἀγὼ, κἀγώ· πᾶς, ἅπας· ὡσεὶ , ὡς· ἐ , ἐ μή· & poſt ἐ μὴ indicativus vel ſubjunctivus : orthographia vocum peregrinarum, & nominum propriorum , quum etymon aut ipſum non ſpectatur , aut per variam lectionem non obſcuratur : nomen , vel pronomen relativum : vocativus vel pro eo nominativus : verbum ſimplex & compoſitum eodem ſignificatu : ſynonyma mera , cetera ejuſmodi , plurima , quorum claſſes diligenter Whitbius tertio Examinis ſui libro digeſſit. Quibus deductis , quanta quæſo jam pars varietatum exempta eſt ? Ne in his quidem promiſcuum quidquam nobis eſſe deberet , ſi conſtaret , quid eſſet a manu apoſtolorum. nam hinc quoque appareret, quibus ii partibus ſermonem elegantiorem vel quotidianum , dialectum politiorem vel rudiorem tenuiſſent , atque ipſa divinorum idiotarum orthographia legentes oblectaret. ſed quum ii , qui deſcripſere codices , vel etiam varias lectiones excerpſere , hæc minima vix curarunt , ne nos quidem curare poſſumus. eſto. Quicquid in hujuſmodi differentiis ſuadebat auctoritas codicum potior , ſumſi : differentias ipſas aut attigi leviter , aut plane omiſi ; tantummodo ubi ſilebat Millius , eas quoque notavi , non ut illi adverſarer , ſed ut vel hinc conſtaret , nil gravius eſſe a Millio prætermiſſum. Magnum hoc compendium pleriſque lectoribus gratiſſimum fore confido. In multis lectionibus , quas poſui , codicum enumerationem abrupi , uni alterique , nominatim citato , adjiciens , *alii.* nomina illorum *aliorum* fere habet Millius ; ſed vix unquam ab ullo lectore evolventur. tam parvi momenti ſunt eæ lectiones. Etiam *Verſiones* interdum omiſi , ubi videlicet varianti lectioni non magis , quam textui favere videbantur. Interdum attentus duntaxat adſpectus eorum , quæ dicuntur , deſiderium eorum , quæ dicenda fuiſſe videntur , reſtinguet. v. gr. in Specimine , quod *Notitia N. T. adornati* (infra , P. IV. N. II.) habuit , quibuſdam non ſatis fuit , quod Hebr. IX. 28 particulæ καὶ abſentiam in ed. 3 Steph. ſphalma dixi : (quod rurſus alii ne notatu quidem dignum putarunt:) atqui ſatis fuiſſet , ſi animadvertiſſent , omnia monumenta , ne Stephani quidem editionibus prioribus exceptis , ibidem ad particulam καὶ a nobis fuiſſe allegata. Graviores lectiones , id eſt , quæ & momentum a re , & ſpeciem a codicibus habent, omnes , ut confido , etiam in margine indicavi ; codicesque in apparatu pleniſſime ſubjeci. Sic lectori & compendium & ſupplementum Millii præbeo : Millianum opus totum inſerere meo , & illud ipſum tali modo antiquare , nunquam in animum induxi. illuc redeant , qui minutiora & copioſiora requirunt. *Canonibus harmonicis* ,

cis, *titulis*, *sectionibus*, *hypothesibus* & *prologis* patrum perpauci hodie utuntur: & qui utuntur, non solum apud Millium, sed etiam apud Erasmum, Stephanum, Pelargum, Heinsium, Boeclerum, alios, possunt evolvere. An plures hinc inde *codices*, *versiones*, *patres*, ad supplendum Millium requiruntur? Adjiciat per nos quilibet, quod poterit. hoc nunquam exhaurietur, & paucis locis etiamnum opus est. *Editiones* debuere frequentius allegari? Recentiores, ubi a nobis non citantur, fere cum Beza conveniunt: & sic Beza cum Stephano, Stephanus cum Erasmo. *Patrum* etiam *libri* & *capita* ubique allegari debuerunt? quid juvaret, toties inculcari *Chrys. in h. l. Oecumen. in h. l. Areth. in h. l. Ambros. in h. l. Primas. in h. l.* Multorum locorum fides est penes Millium: quis enim omnia patrum loca ab eo allegata evolverit? evolvi tamen permulta: ea certe, quæ Millio superaddidi, præstabo. Sæpe varia lectio minoris est momenti, vel scriptoris suffragium non valde pertinet ad decisionem. Sæpe liber alicujus patris unicus est, aut scripta ejus tam pauca exstant, ut locus inventu sit facillimus, adhibitis præsertim Indicibus, quibus veterum scripta ab editoribus suis ornantur. Vbi vero maxime opus esse intelleximus, loca accurate indicavimus, uti sæpe fecit etiam Millius. Interdum lector, ubi aliquid a nobis dicitur, *quo consilio* id dicatur, requiret. id vero nec modum nec finem habuisset. Qui Erasmum, Bezam, G. a Mastricht, Millium, Whitbium, criticorum tomos a nobis exscriptos totidem verbis vellet, is adeat ipsos potius. Ab illorum lectione quisquis in hæc nostra incidet, causas, cur quidvis dicatur, non sine delectatione & utilitate perspiciet. Tum notari sæpius, opinor, debuit, quæ lectiones quibus *criticis* arrisissent, majori, minori jure. Sane juvaret, omnium sapientum judicia de quolibet loco in numerato habere: sed quis judicia omnium, qui scribunt; omnium vero etiam, qui nil scribunt & sæpe plus sapiunt, numerabit? paucorum vero sententia, præceps non raro ac subita, quid ponderis habet? Nulla fere est emendatio nobilior, quæ non aut in adversarios aut in dubitatores incidat: nulla interpolatio, quæ non aliquem inveniat admiratorem: neque ab hominum arbitrio nominumve claritate res pendet. quin etiam multi, quo majore scatent literatura, eo minus sicci luminis habent ad veritatem per tot instrumenta, quibus gravantur, comprehendendam. Non est velocium cursus, non fortium bellum &c. Eccl. IX. 11. coll. Ps. CXLVII. 10 seq. Rationes, si quas illi produxere, attigi: nomina quidem, ubi lectiones multis neglectas sum amplexus, adjeci, ne viderer solus incedere. Summam interim sententiarum indicabo. Latinam lectionem fere defendunt, qui Tridentini concilii tenentur auctoritate, Græcam Protestantes. Habet porro Latina, habet Græca lectionis varietas in bona fruge paleam suam. Paleam Latinam, ab omnibus hodie displosam, defenderunt antehac nonnulli, qui quicquid in suo exemplari Latino habebant, protinus pro ipsa Latini interpretis lectione amplexi sunt. Vide exemplum in Var. Ap. XIX. 5. Paleam in Græcis complures defendunt sane eruditi viri, qui tamen vix unquam, id quod ipsi optime sciunt, a se impetrant, ut quicquam, quod cum quovis exemplari ipsis familiarissimo congruit, ab archetypo apostolico discedere agnoscant, non tam partium studio, quam consuso retenti numero codicum. Sunt tamen ex utraque parte, qui sincero judicio bonam frugem & gustent & tueantur

antur, paſſim a nobis laudati. plura nomina, ſi opus eſt, dabunt Millius, Reineccius, Wolfius, Ruſius, Stockius, alii. nos quidem libenter memoravimus eos, qui Latinum interpretem, cui alioqui addicti ſunt, aliquando jure deſerunt, vel lectionem Græcam minus receptam recte amplectuntur.

Denique multa *ſermone uberiori*, *magis perſpicue*, edifſerenda fuiſſe videbuntur. Non equidem ignoro, quid ſequi, quid vitare debeat, qui perſpicuus haberi velit. debet abjicere ellipſin, aſyndeton, zeugma, orationem obliquam & pendentem, multa verba proprie ſignificantia, vim particularum, & complures loquendi modos, menti exprimendæ ceteroqui aptiſſimos. in ſumma, nil eorum imitari debet, quæ in ſcriptis Latinorum Græcorumque, & in ipſo Novo Teſtamento Græco librarii obſcura putarunt, & ideo paſſim planiora facere auſi fuerunt. Veruntamen in hac diſcuſſione perſpicuitati ipſe operam dedi, & amicos adhibui, qui obſcuriores meas locutiones ſevere notarent, eiſque juxta mecum mederentur. Sed vel optimus in qualibet facultate ac diſciplina liber multa per ſe facillima habere poteſt, quæ lectori hoſpiti, quamvis aliarum rerum perito, ænigmata ſint. Ea quoque natura eſt multarum rerum, ut altiſſimo, quem ipſæ ferunt, perſpicuitatis gradu expoſitæ, lectorem & auditorem tamen fugiant, qui gravatur *cogitare*. unde iniquus eſt, qui in opere multorum nexuum poſtulat, ut quilibet articulus, qui primum attingitur, ſit illico pervius. Minime vero omnium in materia critica intricatiſſima, & in nova ejus methodo, plana protinus cuncta poſtulari debent. Si quis id poſtulat, ipſe experiatur, quibus verbis quævis noſtra cogitatio, in hac ipſa vel in qualibet Apparatus hujus parte, clarius poſſit exprimi. Interdum aliqua incidunt, quæ utilitatem habeant, ſed ad eos proprie lectores ſpectantem, quos verborum multitudo, ſcriptorem alioqui non deficiens, potius obtunderet atque diſtraheret: interdum ſcriptor lectoris intellectui nimium confiſus, minus explanate differit, quam poterat. Eſt etiam lex quædam, quæ obſervata laudem perſpicuitatis conciliat: *Omnes res & partes, quæ per ſe explicatu ſunt difficiliores, diſſimulato*: ſed ſic non proficitur in veritate. Neque tamen aliis, qui ſingulari perſpicuitate pollent, egregiam dotem derogamus. Noſtræ quidem conſiderationis ſumma omnibus, qui eam cognoſcere diguabuntur, facilis erit, & operæ pretium, ut ſperamus, iiſdem reddet: cetera in progreſſu lucidiora fiunt, præſertim ſi P. I. § XL. monitum VIII obſervabitur.

Qui *toto apparatu critico ſuperſedendum* fuiſſe cenſent, cum iis non contendam. utantur minore editione noſtra, ſi placet, aut qualibet alia. Qui vero *nimis prolixum* ajunt eſſe Apparatum, ii copioſiorem ponderoſiſſimorum aliquot locorum conſiderationem, velim, hic aſpiciant. hanc, ut ſpero, non moleſte ferent: reliqua autem, parvam utique molem faciunt. Atque hic poſtulat æquitas, ut quilibet rem non ad ſuum unius votum, ſed ad ceterorum rationes plurifarias exigat. Egomet ſi in meum proprium uſum hæc elaboraſſem, quanto uti compendio potuiſſem? Quod unum non juvat, alios juvat: fortaſſe is ipſe, qui hodie nimietatem accuſat, eras utilitatem ſentiet. Supervacanea inprimis videri poſſet in indiculis

codicum, qui Matthæo, Marco &c. in Apparatu præfixi sunt, *editionum* & *versionum* mentio; quippe quæ totum N. T. complectantur. atqui nonnullæ versiones versionumve collationes partem duntaxat N. T. habent: editionesque juxta cum versionibus poni necesse fuit, ut earum recordaretur lector suffragia pro textus marginisve lectione perpendens. Sæpe aliquid per se indignum notatu erat: ad quod tamen lector ex alio loco se a nobis non sine causa remissum deprehendet. quare qui hunc delectum decurtaret, multa esset turbaturus. Multum sane temporis in hunc impendi laborem: non video, cur pœnitere debeat, nec tamen mihi plaudo. Si quid viricularum horularumque periit, eos miror, quibus ratio sua melius constat. Bonum & divitem habemus Dominum: cujus gratia compensabit omnia. Qui Millianæ editioni, præsertim per Kusterum retractatæ, assueverunt, dicere poterunt, ab ea ita discrepare nostram, ut in Apparatu aliqua omittamus, nimis multa aliunde adjiciamus. Plurimum sane a Millio & Kustero discessi in citandis codicibus: sed non sine causa. Multas Kusterianæ editionis mendas ex ipsa Milliana sustuli. Multa, quæ in Millii notis & appendice, quam Kusterus præclaro labore in notas illas retulit, non habentur, habentur in Millii Prolegomenis, v. gr. Euthalii & Euthymii lectiones. itaque ex Millii Prolegomenis nonnulla per Kusterum, reliqua per nos in notas quoque relata sunt. Ex Complutensi editione ipsa, & ex aliis, non paucas lectiones, falso iis adscriptas, correxi: ex editione Oxoniensi minore complura, a Millio, qui Waltoni, non Felli excerpta suis intulit, prætermissa, restitui: Methodium & Optatum, quos accuratius sublegit Clericus, suis item locis inserui. Permultas allegationes alias Latini, Gothi, Saxonis, Syrique recognovi: in aliis linguis, lac. Cappellum, L. De Dieu, De la Haye, Mareschallum, Simonium adhibui: novissimasque suppetias a M. V. La Croze impetratas adjeci. item Irenæi, Clementis Alexandrini, Athanasii, Ephraimi, Chrysostomi, Cassiodorii aliorumque scriptorum ecclesiasticorum citationes, ut res postulabat, vel delevi vel supplevi: neque Confessionem ecclesiæ orientalis prætermisi. Verum ergo est, a Millio Kusteroque longe discrepare nostram editionem: discrepat vero etiam ab Examine Whitbii, qui multa ex Millio parum accurate repetiit, v. gr. f. 55. 59. quare qui aliquid volet reprehendere, prius examinare rite debebit.

II PAR EXCEPTIONVM.

Omnes notæ criticæ in margine sub textu poni, & textui quam distinctissime annecti debuerunt.

Ne lectiones quidem variantes ullas, vel certe non multas, nec literula α β γ δ ε stipatas, margo habere debebat: neque textui circellus aut lineola interserenda erat.

RESPONSIO.

Si ostentationi inserviissem, *quamplurima in margine* debuissem exhibere. Atqui Stephanum præ Beza ob id ipsum laudat Simonius, quod alter variantes lectiones

ctiones in margine exhibuerit, alter eas notarum copia obruerit. Hist. crit. N. T. p. 340 s. Nostræ quoque notæ, si margini eas haberemus superingestas, delectum var. lect. obtegerent: ac tam prolixæ subinde sunt, quæ ægre spatium in margine inveniant. Etiam Grabius in LXX, Ger. a Mastricht & alii in N. T. notas suas textui universo vel præmiserunt vel subjunxerunt: Wolfius & alii eas plane separatim ediderunt. quanquam si quis minorem editionem nostram voluerit adhibere, quæ cum hac majore in textu & in notis marginalibus congruit; is notas omnium commodissime cum textu conferet. Firma denique agitur & inoffensa Scripturæ N. T. lectio; cui nil est inimicius, quam perpetua mentis ad criticam disquisitionem per varietates nimis multas irritatio. Notæ nec ab omnibus, nec semper inspiciuntur; textum lectitamus omnes: præstat igitur, notas interdum cum molestia legitima procul evolvi, quam lectionem textus promiscuo illarum interjectu impediri. Provectiores lectores juvabit, etiam ipsam hinc inde varietatem libero ante judicio expendisse, quam numeros codicum pro ea militantium respiciant. Ipsum textum numeris, literulis, stellulis, ad notas marginis remittentibus, pridem adsperse multi: sed ea consuetudo nuper a nonnullis sapienti consilio est antiquata. Rursum aliis si auscultare potuissemus, textui *parentheses* & alia signa adjici debuere. Actis enim Eruditorum A. MDCCXXIX. mens. Ian. insertæ sunt *Admonitiones amicae & modestae ad futuros N. T. Graeci editores:* ubi multum commendantur signa, quibus sacer textus distingui possit & augeri, ut lector mox internoscat, ubi sit *parenthesis*, *dictum cardinale*, *objectio*, *parallelismus realis*, *parallelismus verbalis*, *Hebraismus*, *sermo ex antiquitate*, *chronologia*, *geographia* illustrandus &c. Sane *parentheseon* observatio, præclarum interpretationis est adminiculum: eæque per commata & cola, veterum exemplo, vel per annotationes sunt exhibendæ. Signum autem ( ) neque in mss. neque in libris primo typographiæ seculo excusis apparet: ex Chrysostomo quoque Montefalconiano deletur: neque Græcis magis, quam Hebraicis, convenit exemplaribus. Recte igitur versionibus id relinquit el. Wollius in tract. quem ex professo scripsit de Parenthesi sacra, p. 24. Ceteris admonitionibus, non impedio, quo minus obtemperent alii: meæ quidem simplicitati textus quam maxime merus placet, qui cor magis expleat, quam ingenium & memoriam exerceat. signa suo quisque exemplari sua manu allinat licet: aliis ea lectoribus raro apta & utilia sunt, ac plerisque textum ejusque vim indies sibi notiorem reddentibus obsolescunt: idcirco res per ea denotandæ commodius in annotationes exegeticas conjiciuntur.

Lectiones variantes vel omnes, vel pleraque, quas quisque in *margine* positas *nollet*, quisque vel transiliat, licet, vel deleat. Nonnulla saltem loca tanti sunt momenti, ut nemo verbi divini reverens negligere ea aut negligenda existimare possit. Optandum erat, ne varietates tam odiosæ unquam natæ essent: nunc, quum & natæ pridem & in apricum productæ sunt, male consulunt integritati scripturæ, qui eas callide dissimulant; qui vero eas examinant fideliter, amore, non invidia, digni sunt. *Literulae* saltem, α β γ δ ε, si cui molestæ sunt, relinquat eas aliis, quos fortasse juvabunt. Ab arrogantiæ certe crimine immunes haberi

beri debent : quod majori ſpecie in omnes eos conferri poſſet , quí unquam textum N. T. ex pluribus codicibus ſine lectionis varietate concinnatum ediderunt. Modeſtiam potius habent hæ literulæ , judicium liberum omnibus relinquentes. Quid item utilitatis literula ζ ad notas remittens , lectori , ſi noſtram editionem terere cœperit , allatura ſit , expertus recogitabit. Multo minus circelli & lineolæ in textu offendere quenquam debent. *circelli* a Maſorethis pridem , non diſſimili inſtituto , ſunt adhibiti , & commode monent , varietatem lectionis non obeſſe integritati ſcripturæ N. T. quemadmodum integritati ſcripturæ V. T. non obeſt Keri & Cethib. *Lineola* , verſuum fines indicamus. alii , ubique verſum ſigno dirimunt: nos , interdum. plerumque enim *literae majuſculae* , vel *interpunctiones* (in quibus *interrogationem* fere colo æquiparamus,) eundem uſum præſtant.

III PAR EXCEPTIONVM.

De variis lectionibus editor nimis confidenter pronunciat.
Nimis timide pronunciat editor.

Nimis confidenter pronunciare videar vel in indicandis *cauſis* variarum lectionum, quum eas paſſim ex *paralleliſmo* , ex *alliteratione* &c. ortas non ſolum puto , ſed categorice dico : vel in aſſignando *firmitudinis* gradu , quum alia lectio in textu, alia in margine , præſertim cum literula α vel ε , alia demum in Apparatu ponitur, alia plane prætermittitur. Ego vero etiam atque etiam hoc agnoſco atque edico, me eum eſſe , qui LECTORI QVICQVAM PRÆSCRIBERE NEQVE POSSIM NEQVE VELIM. Non poſtulo , uni lectori meam omnibus de locis probare ſententiam : non arbitror , ad meam de uno loco ſententiam omnes lectores adductum iri. viciſſim ne una quidem ſententia omnibus diſplicebit : ne unus quidem lector omnia improbabit. Vtatur quilibet , quoad volet. nullam mihi ſententiam temere eripi patiar : nullam meam ſententiam , niſi rationes permoveant , quiſquam ſanus accipiet. Eandem modeſtiam declaravit in Prolegomenis Millius , in limine , f. 33: *Cum ipſa operis hujuſce ratio poſtulet , ut , ingruentibus undique textus ſacri lectionibus*, quaſi quidam arbiter ſedeam , *uti de ſe olim dixit Hieronymus , & ex iſtis , quae ſubditicia videantur , quae cum textus genuini apoſtolici* conſentiant veritate , decernam: *ſcias , lector erudite , meam de ipſis qualemcunque ſententiam , ſeu malis conjecturam , uti privati duntaxat hominis eſt , ita ejus certe eſſe , qui ipſam , & omnia ſua , TVO IVDICIO lubens ſubjicit.* & in extremo , f. 167. (168. ed. Kuſt.) *Noſtram de variationibus ſententiam , utcunque δογματικῶς , ad evitandas verborum ambages , forte prolatam , nolim alio a me loco habitam putes , quam conjecturae viri in his rebus haud mediocriter verſati , ideoque nec male forte ut plurimum de iis judicantis ; privati tamen, & rectiora ſuggerentibus CEDERE parati. &c.* Hanc declarationem omnes meam quoque eſſe velim putent. ſæpe animus recenſentis firmam ſatis penes ſeſe habet ſententiam , diutino interdum labore partam : nec vero poſtulare poteſt , ut lector protinus eam capiat ; viciſſim autem lector æquitatem illi præſtare debet. Tamen

Millius

Millius *tanquam praetor de tribunali pronunciare* poſtea dictus eſt: tamen fortaſſe ego quoque dicar. Quid faciendum eſt? feramus. Videant autem, qui confidentiam hoc in genere cauſantur, ne ipſi nimia dubitatione faſtidiove laborent. Etiamſi omnium varietatum incerta eſſet maneretque deciſio, tanto magis neceſſarium eſſet, diſcreviſſe eas a ceteris, quæ omni carent & varietate & varietatis ſuſpicione: ſed non his finibus arctatur utilitas tantarum collectionum. multorum ex iis locorum datur, quæ antehac non dabatur, deciſio, ſi accipiatur. Sed ſi propheta hodie exiſteret, primævamque lectionem, omni varietate ad apicem uſque deterſa, reſtitueret, nullam is fidem inveniret, nullam gratiam iniret a literionibus, otium ſibi factum indignantibus. hic ſenſus in eis dominatur: volunt habere quod ludant: malunt movere & exercere ſe, quam promovere & acquieſcere: ubi rem vident ad ſerium uſum converti, tergiverſantur. Rigidiſſimi ſunt in hoc genere, qui lectionem *typis* excuſam, nullius limæ indigere putant. ſed typographia uni lectioni præ altera non addidit infallibilitatem. an, ubi unius loci duplex eſt excuſa lectio, utraque eſt infallibilis? Sane vereor, ut paucularum receptiorum lectionum ſequiorum ſegregationem, defenſione innumerarum receptiorum lectionum bonarum, ſim redemturus. ita plerique & ſe & alios ad ea, quibus ſemel adſuevere, nituntur adſtringere. Video, quid in aliis laudari, quid reprehendi ſolitum ſit: non ignoro, quid mihi faciendum fuiſſet, ſi auram popularem captare liceret: ſed pluris eſt veritas; & omnes, qui recte ſentiunt, hi ex paucis locis, in quibus libere egi, eo magis agnoſcent, me tot aliis in locis ex animo & bona fide defendiſſe textum communem, neque partium temporiſve cauſa quicquam ſtatuiſſe. Celebranda eſt vel hæc longanimitas, qua tractat Deus homines verba majeſtatis ſuæ tractantes: eam, quiſquis ſacros recenſet libros, & implorare debet, in deprecanda ſua imbecillitate; & imitari, in ferendis proximorum judiciis. In rebus omnibus, viam quæſivi ad proficiendum: in nulla, veritatem pertinaciter refugi: typis antehac excuſa, non cupide expunxi.

Nimis timide me incedere dicent, qui ſæpe β, δ, vel etiam γ, ut noſtra fert methodus, in margine conſpicient. Vtinam potuiſſem textum per omnes apices ſincerum ac ſolidum, ſine ulla varietate, lectori præſtare. Sed hoc nemo adhuc editor recepit: ac præcipue ego infirmitatem meam ſentio cum dolore, & cum pudore confiteri neceſſe habeo. Progreſſus ſum, quoad poteram: ſuppleant, in meum & ſuum & aliorum uſum, alii, quod opus eſt. Interdum tamen propter paucitatem teſtium, qui adhuc pro lectione mihi probata præſto erant, verebar, ut multis eam probarem lectoribus: ac talia loca vigilans lector facile internoſcet, majoremque ſibi paſſim anſam eſſe datam experietur, quam appareat prima ſpecie. Comiter me admonuit cel. Clericus, ne præferrem lectiones, quæ poſſent videri favere ſententiæ eorum, qui *Auguſtanae Confeſſioni* ſunt addicti. *Bibl. anc. & mod.* T. 26. p. 420. Tale quiddam videlicet viſus ei eram feciſſe in *Prodromo N. T. adornandi*, de loco Hebr. II. 9 differens: at nunc accuratiorem plenioremque ejuſdem loci conſiderationem dedimus ſupra. Plures fortaſſe dicturi ſunt, *receptam* lectionem huic plus, quam veritas ſinat, defendi. Ego autem veritatem defendo: vera

lectio ubi eadem est quæ recepta, tanto id optatius accidit verecundiæ nostræ. Ex iisdem autem principiis modo emendatio receptæ lectionis, modo defensio fluit. utrumque æque gratum debet esse filiis veritatis.

Multæ varietates sensim & repertæ & expeditæ sunt: multæ hac methodo, quæ nunc proposita est, expedientur: aliqua vicissim dubia eruuntur postliminio, quo ipso ad futuram eorum decisionem via munitur. paullatim ut in omnibus, ita hac in re proficitur: neque ob tot difficultates, partim exemtas partim remanentes, protinus aut omnia absoluta postulari, aut omnia repudiari debent. Religio ac pietas, quæ crisin salutarem animat ac moderatur, media inter superstitionem & inter licentiam, media inter auctoritatis & confidentiæ præjudicia, docilis & patiens, ambulat. Hac lege, omnibus, maximeque iis, qui timorem Dei & aliquem his in rebus usum habent, neque tam humanam curam, quam donum cœleste in tali opere quærunt, liberrimum est manetque judicium, de lectionibus omnibus, in *textu*, cum circello, sine circello; in *margine*, cum qualibet literula; in *Apparatu* demum, cum qualibet epicrisi; vel *ne in Apparatu quidem* positis, quamvis in singulas varietates id monere atque inculcare putidum fuisset.

IV PAR EXCEPTIONVM.

Nulla emendatio in ipsum textum receptiorem debuit admitti.

Melior lectio ubique textui debebat restitui.

RESPONSIO.

Egregias commoditates uniformis haberet exemplarium lectio. ea si esset, sine publica sententia quidquam ejus corrigere nefas poterat videri. Nunc in omnium manibus versantur exemplaria opinione vehementius inter se *differentia*. Nemo mihi credat: textus Græcus versione Latina interlineari comitatus, sane tritus, cum qualibet conferatur obvia editione: vel inspiciantur exemplaria in auditorio, ubi N. T. Græcum frequenter tractatur. differunt inter se, quæ hinc inde recepta sunt. Non longe abiero. In præsenti, Denkendorfii, unus alumnus Ariæ Montani editionem, ex Complutensi deductam; alius aliam, Erasmi vel Bezæ, domo allatam habet editionem. abs quavis harum trium subinde differt editio nostra, & eodem tempore ad ceteras accedit. quam ob rem? ipsæ inter se permultum differunt. Nunquam videlicet unum exemplar præ ceteris publica auctoritate receptum est, nullum reprobatum. qui ex omnibus optima desumit, is editores probatissimos imitatur rectissime.

Generosius suadent, qui omnia meliora in *textum* protinus restituenda esse, vel etiam eundem totum ad unum quendam manuscriptum codicem, *Alexandrinum*, conformari oportere censent. At ne Grabio quidem in LXX int. cura erat, *ut librorum*

rum ſacrorum V. T. editionem vel Romanam vel Alexandrinam, *ſed ut genuinam, quantum fieri potuit, ac probe emendatam, in lucem ederet.* LXX int. ed. Grab. T. II. Proleg. c. II. § 17. Etenim quid juvat textûs præciſe ad unum quoddam exemplar exhibitio, quod non modo lectionibus ſæpe corruptis, ſed etiam hiatibus laborat? nil tamen in melioribus textus lectionibus aliunde repetitis, ex conjectura datur: nil, in Alexandrino codice notabile, Apparatus noſter non indicat. In introductione oſtendimus lectionem genuinam per duas codicum quaſi nationes diſjectam & diſtractam: eam in unum recollectam exhibere ſtuduimus. hoc ſane præſtabilius eſt, quam unius codicis ex bonis & malis mixta lectio. Nil refert ſcire, qualem textum hic vel ille librarius habuerit: præſtat, habere ipſum textum Matthæi, &c. Nullus editor princeps ſine libertate eclectica ſecutus eſt unum codicem manuſcriptum: rari librarii unum preſſe codicem in deſcribendo ſecuti ſunt. Majori ſpecie deſideratur *textus* ex cunctis monumentis quam ſinceriſſime coagmentatus. Equidem legem mihi hanc pridem habui fixam, *ut ne ſyllabam quidem ullam, a priſtinis editoribus in textum non admiſſam, nunc primum admitterem.* Apocalypſin poſtmodum, juſta de cauſa, ſuo loco indicata, ac non niſi paucas ejus lectiones, excepi: neque exceptionem ulterius potui extendere. Porro longe aliam legem ſibi propoſitam, anonymus noviſſime promulgavit his verbis: *Nihil prohibet, lectionem a typis edita & vulgo recepta diverſam in Textum recipere, non tantum ubi idoneis argumentis aſſeri poteſt, verum etiam ubi adhuc dubitatur, utra utri ſit praeferenda.* Proleg. Wetſt. N. T. p. 196. *Satis differentiae* inter utrumque noſtrum eſſe, mox in Actis literariis Amſtelodamenſibus notabatur. Differentia minus tum quidem potuit perſpici, quod ad ipſam certe varietatum deciſionem attinet: illudque potiſſimum agitur, utrum in textu an in margine ſint ponendæ lectiones genuinæ vel etiam probabiles, quas manuſcripti præ exenſis habent libris. Non abhorret anonymi conſilium a ſpecimine Bentlejano; & ab exemplo illius, qui N. T. Græce & Anglice edidit: ne dicam de Grabio, qui ſimiliter LXX interpretes edidit ex cod. Alex. nam in interpretes illos & plus utique licet, & minus multi incurrunt, quam in textum N. T. originalem. Ego autem cur minus longe ſim progreſſus, dicere neceſſe habeo. Multa quidem Complutenſium, multa Eraſmi, multa Bezæ propria eſſe conſtat errata: ſed non multa poterunt demonſtrari menda, quæ illi communia inter ſe habeant. Quare utrum textui inſerantur genuinæ lectiones, quæ illos perpaucæ conjunctim fugerunt, an in margine palam repræſententur, veritatis nil intereſt. Rurſus commune quiddam eſſe patet editionum omnium, abs cujus tenore ac colore ubi differunt manuſcripti codices, in dubiam ii ſæpe, vel etiam deteriorem, eandemque ſpecioſiorem aliquando, literam abeunt: maximeque Alexandrinus, cui palma dari ſolet, antiquus ille quidem eſt, & aliquando unus ſincerus; ſed non rarius anceps variuſque: cui quid in utramque partem tribui debeat, ſuo loco oſtendimus. Quare nonnihil intereſt, lectoribus, præſertim imbecillioribus, qui criticum etiam recte ſentientem non ſtatim aſſequuntur, omnes eximi cauſas timendi, ne nova recognitio textui uſitato plus affricet labis, quam detergat. Omnino priſtinas recenſiones, ſingulas, conjunctas, per ſe non meliores firmioreſque ſeſquiſecularis uſus fecit; neque ad eas ſine exceptione tuendas ulla publica auctoritas

ſucceſ-

ſucceſſores alligavit: ſed tamen commune illud, quod diximus, editionum, ſive claſſicæ lectionis ſive alio vocabulo notetur, tacita omnium conſenſione ita adhuc celebratur, ut id a me ſollicitari, hoc crepero etiamnum & ſubluſtri tempore, non putarim oportere. Iudices capitales, in re dubia, tutius cenſent, multos ſontes dimittere, quam unum innocentem jugulare. non diſſimilis ratio in foro critico valet. Liberale eſt, alias editiones ex aliis; liberalius, univerſas ex mſſ. limare in textu: alterum quin fieri poſſit, nemo dubitat; alterum majoris eſt conſiderationis. Vbi & codicum pars aperte potior, & rationes idoneæ, accedente probatorum hominum judicio, emendationem aliquam textui vendicant: modeſtiam nemo violatam dicet. Qui vero ſe ſolo fretus, & præjudiciis criticis vel etiam dogmaticis, uniuſque & alterius codicis noviter reperti adſpectu & favore abductus, lectionem uſquequaque fultam eliminat: nullo molliore, quam temeritatis nomine ſuum olim ipſe factum poterit reprehendere. etenim lectio, quæ hodie editori valde placet, ea protinus lectoribus & cenſoribus, ut recens docet experientia, vel poſthac etiam ipſi editori diſplicere poteſt: vel ſi hic ei ſaltus quam pulcherrime cedat, alii tam curioſo tamque temerario tempore exiſtent, qui ejuſdem juris obtentu turbent omnia, paremque prope editionum ac manuſcriptorum diſcrepantiam invehant. Quare præſtabilius eſt, lectiones non confeſſæ ſanitatis tantiſper arceri, quam poſtea iterum ejici. Gradatim in tanta re procedendi locus eſt, ut genuinæ, ac potius, ut ancipites lectiones, quæ adhuc extra textum typis excuſum jacuerunt, aliquantiſper in proximo, in margine, eoque ſatis vacuo, collocentur: idque ipſis illis lectionibus eſt conducibile. ſic enim in omnium oculos incurrunt, ut ſeorſum examinentur, & , ubi probatæ fuerint, ſuam ſalubritatem guſtandam præbeant. quod ſi protinus in textum abdantur, periculum eſt, ne a rixoſis hominibus eo magis impugnentur. Nos non contendimus: in omni re modus libertatem, libertas latitudinem habet. ad unam metam non una ſemita ducit: publica ego, quod nemo prohibet, via ivi. Quum aliis in tempore ſuo lux & animus creſcet ad textum ejuſmodi & emittendum & admittendum, qui omnem lectionis germanitatem, abſorptis marginum reliquiis, liquido exhauriat: non verecundiam eis noſtram obſtare, ſed curam prodeſſe cupimus. Interea unum dicam: Hodie, divino beneficio, id agitur, ut ſcriptura, novi maxime teſtamenti, in varias linguas transferatur, ad nationes quam plurimas propaganda: tanto religioſius curandum eſt, ut textus Græcus præcipuis in locis, quorum differens lectio ex Græcis in verſiones dimanat, apoſtolicæ manui quam ſimillimus, vel certe lectione recepta nuſquam deterior, ſubminiſtretur interpretibus ejuſmodi, quibus non vacat differentias Græcæ lectionis operoſe diſcutere.

Quatuor *Paria* exceptionum reſpice, ſodes, Lector, ad quas modo reſpondimus. quam vehementer ipſæ inter ſe *pugnant*, in contraria atque extrema omnia digredientes? quam pulcre vero methodum noſtram, quæ pridem inter omnes *media* ambulat, comprobant?

Præterea vero *Latinitas* mea reprehenſa eſt, quanquam hic non agitur ex epiſtolis Ciceronis. Nonnulli requiſiverunt hominem neſcio qua amplitudine conſpicuum.

cuum. sed sive insulatorum primus sive hypodidascalorum ultimus essem, quid ad hanc crisin interesset? qui Wirtembergicarum rerum haud ignarus est, nullam ea statione, in qua hoc opus elaboravi, ad id agnoscet accommodatiorem. *Societatem* potius desiderent alii. sane plura exercere potest atque colligere societas numerosa, & plus vident oculi, quam oculus: sed ipsa veritas assensorum multitudine non nititur, & in decisionibus, ubi v. gr. novem homines unam lectionem, octo alteram probant, ea lectio, quæ numero probantium prævalet, non plus ponderis habet, quam si unus eam probasset. Si necessaria sit societas, neque Erasmus, neque Stephanus, neque Beza prodire debuerunt: quanquam & illi & alii, adjutores certe suos habuere. Una per societatem condita est editio Complutensis, qua non seguiter usi sumus: cujus exemplo utinam nova societas existat, quam plurimum profectura. Tantisper autem singuli cessare non debemus. Equidem societatem colui cum antecessoribus hoc studio pridem defunctis: cum amicis, coram & per literas: cum auditorum grege non uno. hi necessariam ministraverunt editionum N. T. copiam: his, quasi librariis & anagnostis usus sum: his certe docendis didici.

Quid vero dicendum tandem de mortalium judiciorum varietate? quis omnium desideria expleat? De ipso verbo Dei scripto, Novi præsertim testamenti, diversi sunt hominum sensus: quanto magis de cura unius servuli in eo elaborantis? Omnibus placere minime postulat, qui Dei verbum & hominum ingenium novit. Hoc ipsum me adegit, ut opus, citra αὐθαδειαν, ad unum divini beneplaciti in mea conscientia dictamen eo magis exigerem. ibi dulcem inveni requiem, didicique hominum, etiam proborum, reprehensiones suavius, quam applausum, excipere. Probet quilibet, quæ probanda censet: defectibus autem, hujus quoque ipsius apologiæ, veniam, rogo, tribuat. Hoc quisquis dat nobis, is reliqua etiam, quæ de finibus hujusce scrutinii dicenda sunt, dextre accipiet.

§ II.

Lectiones variantes, quas Parte II Apparatus hujus vidimus, sive paucæ videntur, sive multæ, ex permultis eductæ sunt. Millium enim si evolvas, tum demum appareat, quo paucitatis nunc sint redactæ: & tamen huic ipsi paucitati detrahere possis majori jure multas, quam aliquas ulla specie adjicere. In his delectis raræ sunt, extra has nullæ, ut confido, & momento simul & ambiguitate notabiles. Ingens beneficium, testimonium Christi in literas relatum. Id si non exstaret, dicerent homines, utinam scriptum esset: nunc quum exstat, offensionis causas iidem qualescunque captant, nihilo magis credituri, quam ii, qui ipsam olim manum atque os apostolorum habuere frustra. Misericordia quidem & auxilio dignæ sunt imbecilles bonæque animæ: sed relinquenda sibi est protervia empæctarum, qui, quum lac & vinum bibere nolint, tamen culices librarios ideireo percolare videri volunt, ne perfidiæ malitiæque suæ camelos sine ratione videantur deglutire. Hoc verbum, quod rident, illos judicabit. Tu, religiose lector, recognosce mecum veritatem ejusque firmitudinem. Supra ad singulas var. lect. decidendas adhibui-

mus & originem ipſarum & diverſitatem codicum : harum utraque facit etiam ad univerſam ſinceritatem librorum N. T. demonſtrandam. Omnes enim varietates vel caſu vel conſilio ſunt exortæ. caſu, ut plurimum, quum librarii magis in res, quam in verba, eſſent intenti : itaque non res, ſed verba mutationem ſubiere. conſilio invectæ ſunt deteriores quædam varietates vel pravo vel inepto. at hæreticorum vim Scripturis allatam obſervavere pii patres, & loca ab iis ſollicitata, eo diligentius, ſi vel reliqua minus curarent, defenderunt : itaque cum hæreticis ipſis corruptelæ eorum ad nihilum venerunt, præter panca, quæ ſpeciminis inſtar in reliquiis librorum a patribus contra eos editorum remanent. Varietates ab hominibus non malis interdum in locum lectionis ſanioris, quæ offendere videretur, in nonnullis codicibus ſubſtitutæ, eo etiam ipſo minus periculoſæ ſunt, & veritate vindicata ultro diſparent. In codicibus ſi quid labis eſt ; id vel has varietates aſſicit, quas recenſuimus : vel ceteras omnes. Non eas, quas notavimus ; ut res loquitur per omnes verſiculos. ſin autem ceteras ; quænam ſunt, & ubi gentium? Monumenta, quæ a literatis hominibus accuratiſſime ſunt excuſſa, tam late patent, quam univerſitas rerum Chriſtianarum, & cum ipſa ſua varietate ad ætatem apoſtolorum aſſurgunt redeuntque, per codicum, climatibus, dialectis, ſeculis diverſorum, conſenſum inter ſe, & cum verſionibus etiam antiquioribus, & cum patribus antiquiſſimis, atque adeo apoſtolicis. *Ego vero palam profiteor*, inquit Lud. de Dieu, *nunquam mihi magis confirmatam fuiſſe fidem, quam ubi non modo veterem illum interpretem Latinum, ſed & Orientales illos, Syrum, Arabem, Æthiopicum, quique Evangelium Hebraeum dedit, cum Graeco textu ita ad amuſſim in omnibus convenire vidi, ut, ſi res fidei ſpectes, ortum Chriſti, nativitatem, educationem, miracula, ſermones, totam vitae ſeriem, mortem, reſurrectionem, aſcenſionem denique, eum ubique conſenſum invenias, qui de rerum geſtarum veritate non niſi improbo dubitare permittat. Quod evangelium conſtituit, quod Chriſti notitiam exhibet, quod fidem ſalutarem generat, quod mores format, quod conſcientiam ira Dei percitam tranquillat, apud omnes idem eſt. In verbis nonnunquam eſt varietas, quae quidem in quibuſdam narrationum circumſtantiis non eundem ſenſum praebet, rem tamen credendam non peſſundat, ſed mira quadam Dei providentia & cura, fidei integram relinquit.* Præf. Comm. in IV Evang. Nullus in omni literarum genere ſcriptor vetuſtus reperitur, qui non permultos contraxerit nævos : nec tamen ita ſcepticus quiſquam eſt, ut luri civili, ut Hiſtoriæ (nam reliquæ diſciplinæ facilius ex lumine naturali ſarciuntur) a veteribus ad nos propagatæ penitus diffidat. Neque exemplum teſtamenti humani aut diplomatis regii, ſi forte ſcriba pridem aut typographus nuper erratum admiſerit, totum confoditur. Dices : *Monumenta, quibus nituntur varietatum deciſiones, ſunt ab humana manu : ergo deciſiones non ſunt firmae.* Reſp. Tam firmæ ſunt certe, quam in omni auctorum veterum genere, qui quid in toto ſcripſerint, paucis locis vexatioribus apud quemlibet exceptis, nemo dubitat. Si iſta ratio deciſiones infirmaret, iiſdem monumentis ne iis quidem in locis, quæ nulla varietate aſſiciuntur, niti poſſemus. Regeres : *Vtique fieri potuit, ut omnes codices deſcenderent ex apographo uno (ſicut nos omnes deſcendimus ex Noacho, qui tamen non fuit primus homo :) id apographum, ſi ad ipſum v. gr. Pauli manum fuit deſcriptum, tamen potuit a Pauli manu differre aliquantum*

tum, & differentiam in omnes codices posteros transmittere: ex lectionibus, quae hodie exstant, optima inter ipsas per criſin legitimam educi potest; sed per eandem criſin non potest demonstrari, nullam aliam ullius loci genuinam fuisse lectionem. Vltima haec dubitationum est: qua expedita, soluta erunt omnia. Eam autem dispellit

I. *ipsa codicum constitutio.* Nullum enim tam proletarium cuiquam inter manus versari exemplar potest, cui non congruant omnia, pro auctoritate Scripturae sacrae & pro veritate religionis Christianae, sapientissimorum hominum argumenta. Perfectio, harmonia, symmetria scopi totius in quolibet libro & singularum partium, & sanus ubique & ex omnibus membris respondens sibi color elucet. Insignem hoc loco usum praebent *Catenae*, sive Exegeses, ex monumentis quam plurimorum patrum, fere deperditis, in unum collectae: quippe plane eandem vetustissimorum ex omni orbe Christiano doctorum retinentes medullam, quae est codicum N. T. hodie superstitum. Si duas recensiones haberemus, quarum una ipsam literam apostolicam, nullo apice dubitabili; altera omnes lectiones sequiores pro veris in unum conflatas ostenderet: certum est, ex illa non plus, quam ex hac profecturas esse animas stultas; bonas, ex hac quoque summam ejus, quod scriptum est, hoc est, voluntatem Dei Patris in Iesu Christo esse cognituras, & ad vitam aeternam, quam anhelant, satis adjumenti habituras. Praeterea quilibet Novi Test. scriptor tenorem sibi proprium ac nativum hodie retinet, in locutionibus etiam minutissimis observatu. ex Evangelistis plurimas unus varietates nactus est Marcus: & tamen idiotismus ejus remanet. vide *Gnomonem* ad Marc. I. 16. VI. 9. IX. 20. XIII. 26. Omnium plurimae varietates invectae sunt in Apocalypsin: & tamen gravitas ejus libri lectio colorem servat ubique sui simillimum, in Hebraismo aliisque rationibus.

II. *Brevis & indelibata totius doctrinae salvificae Summa.* Ignatius quum incidisset in quosdam contentiosos, unam commendavit χριστοῦ παθεῖν *Christi discentiam.* ἐμοὶ ἀρχεῖά ἐστιν ἰησοῦς χριστὸς τὰ ἄθικτα (fort. ἄτηκτα· coll. ἐτάκησαν, Iud. XV. 14.) κτλ. i. e. ego in nullam me committo litem: mihi archiva interire nescia sunt, Iesus Christus; archiva, crux ejus & mors, & resurrectio ejus, & fides per eum. Pariter quilibet pius idiota omnes, qui literam sacram sugillant, hoc uno superabit, si dixerit, *Mihi pro archivo & armario est symbolum apostolicum cum reliquo catechismo.* Humile hoc compendium supra omnem lectionis varietatem collocatum & evectum est. conf. Abbad. I. II. de verit. rel. Christ. p. 438. edit. Roterod. Quid? unica baptismi formula, quae & in literis plane invariata, & continuo fidelium usu recepta permansit, omnia compensat, ne ponderosissimo quidem loco de Tribus in coelo testantibus excepto, quem nulla mutatione attingi, ob id ipsum minus necessarium fuit.

III. *Scripturae sacrae ubertas.* Quae ad fidem, amorem, spem pertinent, non semel, sed ubi que exhibentur. In unum conferantur omnia loca N. T. quorum de lectione cum ulla rationis specie ambigendum putes. nil non expediri, &, quicquid interest, sarciri ex iis potest, quae nullam plane mutationem subiere. Fac, in uno alteroque miraculo, hanc illamve circumstantiam per lectionis varietatem in

dubium vocari, aut etiam totum aliquod miraculum esse dubiæ lectionis. nil obest. Multa miracula ne perscripta quidem sunt: sine detrimento fidei. non uno miraculo nititur fides nostra, sed multis: nec his quidem unice. Syrophœnissa illa ex fama de Iesu hausit fidem, etiamsi alii aliis ei verbis virtutes Iesu prædicarent. Fac, unius alteriusve dogmatis probationem per lectionis varietatem in uno alterove loco impeditiorem reddi: ipsum tamen dogma firmum & inconcussum manet.

IV. *Universa ratio ac via, qua agnitio veritatis, in Novo Test. maxime, hominibus impertitur.* Solo quidem literarum beneficio omnes disciplinæ humanæ, atque ipsa, tota literis constans, philologia, & linguarum facultas, earumque prisci auctores, ab ætate in ætatem propagantur, suamque sinceritatem tuentur: Deus vero quibus modis notitiam Filii sui tribuat nobis, id Chrysostomi primum Lutherique verbis, quos nemo, sine injuria, infensos Scripturæ fuisse dixerit, exponemus. Chrysostomus in ipso Proœmio ad Matth. adeoque ad totum N. T., plane considerate, sic infit: *Literarum nos quidem bono nil uti oportebat, sed vitam ita mundam praestare, ut Spiritûs gratia pro libris esset animis nostris, & quemadmodum libri atramento, sic corda nostra Spiritu inscripta essent. Quam gratiam quum repulimus, φέρε κἂν τὸν δεύτερον ἀσπασώμεθα πλοῦν, teneamus tamen eum cursum, quem possumus. Nam prius illud praestabilius fuisse, & verbis & factis ostendit Deus: qui & Noe, & Abrahamo, & posteris illius, & Iobo & Mosi non per literas, sed per se ipse, pura eorum mente reperta, sit locutus. Postquam autem in ipsum malitiae fundum incidit cunctus Hebraeorum populus, necessariae demum literae fuerunt tabulaeque & per eas admonitio. Neque id in veteri solum, sed etiam in novo testamento sanctis accidisse videas. neque enim apostolis scriptum quicquam dedit Deus, sed pro literis gratiam Spiritûs se daturum promisit.* ille vos, *inquit*, monebit omnia. *Atque ut scias hoc longe melius esse, audi, quid per prophetam dicat:* Dabo leges meas in mentem eorum, & in cor scribam eas, & erunt omnes docti a Deo. *Paulusque hanc ostendens excellentiam, legem se ait accepisse*, non in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis carneis. *Quoniam autem procedente tempore alii in dogmatis, alii in vita & moribus defecerunt, literarum rursus fuit opus admonitu. Considera ergo, quantum sit mali, quum ita pure vivere deberemus, ut ne indigeremus quidem literarum, sed pro libris exhiberemus corda Spiritui; nunc, amissa illa gloria, & harum indigentia contracta, ne subsidiario quidem remedio (δευτέρῳ φαρμακῳ) rite uti. Si enim culpa est, literarum egere, neque Spiritus gratiam capere; vide, quantum crimen sit, ne post hoc auxilium quidem velle proficere.* Non hoc ex Chrysostomo, ut opinor, hausit Lutherus: qui tamen hoc ipsum in Postillis ecclesiasticis, & quidem in vividissimis operis ipsi carissimi homiliis primis, copiose, &, ne ei excidisse videretur, sæpe tractavit. *Mihi omnino ita videtur*, inquit, *ideo Sanctum Spiritum voluisse, apostolos atque evangelistas sententias scripturae plerumque decurtatas adducere -- in novo instrumento, ut in vetus, quod & sanctam Scripturam vocant, remittant, & eo impellant lectorem---. Cujus causa est, quod Novum testamentum vocalis tantum praedicatio, vivusque sermo esse debuerat, non scriptura, nisi aliud cum pseudoprophetarum improbitas, tum fidei nostrae infirmitas poposcisset, quare & Christus nihil omnino scriptum reliquit,*

liquit, de quo dicemus in lectionem evangelicam feriarum, quas τῆς ἐπιφανείας vocant. In Evang. I Advent. fol. 7. edit. Lat. Iterum, *Non scribet* Iohannes Baptista, *quod in futuro tempore impleatur; sed praedicat ore & demonstrat digito Eum, de quo reliqui vates scripserunt.* In Ev. III Advent. f. 38. *Est vox clamans, non scriptura est, libris comprehensa: Evangelion oportet esse vivam vocem. quare Iohannes figura, exemplum & inceptor ac primus praedicatorum evangelii, nihil scripsit plane, sed tantum viva voce clamavit.* In Ev. IV Advent. f. 47. Plenissime vero, ut destinarat promiseratque, in Ev. Epiphan. f. 141 seq. *Quid stellam*, inquit, *faciemus? aliud nihil quam novam illam lucem, Christi praedicationem, quae ore in universo orbe spargenda fuit. Duos siquidem testes suae nativitatis & regni habet Christus: alter Scriptura est, aut verbum literis comprehensum; alter verbum ore palam praedicatum. quod verbum Petrus & Paulus lucernam appellant: sine qua luce Scriptura haud potest intelligi; per evangelion enim prophetae reserati sunt, quare primum stellam oriri oportuit & videri. In novo namque testamento debet gloria Domini ore & palam depraedicari, ac viva voce proferri ad omnium audientium, quae ante arcanis visis & literis latebat. Est namque novum testamentum veteris explicatio quaedam & apertio. unde in Ap. V scribitur Agnus librum septem sigillis obsignatum aperuisse. Et quidem in sermonibus apostolorum videmus, summam operam eos dedisse, ut Scripturam proferrent, & quae de Christo testabantur & docebant, illius oraculis confirmarent. Hac causa, quod debeat Evangelion, Scripturae esse per vivam vocem explicatio; Christus sua literis nequaquam mandavit, ut Mose, sed & ipse ore illa praedicarit, & sic praedicanda mandarit, scribenda non mandavit. Inde factum, ut tam pauca Apostoli & tam pauci eorum scripserint. — Quare quidvis rectius doctores Novi Test. decet, quam libros de doctrina Christi scribere. (Darum ists gar nicht Neutestamentisch, Bücher schreiben von Christlicher Lehre,) sed oportebat ubique esse pios, eruditos, religiosos ac diligentes verbi praedicatores, qui vivum verbum e Scripturis prolatum, populo sine intermissione inculcarent, uti apostoli fecerunt, qui antequam scriberent, viva voce homines Christum docuerant, (die Leute mit leiblicher Stimme beprediget.) & ad veritatem converterant. id quod vere & germane est opus apostolicum, ipsissima stella, index Christi nativitatis, verumque angelorum evangelion, mittens ad praesepe & fascias Christi. Quod autem & libros scribere oportuit, id argumento est, Spiritum haud parum defuisse, quod praeter naturam & rationem novi Testamenti, ad obviandum perniciosis erroribus, & integritatem doctrinae Christi servandum, hoc remedii res ipsa postularit. Nam hujus necessitatem aliud nihil fecit, quam quod loco veracium Christi praedicatorum, qui verbum ejus pure populo proponerent, surrexerant impii haeretici & pseudapostoli, qui pro pascuis veritatis, toxica errorum, ovibus Christi afferebant; pro verbo vitae, pestilentissima dogmata serebant. Sic igitur periclitante pietate, & in discrimen addu&is piis mentibus, aliud remedium reliquum non fuit (da muste man das Leste versuchen: id Chrysostomus vocat δεύτερον πλοῦν, δευτερον φαρμακον) quam ut vel scriptis, apud pascua scripturarum, qui sinceritatem fidei volebant defensam, electos retinerent, & a lupis rapacibus miseras Domini oviculas servarent &c.* Itaque hi duumviri quibus *Ludovici Ivnte* Buccina evangelii addi possit) scriptionem non censuere praecipuum, nedum unicum salvificae doctrinae vehiculum; sed Spiritu maxime, ac voce magis quam literis, ecclesiam, novi praesertim testamenti, esse ex-

ſtructam. Poſtulat inſtitutum noſtrum, ut amœnam utilemque hancce conſiderationem paulo diſtinctius, & tamen brevius quoque, evolvamus. Latior & durabilior eſt ratio inſtruendi per literas; ſed præſentior & vividior (quanquam efficacia interna, eadem utrinque) per vocem & præconium. unde doctrina ipſa λόγος potiſſimum appellatur, a *dicendo*; & diſcipulus, *auditor; auditus*, ſenſus diſciplinæ. quin etiam omnes natura audiendi, non legendi vim habent: unius præconis vox millenos ſimul idiotas ædificat: doctores, qui controverſiam per literas componere non poſſent, colloquia ſæpe inſtituerunt: & eos, qui animam agunt, oculis ante aures deficientibus, piorum alloquia proſequuntur. Tenent hodie legentem homiliæ Lutheri & ſuſpiria; ſed multo plus ſibi gratulati ſunt, quibus prædicantem eum & orantem audire contigit. Paulum libenter legit Auguſtinus: ſed idem præoptabat Paulum in ore. Vide Iſ. XLI. 27. Act. VIII. 30 ſeqq. Rom. I. 11. X. 14 ſeq. Gal. IV. 20. 1 Theſſ. II. 18. III. 2. V. 27. 1 Tim. II. 7. Ioh. Ep. II. v. 12. Ep. III. v. 13. & conſer Miſſion. Danic. Contin. XXIII. p. 933. Itaque apoſtoli primum habuere, prædicare quam plurimis, exemplo juſſuque Domini: ſecundum, ſcribere; quum abſentibus & poſteritati aliter conſulere non poſſent: ac niſi ſcripſiſſent, quem articulum cenſes doctrinæ illorum per tot perverſas ætates ad nos perventurum fuiſſe? nil enim, niſi quod ſcriptum exſtat, hodie certo ut apoſtolicum probari poteſt. Sed ſua ipſi ſcripta per vocem anagnoſtæ potius, quam a ſingulis legenda curarunt. Eadem tamen ſcripta, id quod neceſſarium erat, propagavere librarii: ſed librarii, mercenariis non ſemper generoſiores, ut in his minus, quam in humanis peccarent libris, maxime quidem providit Deus, ſed tamen ipſa quoque eccleſiæ conſtitutione inſerviente. nam ſcripta apoſtolorum lectitarunt anagnoſtæ, enarraverunt homiletæ, vindicaverunt hæreticorum mallei, tranſtulerunt metaphraſtæ, cuſtodiverunt epiſcopi. atque ita adducti fuere librarii, ut multa ſemper pararent exemplaria; & coërciti, ut erratis ſolito paucioribus ea obfuſcarent. Situ, mortalium libri corrumpuntur: Scriptura ſacra, continuo uſu, nitidam integritatem retinuit. Neque litera ſine voce, neque vox ſine litera, ex vitio hominum, firma in longinquum: utrumque conjunctim demum ſulturam præſtat invicem firmiſſimam, conſtituitque Traditionem veram, quæ ſimul bonum literarum complectitur, & mutuam ſcripturæ & eccleſiæ propagationem denotat, ab elementis illis, quæ traditionum nomine phalerata ſunt, penitus abhorrentem. Vtroque modo, voce ac literis, primævi Chriſtiani veritatem initio ſuſceptam, aliquandiu cuſtodivere ſincerius, & per continuam diutinamque fidei, amoris, ſpei, catecheſeos, chariſmatum, diſciplinæ, exercitationem communicationemque in omni vita excoluere, cum potentiſſima operationis divinæ experientia in ipſis, & oſtenſione erga alios. Olim terra ſancta in omnibus ſuis partibus & monumentis, & ſcriptura V. T. tanquam liber originum & chorographia (*Lïger-Buch*) ſe mutuo comprobarunt: pariterque deinde eccleſia chriſtiana & ſcriptura N. T. Hic tibi propone eccleſiam v. gr. Theſſalonicenſem, epiſtolâ Pauli abſentis recreatam: cogita anagnoſin ſive lectionem ejus publicam ab apoſtolo adjurante injunctam: perpende fidelium ad eam invicem communicandam obſequium: nullus, puto, ſuſpicabere, labem illo ævo obortam. Atque hoc loco juverit totum Tertulliani de

Præſcri-

Præscriptionibus librum adhibuisse. Illum vigoris apicem si retinuissent, doctrina ex ore apostolorum hausta satis diu potuissent & se ipsos sustentare, & successores posterosque instruere, & seductores repellere, Rom. XV. 4 s. 1 Thess. IV. 9. Heb. VIII. 11. 2 Pet. I. 19. 1 Ioh. II. 27. & infideles convincere & lucrifacere. 1 Cor. XIV. 24 s. Iidem vero etiam Scripturas pluris fecissent, & ex ipso usu spirituali penitius intellectam, dexterius fideliusque (Sapientia enim ad parvas res æque atque ad magnas reddit idoneos) descripsissent, quam posteritas magis magisque desciscens: quum fere similis quovis tempore & Scripturæ & Ecclesiæ habitus esse solet. Nunc plerique nostrum habent Scripturam sine vegeto usu sermonis & actionis, ad sese convincendos, uti Israëlitæ canticum Mosis: & tamen per Scripturam ad vigorem reliquum unus datur receptus. Interea criminatio de corruptis textibus homini contra fidem obstinato negotii longe plurimum facessit: imbecilli, aliquantum; firmo, nihil. nam Deo plenus, ipse libri instar est. 2 Cor. III. 2 s. XIII. 2 ff. Etiam eos sermo Dei, in quos primum incidit, per se commovet, illuminat, convertit efficacia sua, etiamsi præco antehac penes audientes nullam habuerit auctoritatem: unde ipsa demum efficacia auctoritatem illi apud hos constituit. Ioh. I. 49. IV. 41. VIII. 30. Act. VIII. 36. XIV. 9. XVI. 14. XVII. 34 &c. par autem est ratio Scripturæ; cujus efficacia per se primum sentitur, etiamsi integritas adhuc minus sit agnita. Atque huc jam pertinet, quicquid de illuminatione, de obsignatione, de testimonio interno docemur. In summa, vox & litera, per vividam in corpore ecclesiastico circulationem, se invicem sustentant, & sunt Spiritûs vehicula: Spiritus vicissim hæc omnia vegetat. Laudabile alimentum, etiamsi admixtæ sint particulæ quædam heterogeneæ, non impeditur, præsertim si quis non sit fastidiosus: habet homo internus, unde pascatur; cetera compensat vis Spiritûs digestiva, apud eos inprimis, qui largiter edunt ac bibunt. Hæc omnia si expendas; videas, primum, nullam fuisse rimam, apostolorum quoque temporibus, qua temerarentur scripta eorum: deinde, minime opus fuisse, ut omnes apices in omnibus exemplaribus sine ulla mutatione custodirentur. Quæ quidem ex toto etiam ad versiones Scripturæ S. qualescunque applicari possunt: quarum lectores alioqui sine fontium peritia miseri forent. Indidem autem differentia quædam exstitit Scripturæ Novi test. a Veteri. Obrepsit etiam apud Hebræos quædam lectionis varietas, sed multo minor. (vide *Iosephum* contra Apion. f. 1036 Op. ed. Lipsi.) Erant enim omnia tum adstrictiora, & sub infantia tirocinioque munitior debuit esse litera prophetica; quo clarius postea cerneretur implementum. Quo subsecuto, uberrima Spiritûs mensura prævalet. 2 Cor. III. 6. Heb. VIII. 11. Alphabetarius facile hæret in errato, quod vir doctus sæpe ne animadvertit quidem. Vnus Novi test. liber est, qui eandem exceptionem requirit, apocalypticus. nam ceteri gratiam in Christo præsentissimam commemorant, communibusque præsidiis, quæ laudavimus, septi fultique sunt: hoc autem libro, qui Iesu Christi exaltati proprius est quodammodo, Iohannes, ultra ceterorum apostolorum & sanctorum omnium mensuram, futura describit, idque nervosissime. Itaque & singulari jussu scripsit, & librum tam gravi clausula, de non addendo ac demendo, munivit. nam detrimentum, si quod factum esset, aliunde sarcire fideles non possent.

§ III.

Tam firma quum ſit integritas monumentorum N. T. univerſorum: tamen ad ſingula magis magiſque viudicanda conniti debemus. quem finem quum opera noſtra propoſitum ſibi habet: omnes, velim, in quos hæc cura cadit, omnia examinent; ex omnibus ea, quæ improbaverint, corrigant; quæ approbaverint, tueantur. Neceſſe habeo, monere aliquid. Sæpe fit, ut recenſio operis alicujus priſci adornetur ſtudio non quotidiano. poſtea alia alicunde feſtinatur editio, quæ illam totam referre videatur, & tamen vel maximam vel magnam bonæ frugis partem prætermittat; cetera ſphalmatis, etiam ſonticis, obſuſcet; & hæc detrimenta acceſſione tamen, aut mantiſſa, aut nitela quadam redimat. tum lector facilis, germanam illam exhauſtam ſuſpicans, tralatitiam arripit novitatis gratia, hujuſque errores vel veteri imputat vel ipſe amplectitur. denique qui inter poſteros eundem denuo librum recenſet, fraude illa miſere impeditur, ne per anteceſſorem, & ultra, & juvetur tantum & juvet, quantum potuiſſet germanum nactus exemplar. Quod ne in hanc recenſionem, qua ſyllabatim, longo tempore, examinata ſunt omnia, aliquando eveniat; in tanta materiæ ſubtilitate & methodi brevitate vix ſatis caveri poteſt, & tamen non mea, ſed aliorum cauſa, quibus mera veritas cordi eſt, cautum velim. Facillime equidem patior, opellam meam abs quovis vel adhiberi vel præteriri vel etiam reprehendi, quoad e re eſſe duxerit: unum rogo, ne quis certe editor quicquam vel mali commatis vel boni, quod non *ſciat* meum eſſe, pro meo habeat aut venditet; neve quidquam animi duntaxat cauſa convellat, generatim querelas inſtituens, ſi placet, de libertate critica, qua vel abuſus vel non ſatis uſus ſim; ſed juſtis omnia exemplis, ſi pote, comprobet. Relidua quoque habeo ex miſſ. ex edd. ex verſionibus patribuſque annotamenta, quæ compendiariæ criſi noſtræ nil nervorum adderent, ſed novam Milliani penoris editionem non male decerent. Ea, ſi uſu venerit, in commune conferre non recuſabimus.

§ IV.

Enimvero dignum eſt Millianum Opus, quod ſemper conſervetur, linetur, augeatur: niſi conſultius eſt, formari ex eo unam Collectionem aliquam, quæ textûs expers ipſa, omnibuſque textibus applicari apta, ex codicibus præcipuis, (quorum veterrimi ſuam jam ætatem ægre ſuſtentare dicuntur,) varietates plane omnes etiam minimas; ex reliquis, omnes, tantum non minimas, exhibeat: & pro utraque ſemper lectione codices, præcipuos certe, nominatim, ceteros per ſaturam; pro utraque etiam patres verſioneſque alleget; notatis etiam codicum hiatibus atque defectibus: ac ſubinde conjunctis omnium ſtudiis linetur atque augeatur. Controverſia eſt, quouſque in cumulandis variis lectionibus ſit progrediendum: & ſunt, qui ardorem hunc colligendi magnopere reſtinguendum putent; ſunt rurſum, qui de codd. adhuc excutiendis vehementer laborent. Veritas medium tenet ſobrie, cum uſu, ſine abuſu. nam variæ lect. ex codd. etiamnum reperiendis vel ſunt eædem cum iis, quæ exſtant, vel diverſæ. ſi diverſæ, redarguentur a tot generibus codd. antea collatorum: ſin eædem, in pleriſque tanta jam eſt aut firmitas, quæ augeri per codd. non poſſit; aut tanta ambiguitas, cujus deciſio non niſi per autographa apoſtolorum aut per novum lumen propheticum fieri queat, aut certe ab ulteriori ſcrutinio & a temporis

temporis maturitate, posteris divinitus reservata, sit patienter exspectanda. Sunt tamen aliqua loca, quorum genuina lectio paucioribus adhuc suffragiis codicum firmata est: atque hîc demum majores codicum suppetiæ, apud imbecilliores præsertim lectores, proderunt. Ceteroqui nimia codicum aviditas valde inimica fidei est: ea si absit, nulla diligentia potest esse nimia. nam varietas lectionis, quo magis, semel produci cœpta, augetur, eo melius minuetur. Multæque utilitates aliæ, si semper in mundo nobis erunt excerpta codicum quam copiosissima, sperari possunt. nam ex minimis vestigiis propinquitas codicum accuratissime noscitur: & minimæ apertissimæque aberrationes causas easdem habent, quas maximæ impeditissimæque: minima item differentia reliquam verbi locive sui partem comprobat: denique ubi minima curantur, eo magis constat, majora non esse neglecta. Quod si quis omnes omnium monumentorum varietates, quæ unquam exstitere, in numerato haberet; hic, scio, nullam offensionem, mirificam confirmationem sensurus esset. Recte ergo facient (si ex usu tam longi temporis fas est mihi monita quædam proferre) recte, inquam, facient, qui sphalmata editionis Millianæ per Kusterum iteratæ, in textu & notis, ex prima, Oxonienses, corrigent: qui etiam primæ errata ac prætermissa ex codd. in ea citatis, & ex editione Oxoniensi minore, corrigent ac supplebunt: qui ex prolegomenis Millii, notas ejus amplificabunt: qui cavebunt, ne codices singuli, sæpius excussi, v. gr. Romani, Parisini, Oxonienses, pro pluribus numerentur; qui nomina codicum hactenus excussorum non mutabunt, & noviter repertos nominibus potius, quam notis numeralibus, distinguent: qui codices Classis nostræ II aut ita jam collatos esse docebunt, aut ita posthac relegent, ut in Classem I produci mereantur; qui codices adhuc non excussos, Græcos, Latinos &c. dextre proferent: (etenim optandum est, ut Vindobonenses illi, quorum unum Gerardus a Mastricht præclaro exemplo delibavit, & Mosquenses, quorum unus nobis excerptus obtigit, plures vero jam catalogus Schiadæ habet, & Italici aliique, quos Le Long recenset, maturo tempore jubar suum in orbem effundant:) qui lectiones, quarum codicibus adjecimus *plureſve*, pluribus codicibus fulcire dignabuntur: qui versionum patrumque auctoritates non solum pro lectione marginis, sed etiam pro lectione textus, Whitbii more, notabunt: qui docebunt, quis sit cod. *Lu.* quem Millius sæpe citat, nusquam describit. Hæc omnia sunt ejusmodi, ut ad nitorem penoris Milliani pertineant: maximum vero operæ pretium fuerit, Latini interpretis antiquissimi reconditas lectiones pluribus fulsisse codicibus, (cujus rei specimen non unum in hac editione Apparatus recognita dedimus,) & versiones abstrusiores, Copticam præsertim, accuratius excussisse. ac singuli quidem eruditi homines singulas versiones, citra cæcum erga eas favorem, quam pulcherrime possent examinare. talesque ego suppetias etiam posthac grato animo accipiam, & fideliter in usus publicos producere conabor. Denique omnium optime facient, qui in hac tota re ita religiose verecundeque versabuntur, ut ne veritas aliquando amplius emersura, eos de sese & temere & longe relicta redarguat.

§ V.

Omnis vocula a Spiritu Dei profecta, spiritualem vim habet: eo minus dubium est, quin omnes literæ N. T. sint numeratæ, ut de capillis suorum loquitur Dominus.

minus. Magnas ergo rationes subesse oportet, quod tanta sit nata lectionis varietas. Quamvis enim pro multitudine insidiarum, quas omni tempore Scriptura sustinuit, integriorem eam omnibus scriptis humanis, si ea pari cura excutiantur, reperturi simus: tamen opinio humana dignius Deo putat, omnes prohibuisse differentias. Nimirum *quod stultum est Dei, sapientius est hominibus: & quod infirmum est Dei, fortius est hominibus.* Vt homines, natura mendaces, idonei tamen fiunt præcones veritatis evangelicæ: sic manus humana, tam lubrica, fit tamen organon ejusdem veritatis propagandæ. Si quis multitudinem variarum lectionum in omni genere scriptorum; si causas earum, in N. T. etiam proprias, expenderit; agnoscet, miraculum futurum fuisse omnium maximum, si tot exemplaria N. T. omni labilitati manus humanæ subtracta essent. Imo id miraculum adeo fuisset manifestum atque palpabile, ut fides Scripturis habenda, jam non esset fides. Illud autem, quod inter textum manus apostolicæ, & inter textum cujusvis temporis interest, sane tanti non est, ut providentiam Dei ad id miraculose avertendum commoveri oportuerit. Thesaurum gestarunt apostoli in vasis figlinis: virtus divina repolita est in litera labili. Sermo eorundem ipse erat oratoribus mundi spretus: ipsi videbantur ἀδόκιμοι & πλάνοι. 2 Cor. VI. 8. 1 Cor. IV. 10. Tota ecclesia gloriam suam habet in abscondito: foris, cruce & scandalis obruta contemnitur a mundo. Christus ipse habebatur infirmus, scandalum & stultitia. Iesa. LIII. 2 f. Matth. XI. 6. 1 Cor. I. 23. 2 Cor. XIII. 4. Talem ergo colorem etiam Scriptura N. T. induit. Ipse Christus est Signum, cui contradicitur: & literæ de illo sunt notæ, quibus contradicitur. Oportuit hic quoque scandala existere; ut manifesti fierent hostes Dei, Christi, Scripturæ & Fidei. Non est litera supra Spiritum: qui Spiritum repudiant, digni sunt, quibus litera videatur esse corrupta. Iis vero, qui Spiritu reguntur, etiam varietas literæ ad bonum conducit. Vniversam Scripturam ad ædificationem universorum sanctorum dedit Deus: alium alia pars ad salutem ducit: nemini uni totum est necessarium. Existimare ergo licet, multa loca iis, qui pridem vixerunt, sua integritate præcipue profuisse; & tum demum varietatem contraxisse; & rursum a varietate liberatum iri, quum alii erunt nati, quibus prodesse debebunt: multa, quorum genuina lectione obscuris ecclesiæ temporibus animæ piæ minus recte, minus opportune fuissent usæ, tantisper fuisse obtecta: lectiones, quarum vera est materia, quamvis a verbis primævis differentes, tamen virtute sua vegetasse pios: varietates in locis difficilioribus prohibuisse, ne infirmi lectione genuina abuterentur ad errorem; in locis elegantibus inservire, ut ipsarum oppositu magis illustretur nativa lectio: in prædictionibus, fecisse ad obsignationem, dum maturæ fierent ad intelligendum. Suis tandem temporibus omnia emergunt: & ipsa certamina critica ab impiis commota, a piis composita, sunt ᾠδαὶ veritatis novo tandem vigore erupturæ.

§ VI.

Vbi nobis interea dubitationis plus minusve remanet, non debemus urgere ac stimulare intellectum ad aliquid definiendum, neque obstinate constituere de hac vel illa lectione: sed imbecillitatem, tarditatem cæcitatemque nostram humiliter agnoscere; ex curiositate incuriaque veterum librariorum, perversitatem ingenii humani considerare; Deumque orare, ut ipse magis magisque Volumen suum vendicet.

Id

Id quod confore, juſtiſſima ſpes eſt; & eo quidem ordine, ut quæ ortu momentoque primæ erant varietates, poſtremo eximantur. Exemplis equidem non inutilibus paſſim in hac ſecunda editione declaravi, quomodo lectiones noviter erutæ, teſtiumque adhuc inopia laborantes, ſeorſum examinandæ veniant. nam etiam cum valde deſertas eas exiſtimares, nitori paulatim, &, ubi germanæ ſunt, auctoritati ſuæ reſtituuntur. Inſimul juvat expendere gradus differentium lectionum, qui varii ſunt.

I. pro ſtatu lectoris, nam una eademque varietas unum lectorem poteſt valde commovere, ab alio indifferenter haberi: uni lectori varietas aliqua, levior viſa prius, in præſenti poteſt gravior fieri, & deinde, ſoluta, eum paſcere, unum lectorem alia lectio poteſt ſolicitare; alia æquo tranſimitti animo. Et plane ubi non eſt præſens utilitas ac neceſſitas, fides ſanctorum ſtrenue præternavigat omnia brevia, & portum petit.

II. pro ratione temporum. Initio evangelii, genealogiam Chriſti multo expeditiorem haberi opus fuit, quam in progreſſu ejus. Graſſantibus antiquis hæreſibus, ſinceritas dictorum eas retundentium multo magis fuit neceſſaria, quam deinceps. Hodie quam expeditiſſima convenit eſſe loca illa, quæ ad controverſias recentiores, & ad ſtudium propheticum pertinent.

III. pro Perſona loquente. nam pluris eſt differentia, quæ cadit ſuper verba Dei, Chriſti, Paracleti, angeli, prodromi, apoſtoli, evangeliſtæ; quam quæ cadit ſuper verba diſcipulorum ante Aſcenſionem Domini; ſuper verba aliorum hominum, Domino & apoſtolis occurrentium, bonorum, alieniorum, adverſariorum; ſuper verba Pilati, Lyſiæ, Tertulli &c.

IV. pro materia ſermonis. Sic vel pronomina *nos* & *vos* tres habent gradus differentiæ, pro eo ac loquentis & audientium conditio vel par eſt, vel diverſa, vel longe diverſa: interdum magni, interdum non magni refert, particulam aliquam, v. gr. negativam, aut epitheton, legi vel non legi. Alia differentia ſermonem attingit, in ſolo idiomate Græco perſentiſcenda; alia ad rem pertinet, & in verſiones quoque manat. Alia minus, alia magis tangit rem propoſitam, ut cum in parabolis alia protaſin, alia apodoſin afficit. Minores ſunt, quæ ſynonymiam, ordinem verborum promiſcuum, phraſes æquipollentes, epitheta, particulas, circumſtantias ſecundarias in hiſtoria ſpectant: majores ſunt, quæ finem Scripturæ ullo modo, vario rurſum gradu, impediunt. Vbi ſeria quædam omnibus his de cauſis incidit dubitatio; vide, quid interſit. nam in qualibet varietate lectio utraque quiddam proprium habet, ſed & quiddam commune: quod commune eſt, id tene, v. gr. Matth. IX, 36 exſtat ἐκλελυμένοι, vel ἐσκυλμένοι: quorum verborum differentia facilius ſenſu quam ſermone notatur: commune tamen hoc habent, ut notent *deliquium virium.* id cepiſſe, ſatis erit tantiſper. Matth. XXVII. 35 æquiſſimo animo poſſumus judicium ſuſpendere, utrum allegata ſit prophetia de diviſione veſtium, nec ne. nam Iohannes plane allegat. Neque quicquam eſt dubiorum, quod non ex parallelis locis ab omni varietate immunibus, ex analogia Scripturæ totius, ex lumine communi poſſit expleri. Hæc eadem ratio religioſas animas retinebit, quo minus *conjecturis* aurem præbeant. Etenim duo ſunt, quæ præſtare conjector debet: primum, lectionem aliquam eſſe certo mendoſam; alterum, correctionem hanc, quam ipſe profert, unice genuinam eſſe,

nec meliorem alteram repertum iri. illud, vix unquam obtinebit quisquam; hoc, multo minus. Magnam conjecturarum silvam habent Proleg. Wetsten. a pag. 170. ad pag. 174, sed doctus collector vix ullam earum sibi placere, præclare fatetur p. 179. Ac mihi aliarum, quæ nihilo magis placerent, tanta multitudo occurrit, ut colligere desierim. Etenim talia in quemlibet versiculum comminisci satagens potest ingenium: sed quid juvat? nisi ut textus sollicitati recondita sæpe elegantia, vis ac sanitas eo magis eluceseat.

§ VII.

Lectiones vero, corruptelæ suspicione liberatas, æque pro verbo Dei debemus amplecti, & ad nostram aliorumque ædificationem in fide, spe, amore adhibere, ad ceteras ejusdem Verbi particulas nulla unquam suspicione tactas. Neque id tamen ad simpliciores fieri debet per apertam vulgatioris contextus reprehensionem aut vanam scientiæ ostentationem. qui sapit, nihilominus succum salutarem omnibus, etiam inscientibus, suo modo, loco, tempore & ordine suggeret. Præterea nemo auctor fuerit, ut quotidiana exemplaria plerisque, nedum omnibus varietatibus codicumque nominibus onerentur: iis duntaxat lectionibus, quæ contextum vincunt aut æquiparant, marginem dari æquum est. Rursus quemadmodum in foco mundities adhiberi debet, a mensa abesse fastidium: sic in opere critico faciendo debemus esse accurati; in gustu & fructu verbi divini ad salutem, liberales & animosi.

§ VIII.

Quod si hac sobrietate, tranquillitate, sedulitate, Scripturam tractabimus, habentibus dabitur: sinceritatque ejus in dies magis magisque quasi reviviscet, ut ne de minimo quidem dubitatio superit. Totam quidem lectionis diversitatem jam erutam esse, colligere licet ex iis, quæ diximus: sed quasdam lectiones adhuc pauciora, quam infirmioribus sufficit, monumenta firmant. Venire vero dies potest, cum Irenæus græcus totus, cum Origenis plura, cum alii patres antiquissimi, cum græci codices ad confirmationem codicum adhuc collatorum idonei eruantur. Quod si summam facias historiæ monumentorum N. T. prima quæque & optima prius ex conspectu venerunt, quam cetera: & inverso ea ordine iterum exoriuntur. Media quasi eclipsis fuit, in occidente certe, ante captam Constantinopolin. Tum sola vigebat *Latina* versio, eaque in codicibus *inquinatissimis*. Eruti sunt deinde codices *Graeci qualescunque* per Vallam. Alii, crescente literatura, ex mutua codicum & patrum *utriusque* linguæ, ut tum loquebantur, collatione progressi sunt, qua dabatur, gustu etiam quodam *orientalium* versionum sensim accedente. Novum jubar attulit *Alexandrinus* codex cum aliis non dissimillimis, *versiones antiquissimae*, *patrum antiquissimorum* opera aut fragmenta certe. quid superest, nisi ut reliduæ lectiones pauculæ, quas primitus viguisse certa jam indagine apparet, vim suam per plures, meliores, antiquiores paulatim codices *Graecos* recuperent? Ipsius denique manus *apostolicae* nullum jam diu vestigium remanet: neque tamen nulla sperandi causa est, fore, quum autographa illorum, suis criteriis prædita, in lucem redeant. vid. *Grom.* ad Act. XIX. 19. Certe omnes fines suos Verbum Domini assequetur: idque fines suos assecutum esse, constabit. *Donec transeat coelum & terra, jota unum aut unus apex non praeteribit a lege, donec omnia fiant. Coelum & terra transibunt; verba autem Christi non praeteribunt.*

PARS

PARS IV.

SIVE

APPENDIX

CETEROS

BENGELII

LABORES

IN N. T. CRITICOS, SEPARATIM

ANTEHAC EDITOS, COMPLECTENS.

Habentur hîc ceteri critici in N. T. labores b. D. BENGELII, secundum seriem temporis, quo prodierunt, vel argumenti, de quo agunt.

N. I. *Prodromus* N. T. Græci rectè cauteque adornandi. ed. *Stutg.* m. Apr. 1725, & cum *Chrysostomi* de Sacerdotio Libris VI recognitis, & seorsum.

N. II *Notitia* N. T. Græci rectè cauteque adornati, *Tub.* m. Febr. 1731.

N. III. *Praefatio* minori editioni N. T. Græci præmissa, *Stutg.* 1734.

N. IV. *Defensio prior*, excusa cum *Harmonia Evangelistarum*, Germanice, *Tubingae*, A. 1736, & Latine, seorsum, commodius, paullo auctior, A. 1737, *Lugduni Batavorum.*

N. V. *Admonitio*, editioni minori, Anni 1734, postliminio adjecta Anno 1738 mense Aprili.

N. VI. *Comparatio* locorum præcipuorum N. T., in quibus Versio *Lutheri*, textus græcus *Reineccii*, & textus græcus a *Bengelio* revisus differunt, addita Anno 1740 ad Biblia originalia *Zellichaviensia.*

N. VII. Ordinatum, modestum, verum *Examen* singulorum XLIII Canonum criticorum *Gerardi a Maestricht*, datum in præf. Gnom. N. T. ed. 1742, § VIII. IX. X. (Quæ in ipso *Gnomone N. T.* passim critica habentur, ea suis singula locis intulimus, in App. Cr. P. II.)

N. VIII. Curriculum vitæ b. *Bengelii*; inprimis, quod attinet ad labores ejus criticos: collata *Rathlefi* historia Eruditorum, 1743, & b. *Tasingeri* Serm. fun. 1752.

N. IX. *Necessaria responsio*, Ed. III. *Ulmae* 1745, cui tota inest *Defensio altera*, Novis literariis *Tubingensibus* inserta, A. 1739, & eodem anno seorsum recusa.

N. X.

N. X. Elenchus adverſus *Berghauerum*, datus in Homiliis LX Apocalypticis, ed. *Stutg.* 1748; una cum Excerptis Criticis ex *confirmato Teſtimonio* (*Bekr. Zeugniſs*) ed. *Stutg.* 1748, & ex Appendice *Germanicae* Verſ. N. T. ed. ibid. 1753, & ex *Apologia pro honore Scripturae ſacrae* (*Ehrenrett. der h. Schrift*) ed. *Lipſiae* 1755.

N. XI. *Tractatio de ſinceritate* N. T. Græci tuenda. *Halae Magd.* 1750.

N. XII. *Admonitio* ad præfationem minoris editionis N. T. Græci Ed. II adjecta A. 1753.

N. XIII. Ex *Clavicula* N. T. græci, quæ ſuperſunt, calamo b. Auctoris cuſa, ſed non plene abſoluta.

N. XIV. *Catalogus* præcipuarum *lectionum variantium*, genuinarum, ancipitum, ſequiorum, olim in *margine* textus ſacri poſitarum, nunc ſeorſum huc tranſcriptarum; uti eas, pro diverſo firmitudinis gradu, ſalvo prorſus lectoris judicio, iterata recognitione taxavit b. *Bengelius*, in ed. *Tub.* 1753.

itemque, Catalogus *locorum parallelorum*, eidem editioni in margine ſubjunctorum.

itemque, *Notulae* criticæ, hermeneuticæ, quas vel illa ipſa editio *Tub.* 1753 habet, vel ſua manu b. Auctor exemplari privatis uſibus deſtinato adſcripſit.

Hæc tria in unam nunc tabellam ſolicite collecta Lector invenit.

APP. CRIT. P. IV.

Nro I.

PRODROMVS NOVI TESTAMENTI GRÆCI RECTE CAVTEQVE ADORNANDI.

EDITVS MENSE APRILI ANNO cIↃ IↃcc XXV.

S V M M A.

§ I. Consilium adornandi *Novi Testamenti Graeci.*
§ II. Leges duodecim.
§ III. Textûs quam limatissimi pretium subtile ἦθος ostendit.
§ IV. Quibus rebus adductus hanc crisin susceperit editor, & nunc promulget.
§ V. Quid a benigno lectore petat.
§ VI. Petita sex.
§ VII. Qua conditione hæc petantur.
§ VIII. Preces mutuæ.

LECTORI CHRISTIANO SALVTEM PRECATVR

M. IO. ALBERTVS BENGELIVS, V. D. M. & PRÆCEPTOR in cœnobio Denkendorfino.

§ I.

Novum D. N. I. C. Testamentum, idque originalis linguæ, h. e. Græcum, divina, ut modeste confido, gubernatione sensim adductus, & Illustris Consistorii Wirtembergici auctoritate confirmatus propensissima, recensendum interpretandumque suscepi.

§ II.

Leges, quas mihi fixi, earumque rationes, ut nunc sunt (nam indies sub manum explicatiores fiunt) sic se habent.

LEX I. Declarationem N. T. Græci dato brevem, sed continuam.

Ea videlicet 1 Notis constat per omnes N. T. libros & tmemata decurrentibus. 2 pertinet ad fontem Græcum, & verborum, quæ is habet, noematumque vim admira-

mirabilem ; petita primum ex ipſo contextu, periocha, ſcriptore, deinde ex toto N. T. (ſic non deſiderabuntur *loca parallela*) deinde ex LXX Int. tum ex patribus Græcis ſtilum Novi Teſt. imitatis ; poſtremo, ubi aliqua neceſſitas flagitat, ex profanis ſcriptoribus. Emphaſes falſas refutat aut diſſimulat ; veras indigitat. 3 expedit ſuas partes nervoſe ac breviter, adhibitis etiam aliorum vel defunctorum vel florentium commentationibus obſervationibuſque hermenevticis. Habebit hîc ſedulus N. T. lector, quod meditetur, & quo ſuas meditationes & excerpta referat. Nolim levis promiſſor exiſtimari : non jam ſub prima incude totus hic *Gnomon* (ſic enim inſcripſi, rotunde) ſed ſub lima eſt.

L. II. Seorſum edito corpus ipſum N. T. Græci, ſive textum, quam religioſiſſime recenſitum, & Criſi compendiaria inſtructum.

Dum in Notis illis, quas dixi, verba accuratius ſcrutabar, identidem de ipſa eorum lectione (ſæpe enim ab articulo aut particula, a caſu, tempore, modo aut numero, ab ellipſi, a verborum ordine & delectu pendet res) penitius diſpicere neceſſe fuit. Vnde ad ipſum contextum recognoſcendum incidi. In quo ſi quis forte dubitat, an poſt tot labores tantorum virorum ſalutare quidpiam per organon minime ſpecioſum navari poſſit ; & an ab homine temporis pretioſitatem agnoſcente tantum operæ impendi, ab aliiſque ſubſidia librorum & fida conſilia (id enim agitur) ſuppeditari conveniat : hic velim tantiſper eo patientius præſenti *auſcultet* prodromo. Contextus igitur modico volumine cum criſi edetur, ut vel Gnomon ille vel hic contextus ſeorſum haberi, hic etiam in pera commode circumferri poſſit. Semel N. T. Græcum in Wirtembergia prodiit, cum interpretatione Latina, accurante abavo meo, *Matthia Hafenreffero*, piæ memoriæ Theologo ; cujus exemplo ſacrorum cupidis librorum inſervire, maximopere juvat.

L. III. In contextu medullam exhibeto editionum probatiſſimarum : nullam ſyllabam antehac non receptam recipito.

Ecquid agnoſcis, lector, verecundiam & cautionem meam ? Oro te, ut tertiam hanc legem, quotieſcunque neſcio quid ſolicitudinis procedente ſermone noſtro tibi oborietur, recordere. ne ſyllabam quidem, inquam, etiamſi MS. mille, mille critici juberent, antehac non receptam, adducar ut recipiam. Porro *receptam* lectionem non appello eam, quæ in una alterave editione vetuſta & ignota hæret : ſed eam demum, quæ in exemplaribus hodie vigentibus lectitatur. vigent autem, quæ pridem typographi Baſileenſes, Pariſini, Argentinenſes, Lipſienſes, Francofurtani, Genevenſes, Witebergenſes, Londinenſes, Amſtelodamenſes aliique excuderunt & recuderunt : tum, quæ Arias Montanus, Beza, Caſaubonus, Scaliger, Bœclerus, E. Schmidius, Curcellæus, Fellus, Leuſdenus, Rechenbergius, Frankius, Millius, Pritius, Majus, Kuſterus, G. a Maſtricht, Reineccius, Cyprianus, Wiliſchius, ceteri, vel ſtudio recognorunt, vel conſilio adjuverunt, vel notis auxerunt, vel præfationibus ornarunt. Omnia ex tribus fontibus, ad quos ipſos recurrimus,

Com-

Complutenſium, *Eraſmi & Stephanorum* propagata ſunt, vario quidem temperamento: unde illud oritur incommodum, ut duplex, ſi attendas, multorum locorum recepta inveniatur lectio. Hîc quid conſilii? alteram videlicet contextus, alteram margo noſter exhibebit, utlectoribus, cuicunque editioni aſſueverint, ſatisfiat. Primæ autem partes R. Stephano, quaſi præſcriptionis jure, manebunt. Ita paci, opinor, & infirmiorum conſcientiæ conſulitur; veritati ejuſque cognitoribus, deinceps.

L. IV. Interpunctionibus, ſpiritibus & accentibus non mediocrem curam impendito.

Hæc ſigna literis N. T. primitus non fuiſſe adſcripta, ſatis vel una confirmat Oxonienſium præfatio N. T. Bene. nam ſi fuiſſent, quis ea hodie poſſet dijudicare? ita ſibi indulſere; hac ipſa fortaſſe doctrina abutentes, librarii; vellem, ne etiam editores interdum. Etenim qui libros MS. verſant, in verba potius, quam in has epiphyllidas intenti eſſe ſolent: ceteri unum potius exemplar, quod referant, quam antiquæ veritatis obruſſam tuentur. Illud certe mirum, quæ ipſe R. Stephanus corrigi ſub calcem juſſerat libri ſui, ea ne nunc quidem mutata, ex editione in editionem propagari. rurſum nimia ſedulitas paſſim ea, quæ ſana erant, ſolicitavit. Non eadem igitur ubique optima ſunt, quæ vulgatiſſima. Atqui præſtabat, nudum relinqui textum, quam falſis intelligentiæ adjumentis perplexum dari. Fere tamen ex codd. MS. ex interpretibus & doctoribus bonis invenias aliquem, qui verum viderit. Ergo ubi novitatis ſpecies eſſe poterit, auctorem appellabo; ubi temeritatis, in margine me continebo. De *diſtinctionibus*, parco producere loca, ubi alius editor punctum, alius colon, alius comma, alius ne comma quidem habet: ac ni fallor, unius Pauli epiſtolæ majore illarum varietate afficiuntur, quam omnes in Hebræo codice accentuum myriades; quibus Oculum divinum, tanquam altioris originis apicibus, invigilaſſe, hoc ipſo non contemnendo videtur diſcrimine poſſe convinci. Plane per omnes libros N. T. & per omnia capita melior hodiernâ fuerat diviſio in periodos, cola & commata, ante R. Stephani *diviſionem in verſiculos*: quam cum ille ſubito, partim etiam in equo, non exiſtimans videlicet, tanto eam conſenſu receptum iri, conſeciſſet; accidit deinceps, ut verſiculus ſive ſuo ſive alieno terminatus loco majorem obtineret diſtinctionem, reliqua ad eam cogerentur. hic quid vetat ad MSS. editioneſque vetuſtiores diſtinctionem revocare, adhibita in allegatis V. T. in figuris patheticis, in particulis quibuſdam analogia *accentuum Hebraicorum?* & tamen diviſio ipſa tam in verſiculos, quam in capita, exacte, in margine tamen, ut ſubactiſſimo cuique Scripturarum cultori placet, repræſentabitur. Sine *accentibus* nonnunquam excuſo N. T. Græco plus vel veniæ vel gratiæ deberetur, quam Bibliis Hebraicis non punctatis; a peritis certe, quorum multi hodie in ſuis ſcriptis loca Græca, etiam e N. T. eleganter ſine accentibus exhibent. Sed hoc aliis relinquimus.

L. V. Criticam farraginem Millii, & quos is vel anteceſſores vel imitatores cenſoreſque habuit, ſcrutator.

Controverſia eſt de eo, quod juſtum nimiumve ſit in congerendis variis lectionibus: ſed in verbis divinis nulla diligentia nimia eſſe poteſt, dum ne perverſa ſit. Qui ſpiritu carent, litera quam firmiſſima ægre nituntur; qui ſpiritu valent, literam quandoque ſubleſtam concoquunt: & tamen literæ ἀκριβεια juxta cum ſpiritus ſervore & fideliter retinetur & leviter amittitur. Non dubium eſt, quin prima manus apoſtolorum primis lectoribus longe amœniſſima fuerit, ipſo orthographiæ modo ἰδιωτείαν illorum referente. ea manus, ſi ſupereſſet, ſine ullius literæ arbitrio ſervari deberet, ut credibile eſt eam a primis librariis ſervatam eſſe. Sed pridem cum cultura ſpiritus etiam literæ curatura refrixit: quare opera danda eſt, ut apographis ſaltem inter ſe collatis & conciliatis, archetypon quam proxime aſſequamur, neque quicquam, quod huic rei conducit, præ majorum ſcilicet rerum ſtudio, aſpernemur. Tantum abeſt, ut Milliana methodus μικρολογίας accuſari queat, ut major etiamnum accuratio optanda ſit: plurimumque refert Chriſtianæ rei, unum quoddam inſtitui *corpus* vel cum contextu N. T. Græci vel ſine eo excuſum, in quo notata ſit & ſubinde ſuppleatur omnis illa major omnino, quam natam velles, ſed tamen eo ſuſpicioſior, quo occultior, lectionis varietas; codiceſque pro lectione ſingulorum locorum utraque (perraro enim multiplex eſt) pro utraque, inquam (ne altera alteram falſo codicum vincat numero) adjiciantur; palmarii vero duntaxat ad minimos uſque apices excerpantur. Nam lectionis, quæ v. gr. in unica literula variat, reliquæ literæ omnes non variatæ, eo ipſo indicio confirmantur: & a ſphalmatis manifeſtiſſimis certiſſimæ colliguntur obſervationes, quarum ope impediſſimæ ambiguitates demum expediuntur: tum quo abſurdior minutiorve eſt diſcrepantia ſcriptionis, hoc magis ea prodeſt vigilanti lectori in obſervanda vi & elegantia lectionis nativæ: quod vero ſupervacuum ſexcentis lectoribus ipſique varietatum collectori videtur, id tandem aliquando aliquem nec opinantem juvare poteſt, ut aliquid etiam ceteris ſine labore profuturum eliciat. denique ex ejuſmodi penore innumerabilibus dubitationibus & difficultatibus occurri poſſet. Vtinam priſtini editores, qui codicibus MS. uſi ſunt, quicquid in illis fuit, id præciſe notandum putaſſent: ſunt, quæ, qualemcunque ii dedere contextum, cum lætiore fidei fructu haberemus definita, de quibus nunc, quod ad illorum codices attinet, ſuſpicando fatigamur. Hodie certe alios deterrere ii non debent, qui ipſi hujuſmodi laboris utilitatem, præ gratiori vel diviniorum vel deteriorum rerum ſenſu minus percipiunt. Equidem, ſi quis Millium Kuſterumque *ſupplere* cogitat, variantes ei lectiones ex MSS. excerptas æque libenter, ac MS. codices accipio, impertiam. Sed enim editioni quotidianis uſibus dicatæ, qualem ego paro, potiora duntaxat adjici par eſt: quæ ut educantur, tota debet farrago perquiri. Nam primi editores nec ſinguli nec conjuncti habent omnia. Maneat ſua cuique veriſſima laus: ſed vincat rei veritas. Ea proprie pro genuina agnoſci debet lectio, quæ ab apoſtolorum ore ac manu in omnia climata & ſecula manavit: & ad hanc quam plurimis vetuſtis monumentis quam penitiſſime cognitis quam proxime perventur. Tres autem recen-

recenſiones illæ non ſane omnia exhauſerunt. Rob. Stephanus contulit XV MS. Cod. Græcos, variæ indolis ætatiſque; Eraſmus primo IV, deinde V: Complutenſes, quum haberent neſcio quam multos, præcipue unum quendam probarunt & expreſſerunt. Atque hi nudum textum dederunt: Eraſmus eas potiſſimum lectiones indicavit variantes, ubi a Græcis Latina diſcreparent. Stephani copioſiores videantur; ſed tamen *loca plus ſeptingenta* editionis Complutenſis *ſicco pede Roberto praeterita* Millius notavit: quid cenſebimus factum in MS. Codd. quibus editionem illam antepoſuit Robertus, quum totas ſæpe paginas ſine varia lectione tranſmittat? nam Henrici collectanea ex X plus minus aliis Beza demum non tam adjecit, quam ſublegit. Primum igitur nulla harum editionum ita amplectenda eſt, ut non lectiones excerptave reliquarum duarum & omnium illius ætatis diverſum quidpiam præferentium adhibeantur: præſertim quum Complutenſibus Eraſmus offenſior, R. Stephanus in Eraſmum, quem tamen, invidiam fortaſſe fugiens, non nominat, propenſus nimium fuerit; uſque eo, ut ne dubitationem quidem ipſius Eraſmi in annotationibus indicatam, nedum paucitatem codicum ejus moraretur, immo ut π id eſt, παντας, *omnes* ſuos codd. in his ipſum Complutenſem, quem tamen præcipue laudat, Eraſmo poſtponeret. Porro quis eſt, qui ſpondere poſſit, eoſdem editores genuinas lectiones omnes & in illis ſuis MS. vidiſſe, & recto delectas judicio in editionum ſuarum contextu notiſve produxiſſe? præſertim illo renaſcentis literaturæ diluculo, ſub quo Complutenſes & Eraſmus degebant; illaque tanta occupatione, qua Eraſmus Stephanuſque diſtricti fuere. Includuntur illi ab A. 1514 ad 1550 annis 36; at annorum 175, qui interim elapſi ſunt, quanto eſt proventus uberior? Apparatum illorum omnem longe ſuperavit apparatus Felli Oxonienſis, longe utrumque Millianus, tot MSS. Græcis inventis & ex intimo Oriente Chriſtiano advectis, ipſoque illo *Alpha Alexandrino* adjuncto, cui etiam ἐυλαβίσατος in criſi Gerardus a Maſtricht plurimum omnium tribuit. tum, linguæ orientales ſuſcitatæ: verſiones antiquæ limatæ & collatæ: monumenta patrum Latinorum Græcorumque cruta & perpolita: ſolertia codicum exeutiendorum aucta: regulæ criticæ exſtructæ: ſcrutinium ſcripturæ alte evectum. Complutenſes, Eraſmus, Stephanus ſi in hanc vitam redirent, majori eis miraculo foret, quam nobis eſt, tantus hic divinitus oblatus profectus. Adhuc enim collecta plura, quam delecta ſunt; quin etiam plura obſervata a ſingulis, quam in unum collecta locum. Vaide quidem multas non ſolum lectiones variantes, ſed etiam criſes ſubactorum hominum *Millius ille* ſuis auctas dedit: ſed non omnia exhauſit. neque enim potuit. v. gr. *Saul ertum utcunque ſummo ſtudio quaeſitum ut videret*, negat ſibi contigiſſe: credo, ne ceteros quidem Germanos. Ordinatiorem criſin condidit *Gerardus a Maſtricht*: ſed fere codices ab Oxonienſibus citatos ſpectavit; quo factum eſt, ut ſæpe lectionem aliquam quaſi uno alterove codice male nixam rejiceret, quæ non modo MS. ſed etiam impreſſorum librorum numero valet. Apud utrumque bonam frugem infinita aliarum quamvis bonarum rerum copia, quo minus appareat, impedit. Multa poſt hos duumviros alii, neque eorum pauci per hos ipſos excitati, ſæpe etiam veriora eaque vel liberiora vel tutiora, quam horum utervis, viro virum acuente, die diem docente, produxerunt, ut in hac quoque parte cum ſumma

ma laude verſatus, meumque inceptum liberali cohortatione proſequutus Cancellarius Tubingenſis, C. M. *Pfaffius*, tum, *Whitby*, *Clericus*, *Bajerus*, *Reineccius*, ceteri. *Bentlejum* alioſque exſpectamus. Hæc congeri, hæc digeri, hæc augeri & lambi, expedit. id agam pro virili parte: agant etiam paratiores.

L. VI. Alios codices manuſcriptos ſuperaddito, alia ſubſidia, quorum copia erit.

Nullo, *nullo modo* id agitur, ut variantium lectionum ſine diſcrimine cumuletur numerus, ſed ut ad paucitatem quam lætiſſimam redigatur: neque ut de pleriſque lectionibus, quæ jam liquido veræ aut falſæ noſcuntur, ſiue ſine laboretur; ſed ut de iis, de quibus per teſtimonia codicum adhuc prolata in utramque partem diſceptatio remanet, certius aliquid definiatur. Potuit v. gr. præclara lectio quædam & a Complutenſibus præteriri, & ab Eraſmo ignorari, & a Stephano poſthaberi, & a Millio debilius confirmari: hîc demum novorum codicum ſuppetiæ non poſſunt non eſſe exſpectatiſſimæ. Detur exemplum. Hebr. II. 9 legitur, χάριτι Θεοῦ. Notat Millius, χωρὶς Θεοῦ, *Codd. aliq. teſte* (*praeter* Hieronymum) Origene, Theodoretus *haud ſemel*, Ambroſius *libb. 2 & 5. de Fide*, Vigilius Tapſenſis, Fulgentius *ad Thraſim. & de Incarn. Verſio* Syr. *in MS. Cod. al. teſte Troſtio* (*eaque ſola*) *lectionem utramque repraeſentat.* Hæc igitur & Syris, & Græcis, & Latinis cognita lectio, quæ Bezæ quoque placuit, illam nobis receptam, ſi non vincit, at certe æquiparat. nam Chriſtus mortem χωρὶς Θεοῦ γευτάμενος idem eſt quod μὴ ὢν ἴσα Θεῷ, Phil. II. conf. C. *Corneri* Allegor. Pſ. VIII. idemque quod *Filius hominis, mortuus proinde, ac ſi is non eſſet Deus.* ותחסרהו מעט מאלהים hoc enim Pſalmi VIII apoſtolus reſpicit, uti τὸ γεύσηται ex מעט deductum indicat. hac lectione nec Neſtoriani (quos tamen qui ea abuti videbant, v. gr. Theophylactus & Oecumenius, χάριτι libentius retinuerunt) quicquam adjuti ſunt, & Ariani potenter revicti: de qua plenius in Gnomone. Iam Millius: *Editis congruit, quicquid uſpiam hodie eſt librorum MSS. Gr. & Lat.* Immo vero χωρὶς clare habent (vide, quide odices juvent) perveteres membranæ Vffenbachianæ.

Namque vir ill. & exc. *D. Zach. Conr. ab Vffenbach*, Senator & Scholarcha Francofurtanus, ſingulare in orbem literarium liberalitatis exemplum, primus omnium Codd. ſuos N. T. MS. Græcos & viæ & mihi commiſit, unde non mediocre operæ pretium lector me inſerviente feret. Porro Baſileenſium codicum & inſignium & multorum fructum huc paratum eſſe, pro antiquo & perpetuo illius urbis in optima ſtudia favore confirmarunt *I. C. Iſelius* & *I. L. Frey*. Tiguro *I. B. Ottius*, Auguſta Vindelicorum *P. I. Crophius* ſimilem humanitatem detulere. Ad hos viros celeberrimos aliis ex locis alii, quos appellari ſe nolle ſuſpicor, accedunt, ipſorum cimeliorum, vel excerptorum certe data ſpe optima. Manet tamen hoc in cœtibus Chriſtiani nominis ceteroqui diviſis, ut quiſquis ex ulla parte quidpiam aliis confert ad ſacrorum nitorem voluminum, apud optimos quoſque etiam ſuæ partis ſine invidia gratiam ineat. Superaddidit Millio Codices XII. *Ludolphus Kuſterus*:

ferius : non pauciores mihi jam in numerato ſunt : atque hunc numerum non jejuna & inſolenti præſumptione projectus, hoc prodromo emiſſo, augere ſtudeo. Germania noſtra, in reliquis ſtudiis ſacris excellens, ad Græcum contextum, cum ab Eraſmo diſceſſerit, adhuc non plurima contulit : nunc codicum paſſim jacentium utilitatem ut ii, qui habent, vel ſua, vel cujuſvis alterius, vel mea denique opera in medium proferri velint, optandum eſt. Fecit aliquid, dexterrimo conſilio, *I. C. Wolfius.* Vtinam vero faciat pro facultate multo maxima ex V. C. *Athanaſii Schiadæ* Arcanis æſtimanda, in hanc quoque nixa laudem Ruſſia. Faciet etiam fortaſſe Italia, per *Scip. Maffejum*, qui jam *Caſſiodori* Complexiones in Epiſtolas, Acta & Apocalypſin, Verſionis Latinæ veteris veſtigia ſervantes, Florentiæ, majoris, vellemus, gazæ pignus, edidit.

L. VII. Manifeſta ſphalmata plane negligito : quæ lectiones aliquid ſunt vel eſſe videntur, harum Syllogen facito.

Hac lege vix quinta pars variantium lectionum, quarum citius conſpecta multitudine quam levitate perſpecta, plerique perterrefiunt, remanebit. Deo gratia. Quæ autem volumini N. T. in extremo adjicietur critica Sylloge, hæc lectiones complectetur vel minimum momenti a re, auctoritatis a codicibus habentes, cum ipſorum codicum ſuffragiis. Huc recurrere poterunt, qui vel majora vel minutiora quærunt.

L. VIII. Eadem Sylloge clavem præfixam habeto criſeos N. T. generatim.

In ea clave agitur de tuta ſanitate lectionis N. T. quod ad ſummam rei pertinet, in omnibus exemplaribus ; aſſeritur τὸ θεῖον ſub ipſa lectionis varietate latens; oſtenditurque tamen neceſſitas ſcrutinii critici ex Theopneuſtia verborum fluens. Agitur de conſtitutione lectionis per editiones receptas ; deque apparatu monumentorum, unde tota lectionis varietas colligitur. Codices, Verſiones, patres, ordine facili enumerantur ; ſingulorumque indoles, conjunctorum affinitas vel differentia, & inde proveniens varia vis notatur ; verſionum autem patrumque ubi minus, ubi majus ſit pondus, expenditur. Agitur inde de ratione utendi illo apparatu : datur ſcala graduum probabilitatis & momenti, ſingulis lectionibus facile admovenda ; & *unicus Canon*, non tamen cothurnus, veræ lectionis ab omni alia diguoſcendæ. Atque hic canon jam fixus & quatuor verbis comprehenſus eſt ; ſed proferre nondum maturum, quia ſine juſta declaratione minus fidei inveniat: complectitur autem omnem poteſtatem canonum XLIII Gerardi a Maſtricht ; & omnes lectionum vel conſilio vel caſu variantium cauſas, verarum falſarumque criteria. ubi multitudo codicum major veritatem lectionis ſequitur (ſequitur autem ut plurimum,) eorum auctoritatem canon confirmat : ubi alia interdum lectio vera eſt, defectum codicum ſupplet : ubi anceps eſt deciſio, cauſam, cur anceps ſit, aperit. Notata modo damus aliqua, quæ idem *canon* ambitu ſuo complectitur, ad *Chryſoſtde*

de Sacerd. pag. 460 & 511. *Pag. 460 ſunt haec* : Non alienum fuerit hoc loco fonticam corruptarum lectionum cauſam explicare. Plerumque ubi lapſus accidit in ſcribendo, *offendiculum* in medio eſt : hoc offendiculum fere ſemper eſt in ipſo *contextu*, quum librarius non tam in ea, quæ ſcribenda erant, intentus, quam in ea, quæ minore, interdum etiam majore intervallo præcedunt aut ſubſequuntur, incurrens, horum aliquid arripit. Adoleſcentiam inſtituo : literas ipſe tero : paroramata multa diſpungo : jam pridem ad hanc offenſionum cauſam attendo. auſim dicere, eâ *dimidiam partem* variarum lectionum in omni ſcriptorum genere, atque in ipſis N. T. libris (quo nomine copioſior ſum in hac re) contineri. Quæ res ſi diligentius attendatur, dici non poteſt, quantum adjumenti ad eximendas *dubitationes* allatura ſit. De ſupervacuis *repetitionibus* hinc natis nil dubium eſt ; de noxiis *omiſſionibus* conqueruntur omnes : ſed & *commutationes* pleraſque hæc cauſa dedit, ut vox aliqua ejuſve initium, medium, finis, per alliterationem aut parecheſin mutaretur in ſonum verbi prævii vel ſequentis. ex. gr. Apud *Herodianum* hodie ſic ſcribitur : ὃς ἠθέλησαν μερίσαι τὴν ἀρχὴν, ὡς μὴ πάλιν ἴσχυσαν ἐξουσίαν εἰς τυραννίδα πάλιν ἐξοκείλῃ. l. 7. c. 10. leg. παρ' ἐνὶ ἔσχαν aut ſimile quidpiam : πάλιν irrepſit, quia πάλιν ſequitur. Sic *Baſilius Sel.* Or. VI ſine dubio dixit : τὰς δὲ τῆς κρίσεως ἀφορμὰς ὁ τῆς Φύσεως δεσπότης τῷ νῷ παρατιθέμενος ἔλεγεν· εἰσελθε εἰς τὴν κιβωτόν. at loco κρίσεως obrepſit Φύσεως, quod mox ſequitur. *Et pag. 511 haec habentur* : Fit perſæpe, ut librarii elegantiam, quam non capiunt, corrigant ſcilicet, alius huc, alius illuc euntes : — Talium locorum *media* fere lectio pro genuina ; extremæ, ob id ipſum, quia faciliores, pro *gloſſis* habendæ ſunt. —.

L. IX. In eadem ſylloge, quolibet libro Novi Teſt. ineunte, indicantor codices in eum collati.

Ita omnium rerum quam expeditiſſimum erit judicium : neque ſolum pro lectione variante, ſed etiam pro lectione contextus computari codicum poterit numerus, ne hæc, ubi debilior revera, & tamen *centenos* codices habere credita eſt, illam opprimat ; ubi ſana, a variante codices item multos oſtentante infirmetur.

L. X. In ſingulas variantes lectiones allegato codices.

Allegabuntur Codd. MS. Græci, præcipui nominatim, ceteri ſummatim : editiones, ubi quælibet in præſenti ex MS. conſtituta videbitur : verſiones antiquæ : Patres Græci & Latini. Subinde etiam ad evolutionem illius canonis clavemque Lege VIII memoratam lector remittetur.

L. XI. Ex hac ſylloge lectiones variantes potiores etiam ſub ipſo contextu in margine repræſentato.

Hoc cum aliorum editorum probatorum, tum Theologorum probatiſſimorum, *M. Hafenrefferi*, *A. Rechenbergii*, *I. G. Pritii* fiet exemplo, qui ſuarum editionum margi-

marginibus varias addidere lectiones, earumque multas in nullo contextu excusas: quare si nullam ipsi veram esse posse existimassent, talem delectum non habituri fuerant. Nonnulla, quæ illi prætermisere, ponentur: multa, quæ illi posuere, prætermittentur; ut margo noster pauciores fortasse, quam parcissimus quisque, varias piis lectiones objecturus sit. Et habebit tamen contextus, sed magis contextus cum margine, sermonem N. T. quam proxime, ut confidere fas est, cum prima manu hominum Dei convenientem, residuumque locorum, de quibus adhuc considerare operæ pretium est; reliqua molestissima scobe varietatum nihili amandata. quid? ne codicum quidem hic mentio erit: quos qui requiret, ei sylloge illa de singulis respondebit locis. Longe multoque plures lectiones receptæ quam neglectæ defendentur veteres: gemmæ tamen quædam pretiosissimæ sensus divini, in nullo adhuc contextu excusæ, in locum ei, quem merebantur, proximum, eumque conspicuum, id est, in marginem, protrahentur. Bonitas lectionis in margine, præsertim si interpunctionem, ut fit, aliam secum vehit, minus quidem ab iis, qui contextum margini semper anteferre assueverunt, perspicitur, præsertim, si quicquid reconditum est, obscurum putant; lectioque contextus persæpe & ex hac ipsa sede, & ex indole sua, ubi interpolata est, majori facilitate blanditur: sed hic nil remedii tantisper est, nisi ut lectores admoneantur. Id quod fiet. Omnino æquum erat, auctoritate communi & τῶν δοκούντων judicio contextum Græcum recognosci, quando versioni vernaculæ tantum curæ tribuitur: at hic, qualis medio Reformationis seculo per hominem privatum constitit, talis, etiam penes Millium, manet. Factum est id tacito longi temporis casu, non consilio: Stephanique ætate si vixisset Millius, & contextum talem, qualem longe abeuntia ejus prolegomena formant, edidisset, in eandem venisset, credo, possessionem; Stephanus si hodie eam, quam olim, editionem proferret, Millii difficultates experiretur. Inde quanquam editores primi multa dubitanter, ut ipsi non dissimulant, in contextum, quippe duas simul lectiones quamvis æque probabiles non ferentem, admiserunt; tamen posterior ætas adhuc fere omnis, quasi plus illis fidei quam ipsa sibi deberet, acquievit. Vulgatam versionem Romano-catholici ingenti studio curaverunt, ut vel ex *Henrici a Bukentop* tribus in eam libris dispaleseit: apud eosdem, si nos non maturamus, exsistent, opinor, qui etiam in Græco fonte palmam hanc nobis præripiant. Viderint ergo, qui valent: de nobis, Lector, recordare legem III, & marginem tenentes excusa.

L. XII. Ipsas denique marginis lectiones in classes dispescito.

Non est omnium, omnia semper expendere. plerisque igitur grata fore videtur opera, si perpensis codicum rationumque momentis, quid quolibet loco statuendum sit, fideliter & salvo ipsorum aliorumque significetur judicio. Hoc pacto is demum fructus percipitur, qui si absit, omni ærumna critica sapientius supersederetur. Itaque omnis lectio contextûs, cui varians in margine respondet, iis distinguetur *siglis*, quæ duplicem vim compendio non inepto habeant. Initium lectionis denotabit (loco asterisci *) literula rotunda *a. c. o. s*, ut simul indicetur *Ad-*

ditio, *Commutatio*, *Omiſſio*, *Signum* interpunctionis, ſpiritûs accentuſque varians. Clauſulam lectionis denotabit (loco lineolarum) numerus 1. 2. 3. 4. 5, ubi numerus 1 ſimul innuet, lectionem marginis *plane dignam* eſſe, quæ exſtet in contextu, quamvis adhuc nuſquam vel raro admiſſam. numerus 2 innuit, lectionem marginis *ſaltem probabiliorem* eſſe lectione contextus. numerus 3 innuit, utramque lectionem *æquali* eſſe momento. numerus 4 innuit, lectionem marginis *minus* eſſe probabilem, ſed tamen in multis editionibus receptam. numerus 5 innuit, lectionem marginis *non* videri genuinam, ſed tamen nonnullis talem eſſe viſam.

§. III.

Capita quidem ſenſuum cœleſtium in omnibus exſtant periochis N. T. quarum tanta Dei beneficio *ſanitas* eſt, ut in quolibet obvio exemplari ſcripto aut impreſſo anima ſalutis cupida, abunde, quod quærit, inveniat: immo, ſi duo ſumas exemplaria, & omni varietate percurſa uni meliorem cujuſque loci, alteri vitioſiorem, quæ unquam exſtiterit, lectionem inſeras; ex hoc quamlibet vitioſiſſimo exemplari (animam oppigneraverim meam) fides, ſpes, amor naſci alique poſſit. Hac ſumma qui contenti ſunt, his ſane nil obturbari debet: nam οἱ λόγοι καὶ τὰ πάθη manent. Eſt autem per omnes N. T. periodos diffuſum, quamvis parum animadvertitur, ἦθος quoddam delicatiſſimum, & ſubtiliſſimum decorum, cui quævis quamlibet exilis immutatio tanquam fumus officit: neque unquam nil intereſt inter dictamen cœleſte & inter aberrationem humanam. ſalis enim divini micam in minimis quibuſque invenias, vel etiam inſciens guſtes bonus ſcrutator, quæ primum tibi, deinde aliis det gratiam. Huc jam contextu quam limatiſſimo & criſi quam impenſiſſima opus eſt: ut & in iis, quæ ſubleſta ſunt, caute incedas eatenus; & iis, quæ firma, firmiter nitare. Equidem ex quo hoc negotium ſuſcepi, abunde comperi, quam timide & diffidenter, etiam cum minime putares, bonæ mentes ſuccum exprimant ſacrarum literarum: quibus corroborandis ſi juvante Domino inſerviero, maximum brevis vitæ pretium tuliſſe me exiſtimabo. Ceteris antiquorum librorum reliquiis, ſine ulterioris operæ criticæ impendio, mundus tantiſper uti poſſet: Domini librum perpoliamus, ut poſſumus; legamuſque & comedamus, dum licet; ut pœnitentiæ, fidei, conſtantiæ fructum feramus.

§. IV.

Habes, candide Lector, leges noſtras, non ad convellendum, ſed ad ædificandum & conſolidandum comparatas. Res ardua, fateor, & religionis horroriſque plena: neque tamen temerario auſu me huc irrupiſſe velim putes. Dicam aliquid de me, non mea, ſed divinæ gloriæ & piorum cauſa, vel cum exiſtimationis meæ periculo. Plus viginti abhinc annis, antequam Millius exiſſet, ſub initium vitæ academicæ, cum in exemplar Oxonienſe in Germania recuſum incidiſſem, varietate lectionis miſere maceratus; ſed eo curatius Scripturam jam tum pro

pro tenuicula facultate ſcrutari coactus, deinde per gratiam illam corda firmantem refectus ſum. Subſidia, quibus carere, quæque nanciſci nunc non poſſem, obvenire mihi etiam tum, cum de hoc negotio ne cogitarem quidem, divina fecit Providentia, curſumque meum ita gubernavit, ut ſplendidiora, amœniora & utiliora in ſpeciem, his poſtponerem ſtudiis, quæ me inſcientem huc præpararent. Ipſum denique munus monaſticum, quo exigente jam XII annum N. T. Græcum interpretor, huc me pedetentim perduxit: & ad pernoſcendum manus humanæ lubricum, eam facultatem ſuppeditavit, quam non facile inveniunt illuſtres critici. Cumque operi me accinxiſſem, inſignem bonorum hominum conſenſionem perſpexi in me & cohortando & adjuvando. Quæ divini ductus veſtigia animam vel decuplo infirmiorem excitare poſſint. Abhorreo equidem præmaturos ambitioſoſque ſtrepitus, & valde mihi placent, qui omnia prius excoquunt, quam apponunt: ſed etiamſi ante confectum laborem ad quietem Domini transferar, (quanquam bona jam pars affecta eſt, & facile a ſucceſſore aliquo perfici poſſet;) erunt fortaſſe alii, quibus hæc promulgatio utilitatis nonnihil (ſic enim inſtruxi) præbeat: & hæc ipſa eo nomine maxime neceſſaria eſt viſa, ut, quæcunque abs te ad opus, quod ſub manu eſt, proficiſci poſſent, invitarem atque impetrarem.

§ V.

Rogo igitur, & per commune ſacrarum literarum ſtudium, quo omnes & Chriſtiani & literati continentur, omnes oro, qui ad ſeſe hanc rem ullo pertinere modo cenſent, ut eadem voluntate, ac ſi ipſos ſingulatim conveniſſem & appellaſſem; ut eadem fide, ac ſibi, ſi idem rogarent, fieri cuperent, huc conferant, quicquid potuerint. Non omnes capiunt dapſile hoc officii genus, ut hominis remoto & ignoto, Dei & proximi cauſa, quæ tamen cauſa totum orbem, maxime ſub Novo Teſtamento, & eo arctius, quo longius progrediuntur ſecula, complectitur, gratificentur, tametſi opera conjunctis viribus exſtructa quivis ſpectator etiam ſui deinde juris eſſe velit. Sed tamen aliqui reperiri ſolent, qui ſubſidia, ut uſu venit, æquo animo & accipiant & dent. Is ſi tu es, Lector, abs tua humanitate, quinque ſunt, quæ nominatim peto.

§ VI.

I. Vt rem cognoſcas penitus.

Facile fit, ut ex Idea operis nondum apparentis, quo ea eſt apertior, eo plus dubitationum naſcatur. hæ præſentibus eximi poſſunt, abſentibus non poſſunt. Eo acrior igitur lectio eſſe debet, ne quid injuriæ fiat, ne quid beneficii claudatur, præſertim tali in re.

II. Vt hujus moliminis ſinceram notitiam ad alios, qui adjuvare poſſunt, pro tua facultate proferas, &, ut adjuvent, perſuadeas.

Non quæro famam. In oculis meis parvus eſt mundus hic, incendio proximus: magnus Dominus, qui adventat. Si diabolo celebriorem me facerem, nihilo fo-

rem beatior: si apud omnes creaturas deleta sit mei memoria, modo agnitus sim Domino, acquiescam. Si possem, hæc agens, delitescere, eo certior apud illum esset plenitudo mercedis meæ: nunc aliter id agi non potest. tu, fautor, opitulare, ut dixi, & consilia vel subsidia confice, ut dicam.

III. Vt æquitatem, si adversarium videris, retineas.

Antiscripturarium me, quum summæ Scripturarum integritati serviam; novatorem, quum antiquissima quæque verissima esse contendam; curiosum denique, quum etiam minima in sacris curanda esse contendam, ii vocitare poterunt, qui rei propositæ cognitionem zelo ac stilo antevertunt. Equidem jam in animum induxi meum, infamiam pati, modo lectio N. T. in suis quasi venis primis recognoscatur, fructusque vel ad præsentem ætatem vel ad posteritatem, cujus ratio in utramque partem longe erit alia, redundet. Sed cavendum est, quicquid caveri potest. Si erunt sermones contrarii, non audiam, felix equidem rerum mearum causa: sed tamen idem respondere non potero. si forte etiam pagellæ ac libelli: haud scio an ad me perventuri sint: tum si pervenerint, respondere non erit integrum, ne res, dum defenditur, omittatur. porro non semper typographi potestas est, non semper, quo querela, eodem apologia perfertur. Quicquid erit, hunc prodromum respicias rogo. multum expendi, quæ posui: cum amicis piis, cautis, doctis consideravi: quæ moveri contra possent, occupavi: non vereor, ne falsus, quod ad summam rei attinet, coarguar. Aliquando tamen præterlabitur talia & perrumpit actor: mihi hoc jam contigit, ut sine causa, iis in locis, ubi ipsa verba errorem provisum præciderant, tamen reprehenderer. Hîc scriptori patientia opus est, lectori prudentia. Iusta aut saltem benigna monita suscipiam lubentissime: quicquid inimice oppugnabitur, id an hic jam defensum sit, velim requiras.

IV. Vt subsidia critica impertiare.

Multa hujus generis habent multi. Fuere v. gr. penes Bœclerum membranæ Græcæ antiquissimæ, quarum ipse non tam lectiones, ut apparet, quam laudes in sua N. T. editione exhibuit. quorsum illæ pervenerint, ne Argentinæ quidem hodie constat; nec tamen eas interisse credibile est. *Seidelianos* codices duos excerptos dedere Kusterus & Wolfius: restat tertius, quo Evangelium Iohannis continetur, adhuc non excussus, quem etiam Celeb. Iablonski in Præf. Bibl. Hebr. laudat. Taceo alios, quorum notitiam & sermones peritorum hominum & literæ attulerunt. *Versionem Gothicam* MS. in totum N. T. (adhuc enim non nisi Evangelistæ, neque hi integri, Gothice sunt editi,) in bibliotheca Hermanni Comitis Newenarii existitisse, Maraixii fide confirmant eruditi. Commemorantur etiam passim critica virorum doctorum excerpta: multaque *H. Stephani*, *H. Ernstii*, *Guil. Coddaei* laudant Th. Beza in Dedic. edit. suæ A. 1564, & G. a Mastricht Proleg. p. 22 & 29. *Patrum* monumenta nunc demum eruta, aut monumentorum antea cognitorum exemplaria recondita certatim producuntur: unde insigne emolumentum in hoc

hoc genere capi poteſt. Si quis igitur aut horum quidpiam, aut aliud quidvis habet, quod ad apparatum præſentem, Millii maxime, ex Codd. Gr. ex verſionibus antiquis, ex patribus ſupplendum corrigendumque ullo modo pertineat: ne quæſo id tam magnum aut tam parvum putet, ut ſibi ſoli habeat. Præcipue *Græci MSS.* qui novum teſtamentum, ejuſve partes, particulas aut periochas denique complectuntur, aut *Excerpta* ex his firma, quæruntur: roganturque, ut indagent, ii qui poſſunt; ut impetrent, ii qui valent; ut mittant, ii qui habent, ſine ulla *ætatis indoliſve* exceptione. Excerpta deduci poterunt ad editionem aliquam obviam, & in locis inſignioribus *convenientia* etiam manuſcriptorum editioniſque notari; codicum autem ætas, materia, literatura, indicari, &, ſi uno loco plures ſint, diſtincte allegari. Longe vero exſpectatiores fuerint ipſi codices. Scio, non ubique moris eſſe, cimelia ejuſmodi, publica præſertim, in viam dari: veruntamen & domi aqua ignive corripi illa poſſunt, & illæſa peregrinari aliquantiſper, oculo Domini, cui ſerviunt, invigilante. quod igitur regis mortalis commendatione faciendum eſſe videretur, id divini honoris cauſa pii homines facere quî dubitent? Sunt tamen aliquando impedimenta legitima: & tum alia ſupereſt ratio ſatis expedita. falli ſumus ineunte legis ſextæ expoſitione, loca N. T. non multa eſſe, de quibus adhuc diſceptandi cauſæ ſint. quæ ergo inter recenſendum præcipua in hoc genere eſſe videntur, eorum paulatim *catalogum* facio: hujus catalogi apographa, cum maturum erit, bibliopolæ Stutgardiano nundinas petenti committam. Id quod anno proximo, volente Deo, conſore arbitror. Tale apographum tum poſcat velim, quiſquis varias ei lectiones voluerit appingere, & tuta fide, nomen ſuum profeſſus, deinde remittat.

V. Vt ſubſidia exegetica & monita impertiare.

Frequentes inveniuntur annotationes explicationeſque, quas Theologi & Philologi exercitati in ſua adverſaria, vel in margines exemplarium ſibi tritorum conjectas reliquerunt. ex. gr. *Chemnitii* Notas ad N. T. Græcum laudat apud Raphelium Polycarpus Lyſerus: *Plathneri* obſervationes in evangelia dominicalia, cultioris doctrinæ copia refertiſſimas, E. S. Cyprianus in Catal. Codd. mſ. biblioth. Gothan. p. 62. Talia ſi habes, Lector, vel ſi tute ad recenſionem, interpunctionem interpretationemque N. T. totius aut aliquorum locorum, ſingularia quædam obſervaſti, quorum in communes uſus proferendorum præſentior nulla ſit occaſio: præterea ſi de legibus XII ſupra propoſitis & explanatis, & de delineata in iis utravis incepti parte ſalubre quidpiam monendum occurret: conſignata omnia, idque quam nerveſſime, ne obruar, mittas rogo, obiter adjecto rariorum editionum N. T. aliorumve librorum minus obviorum, quos habeas, indicio duntaxat, ut, ſi neque in promtu mihi ſint, neque breviore via comparari queant, te ipſum deinceps pace tua compellem, & quo tempore quam celerrime uti poſſim, ſignificem.

§ VII.

Quicquid ſchedularum, literarum, faſciculorum, mandatorum dare libitum fuerit, nundinarum aut quovis tempore vel aliis honeſtis hominibus, vel Stutgar-

dianis, quæ metropolis nos vicinos ac pæne ſuburbanos habet, bibliopolis, I. B. *Mezlero* & C. *Erhardo*, recte committetur: iidemque ſatiſdabunt, omnia, quæ remittenda erunt, juſto tempore, ſine detrimento ac ſumtu remiſſum iri. Codices religioſe allegabimus: Notas ſuis locis quam commodiſſime inſeremus: Monitis, quoad licet, obtemperabimus. Fautoribuſque, quorum præcipua erga totum inſtitutum merita exſtiterint, gratiſſimum deditiſſimumque animum cum ceteris rebus, quibus poterimus, tum novo exemplari ocyus miſſo demonſtrabimus.

§ VIII.

Confido fore, ut uni certe alterique ex filiis heredibuſque Teſtamenti probetur hæc cauſa. qui ſi ſanctificationem nominis, ſi adventum regni, ſi ſucceſſum voluntatis Dei optant; ſi ſentiunt, huc conducere ſtudium Scripturæ ſacræ quam florentiſſimum; ſi agnoſcunt, hoc pacto quiddam ei ſtudio conducibile navatum iri: precum ardore hoc inceptum proſequentur. Ego viciſſim oro Dominum, ut tuum, Lector, omniumque animos verbi ſui guſtu ac fructu impleat; vobiſque, qui ſanctam hanc ſuſceperitis cauſam, præmia quam lautiſſima ex Matth. X. 42 & II Ioh. v. 8 æſtimanda perſolvat.

APP. CRIT. P. IV.

N. II.

NOTITIA
NOVI TESTAMENTI GRÆCI
RECTE CAVTEQVE ADORNATI

QVOD

PERBREVI PVBLICANDVM

IVSTIS CONDITIONIBVS RECIPIVNT

IO. GEORGIVS & CHRISTIANVS GODOFREDVS COTTÆ, Bibliopolæ.

(Edita Tubingæ A. MDCCXXXI menſe Februario.)

Recenſio Novi Teſtamenti Græci, cujus *Prodromus* anno MDCCXXV *Chryſoſtomum de Sacerdotio*, Græce Latineque editum Stutgardiæ, comitatus fuit, legitimam nunc maturitatem, ope divina, eſt aſſecuta: graviſſimiſque Illuſtris Conſiſtorii Wirtembergici & Venerandæ Facultatis Theologicæ Tubingenſis *Cenſuris* ſuperiore anno approbata & munita, quam proxime excudetur, hoc titulo:

H KAINH

H KAINH ΔΙΑΘΗΚΗ

Novum Teſtamentum, gracce, ita adornatum, ut Textus, *probatarum editionum medullam;* Margo, *variarum lectionum, in ſuas claſſes diſtributarum, locorumque parallelorum delectum;* Apparatus *ſubjunctus, criſeos ſacrae,* Millianæ *praeſertim, compendium, limam, ſupplementum & fructum exhibeat, inſerviente* Io. Alberto Bengelio.

Leges hujus recenſionis pridem, ut ſe tum habebant, promulgatæ exſtant; ſed interea in opere faciendo nonnullæ commoditates acceſſerunt ulteriores: præſentem igitur ejus rationem modeſte placideque explicare, non alienum fuerit.

I. Auctoritas quidem publica prohibet nulla, quo minus editiones communes ex manuſcriptis codicibus emendentur: ſed nihilo magis id jam fieri res ipſa poſtulat. Longiorque uſus & quaſi præſcriptio lectionem aliquam multitudini infigere, ſed non ex ſequiore genuinam facere poteſt, uti *Prodromus* ille pridem agnovit; ſingulæ autem editiones, *Complutenſium*, *Eraſmi*, *Bezae*, ex quibus reliquas docti juxta typographi atque indocti propagarunt, manifeſtos habent nævos, uti noviſſime demonſtravit ſagaciſſimus l. I. *Wetſtenius:* veruntamen eædem tam diverſis e codicibus deductæ ſunt, ut ſano conjunctæ judicio eum conficiant *textum* (hoc enim verbo uti liceat) cui vix aliquot emendationes incontroverſas ſimul & momentoſas acerrimus quiſque criticus poſtliminio habeat reſtituere. Itaque præſens recenſio textum ex probatis illis editionibus *eclectica* ratione conflatum habebit, ne *ſyllabam* quidem ex ſolis manuſcriptis nunc primum admittens: emendationes vero ex manuſcriptis erutas, quæ non multæ ſunt, ſed interdum egregie ſcintillant, *in margine* aliis rebus non impedito dabit, quo magis in omnium oculos incurrant, & ſuam germanitatem explorandam, ſalubritatem ſuam guſtandam offerant. Sic veritas & verecundia, ſalutari his temporibus exemplo, copulantur; donec, luce apud poſteros creſcente, textus reſiduas marginis micas abſorbeat.

II. Corpori librorum N. T. ſubjungitur *Apparatus criticus*, in quo ea potiſſimum conſiderantur, quæ ad *decidendas* varietates univerſas ſingulaſque conducunt.

1. Enumerantur *monumenta*, unde lect. var. colliguntur: fundamenta deciſionum ex *cauſis* aberrationum & ex *codicum* familiis, climatibus, ætatibus monſtrantur: *antiquitatis* & novitatis, *bonitatis* & vitii, *multitudinis* & paucitatis in codicibus, uſus declaratur & abuſus redarguitur: *Alexandrini* codicis minor in Novo Teſt. quam in LXX interpretibus ſinceritas aſſeritur, & propria ejus cum *Vulgato* nec ſufficiens ad deciſionem congruentia notatur; ejuſdemque codicis & codicum *graecolatinorum*, præſertim *Cantabrigienſis* non tam codicis quam florilegii pondus, interdum ingens, interdum perexiguum oſtenditur: potiorum *verſionum*, potiorum *patrum* valor, modo minor, modo major, deſignatur: *Syriacae* verſionis ortus poſt Chryſoſtomum, ejuſque obitum, obſervatur: *editionum* principium dotes labesque explicantur.

2. Iis

2. Iis, qui *Canonem unicum*, in *Prodromo* propositum, ex quo decidi possent omnia, comiter in dubium vocarunt, ita obtemperatur, ut omnes, qui tale compendium non desiderant, aliis id possint relinquere.

3. Ex his principiis *multo maxima* pars varietatum ultro evanescit: quare *potiores* duntaxat per libros & capita singulatim indicantur. Ineunte quolibet fere libro, codices in eum collati, per *duas Classes* (ut mox de Ep. ad Hebr. dicetur) enumerantur: classemque I constituunt ii codices, quos librum totum sine hiatu exhibere, & ab idoneis hominibus collatos esse constat; classem II, codices mutili, aut quos accurate collatos esse minus constat. In classe I quovis loco sic fas est argumentari: *Non citantur hi codices pro variante lectione; ergo stant a textu:* sed in classe II vix quicquam in utramque partem pausa valet codicum. Quod discrimen qui tenuerint, ii demum liquido judicio vel repudiare quamlibet varietatem, vel defendere poterunt.

4. Infertur hinc, quid de celeberrima crisi *Gerardi a Maestricht* ex vero statuendum sit. Editio *Oxonienſis*, quam pro fundo habuit, multas lectiones notabiles prætermiserat; codicumque numerum vix sufficientem, excerpta ex codicibus minime accurata dederat: ipsa vero illa crisis ingenti laxitate laborat, auctorque ejus textum *Bezae*, quem in Prolegomenis recte reprehendit, tamen insciius per Canones suos defendendum est nactus. cumque plerique codices Evangelistas solos, multi Acta & Epistolas, perpauci Apocalypsin habeant; multique mutili, multi segnius collati fuerint: tamen idem pauculos codices pro marginis sui lectione citatos de tota semper codicum N. T. summa subtraxit. unde factum est, ut multa etiam certo mendosa, a suo sibi textu oblata, *centenis*, ut loqui solet, codicibus nixa censeret. Sic enim defendit *Andreae Caesarienſis* Exegesin ab *Erasmo* pro interjecto Iohannis textu arreptam; Ap. XXI. 24. synonymon, quod librarius ex paralleliſmo verbali sumsit; Ap. XIV. 5. erratum typotheticum manifestum, Ap. III. 12. *Erasmi* conjecturam, ex *Hilario* diacono male intellecto, Rom. XII. 11. & ex ingenio; 1 Petr. III. 20. *Bezae* notam ex *Stephani* margine non recte percepto, Act. XXV. 20. denique meram *Bezae* suspicionem, Ioh. XVIII. 20 &c. Vicissim lectio in margine ejus, quotiescunque genuina vel etiam a pristinis editoribus recepta fuerat, raro aut nunquam jus suum obtinere potuit. Quæ cum ita sint, ne ubi recte quidem *Bezae* se textus habet, idonea eum ratione noscitur defendisse. Hæc sine imminutione laudis, quam fidelitas est commerita summi viri, at ex urgentissima necessitate asserendæ veritatis, multis apud multos præjudiciis obrutæ, dicuntur, eo modo atque animo, quo præsens editor ab omnibus, quotiescunque meretur, reprehendi optat.

5. Præter gazas *Millii*, & præter codices XII, quibus eas Kusterus locupletavit, duobus codicibus, quos *I. C. Wolfius*, & uni, quem *A. G. Gehlius* postmodum contulere, suus nunc datur locus. *Ravianus*, quem ad Matthæum *Saubertus* citare solet, exauctoratur, ejusque rei causæ panduntur. Vicissim complures alii codices manuscripti Græci, recens collati, & in his aliqui valde insignes, accedunt, *Augustani septem*, *Byzantinus* Posonio missus, *Hirsaugienſis*, *Vffenbachiani duo*, reliqua. Quibus quidem in codicibus (si ab apostropho,

ſtropho, augmento, articulis, verborum ordine, quas *Millius* quoque minutias reputavit, diſceſſeris) pæne nil repertum eſt, cui decidendo *Millii* farrago non æque ſuffeciſſet. Hoc ipſum autem, præclaro operæ pretio, *Millii* fidem comprobat, lectorique criſcos ſobriæ regulam adhibenti perſuadet, a bonis rationibus exſpectari oportere reſiduam varietatum tantiſper quaſi ſequeſtro poſitarum deciſionem, non a pluribus cod.; niſi eam auguſtioris vetuſtatis ſuppetiæ ex penetralibus adhuc tectis & clauſis exortæ, tandem apportent: interea non in ſingulos nuncios literarios ab alia gregariorum codicum ſuper aliam inventione ſuſpenſum ſe manere, quamquam eorum ſuffragia priſtinis nullo non tempore, ſuperpondii loco, adjici poſſint.

6. Nominativus ille, cœlo terraque firmior, Θεος, Ioh. I. 1, & alia loca, a ſonticis conjecturis L. M. *Artemonii*, id eſt, *Samuelis Crellii*, ex profeſſo defenduntur. Dictum de *Tribus in coelo teſtantibus* 1 Ioh. V vindicatur, & nativo loco ſuo inter verſ. 8 & 9, magna exceptione expunctoribus ejus præciſa, reſtituitur. Primævus tenor *Apocalypſios Ieſu Chriſti*, ex optimis documentis, ſimulque ex editione *Complutenſi*, quam ante Reformationem meditullium *Hiſpaniæ* tulit, & ex *Vulgata* correctiore, contra unum Græcum codicem *Capnioneum*, quo nixus eſt *Eraſmus*, ſtatuminatur.

7. Graviores varietates copioſius, leviores brevius expediuntur. quanquam enim neque ulla tam gravis eſt, ut inde religionis ſumma pendeat; neque tam levis ulla, ut dexteritas apoſtolica non ſit præferenda ſiniſteritati librariorum: tamen *gradus* eſſe *momenti*, eoſque permultos, omnes verſiculi loquuntur, ut in ſpecimine, quod mox damus, graviores ſunt varietates Hebr. IX. v. 1 & 14, quam v. 13 & 28. Itaque gradui momenti reſpondet ſolicitudo criſcos hujus, ut magna magis curet, ſed tamen cum candore & ſine ſtudio partium; ut parva minus operoſe proponat, ſed tamen ſine negligentia. Eadem mente præcipui codices nominatim, idque ordine alphabetico; ceteri, quaſi per ſaturam, adjiciuntur lectionibus pleriſque.

8. Ratio hujuſce ſcrutinii ad ſuos *uſus* referendi, ab omni *offenſione* liberandi, & deinceps *perficiendi*, in *Epilogo* quodam declaratur.

III. Ex hoc Apparatu ſelectiores duntaxat rurſum varietates, editionum & manuſcriptorum, ſub textu in *margine* repræſentantur, ſingulique gradus ſuus, ſalvo lectoris judicio, aſſignatur: atque α denotat, margini lectionem eſſe *genuinam*: β, γ, δ *intermedios* probabilitatis gradus diſcriminant: ε innuit varietatem *ſequiorem*, ſed tamen ejuſmodi, quæ nonnullis aut placuerit aut placere poſſit.

IV. *Loca parallela* notantur non multa, ſed ea, quæ potiſſimum evolvi ſolent, ad Allegata V. T. in Novo, & ad Evangeliſtarum harmonica loca inter ſe conferenda.

V. *Textus* ipſe quam maxime *merus ac continuus*, & ſedulitatis humanæ ſcitamentis quam minime interpellatus relinquitur, qualem apoſtolos, qua erant ſimplicitate, eum ipſos dediſſe, & a poſteris ſervari voluiſſe exiſtimes. tantummodo *circellum maſorethicum* habet, ubi valde notabilis eſt varietas lectionis; & lineolam, quaſi *peſik*, ad deſignandos verſiculorum fines interdum ambiguos. Argumenta ſive ſummaria capitum, *Exegeſis*, de qua infra, ſibi vendicat.

VI. Quis *recenſionis* ipſius tenor ſit; tum quæ *paginarum* forma, quæ *marginis* amplitudo, quæ *verſuum* digeſtio, quæ denique *correcturæ* vigilantia; hoc ipſum ſolium, ſi verteris, documento erit.

ΠΡΟΣ ΕΒΡΑΙΟΥΣ

IX Εἶχε μὲν οὖν καὶ ἡ πρώτη δικαιώ-
ματα λατρείας, τό τε ἅγιον
2 κοσμικόν. Σκηνὴ γὰρ κατεσκευάσθη
ἡ πρώτη, ἐν ᾗ ἥ τε λυχνία καὶ ἡ τρά-
πεζα καὶ ἡ πρόθεσις τῶν ἄρτων, ἥ
3 τις λέγεται ἅγια. μετὰ δὲ τὸ δεύτε-
ρον καταπέτασμα σκηνὴ ἡ λεγομένη
4 ἅγια ἁγίων, χρυσῆν ἔχουσα θυμια-
τήριον, καὶ τὴν κιβωτὸν τῆς διαθήκης
περικεκαλυμμένην πάντοθεν χρυσίῳ,
ἐν ᾗ στάμνος χρυσῆ ἔχουσα τὸ μάννα,
καὶ ἡ ῥάβδος Ἀαρὼν ἡ βλαστήσασα, καὶ
5 αἱ πλάκες τῆς διαθήκης· ὑπεράνω δὲ
αὐτῆς χερουβὶμ δόξης, κατασκιάζον-
τα τὸ ἱλαστήριον· περὶ ὧν οὐκ ἔστι νῦν
6 λέγειν κατὰ μέρος. Τούτων δὲ οὕτω
κατεσκευασμένων, εἰς μὲν τὴν πρώ-
την σκηνὴν διαπαντὸς εἰσίασιν οἱ ἱερεῖς
7 τὰς λατρείας ἐπιτελοῦντες· εἰς δὲ τὴν
δευτέραν ἅπαξ τοῦ ἐνιαυτοῦ μόνος ὁ
ἀρχιερεύς, οὐ χωρὶς αἵματος, ὃ προσ-
φέρει ὑπὲρ ἑαυτοῦ καὶ τῶν τοῦ λαοῦ ἀγνοη-
8 μάτων· τοῦτο δηλοῦντος τοῦ πνεύμα-
τος τοῦ ἁγίου, μήπω πεφανερῶσθαι
τὴν τῶν ἁγίων ὁδὸν, ἔτι τῆς πρώτης
9 σκηνῆς ἐχούσης στάσιν· ἥ τις παρα-
βολὴ εἰς τὸν καιρὸν τὸν ἐνεστηκότα, καθ'
ὃν δῶρά τε καὶ θυσίαι προσφέρονται,
μὴ δυνάμεναι κατὰ συνείδησιν τελειῶ-
10 σαι τὸν λατρεύοντα, μόνον ἐπὶ βρώ-
μασι καὶ πόμασι καὶ διαφόροις βαπτισ-
μοῖς, [o]καὶ δικαιώμασι σαρκὸς, μέχρι
καιροῦ διορθώσεως ἐπικείμενα.
11 Χριστὸς δὲ παραγενόμενος, ἀρχιε-
ρεὺς τῶν μελλόντων ἀγαθῶν, διὰ τῆς
μείζονος καὶ τελειοτέρας σκηνῆς, οὐ χει- IX
ροποιήτου, τουτέστιν, οὐ ταύτης τῆς
κτίσεως, οὐδὲ δι' αἵματος τράγων καὶ 12
μόσχων, διὰ δὲ τοῦ ἰδίου αἵματος
εἰσῆλθεν ἐφάπαξ εἰς τὰ ἅγια, αἰω-
νίαν λύτρωσιν εὑράμενος. εἰ γὰρ τὸ αἷ- 13
μα ταύρων καὶ τράγων καὶ σποδὸς δα-
μάλεως ῥαντίζουσα τοὺς κεκοινωμέ-
νους ἁγιάζει πρὸς τὴν τῆς σαρκὸς κα-
θαρότητα· πόσῳ μᾶλλον τὸ αἷμα τοῦ 14
Χριστοῦ, ὃς διὰ πνεύματος [o] αἰωνίου ἑαυ-
τὸν προσήνεγκεν ἄμωμον τῷ θεῷ, κα-
θαριεῖ τὴν συνείδησιν ἡμῶν ἀπὸ νεκρῶν
ἔργων εἰς τὸ λατρεύειν θεῷ ζῶντι; Καὶ 15
διὰ τοῦτο διαθήκης καινῆς μεσίτης ἐστὶν,
ὅπως θανάτου γενομένου εἰς ἀπολύτρω-
σιν τῶν ἐπὶ τῇ πρώτῃ διαθήκῃ παρα-
βάσεων, τὴν ἐπαγγελίαν λάβωσιν οἱ
κεκλημένοι τῆς αἰωνίου κληρονομίας.
ὅπου γὰρ διαθήκη, θάνατον ἀνάγκη 16
φέρεσθαι τοῦ διαθεμένου. διαθήκη γὰρ 17
ἐπὶ νεκροῖς βεβαία· ἐπεὶ μήποτε ἰσχύει
ὅτε ζῇ ὁ διαθέμενος; ὅθεν οὐδ' ἡ πρώ- 18
τη χωρὶς αἵματος ἐγκεκαίνισαι. λαλη- 19
θείσης γὰρ πάσης ἐντολῆς κατὰ νόμον
ὑπὸ μωυσέως παντὶ τῷ λαῷ, λαβὼν
τὸ αἷμα τῶν μόσχων καὶ τράγων, με-
τὰ ὕδατος καὶ ἐρίου κοκκίνου καὶ ὑσ-
σώπου, αὐτό τε τὸ βιβλίον, καὶ πάν-
τα τὸν λαὸν ἐράντισε λέγων, Τοῦτο 20
τὸ αἷμα τῆς διαθήκης, ἧς ἐνετείλατο
πρὸς ὑμᾶς ὁ θεός· καὶ τὴν σκηνὴν δὲ 21
καὶ πάντα τὰ σκεύη τῆς λειτουργίας
τῷ αἵματι ὁμοίως ἐράντισε. καὶ σχε- 22
δὸν ἐν αἵματι πάντα καθαρίζεται κα-
τὰ τὸν νόμον, καὶ χωρὶς κτλ.

IX. 1 πρώτη) πρώτη σκηνὴ ε
9 ὃν) ἥν δ

10 καὶ δικαιώμασι) δικαιώμα-
τα β

14. αἰωνίᾳ) ἁγίᾳ γ
¶ ἡμῶν) ὑμῶν δ

IX. 2 seqq. Ex. 40, 3 seqq.
20 Ex. 24, 8.

VII. Ex Apparatu critico huc pertinet nunc

1. Enumeratio codicum. Habent enim Epistolam ad Hebræos

EDITIONES, Complutensis, Erasmi, ceteræ.

MSS. CLASS. I. Alexandrinus, Augustanus 6, Barocciānus, Cantabrigiensis 2. 3 (desinens in cap. XI. 27.) Covelianus 2. 3. 4. Huntingtonianus 1. Laudinus 2. Lincolniensis, Magdalenianus, Novi collegii 2, Petavianus 1, Roei 2, Vffenbachianus 2.

CLASS. II. Barberiniani octo, Basileensis 2, Claromontanus, Colbertinus 7, Genevensis, S. Germanensis (qui nil a Clar. diversum valet,) Leicestrensis, Petavianus 2. 3. Seidelianus, Sinaiticus, Stephanicus δ. ε. ζ. θ. ι. ια. ιγ. Viennensis.

VERSION. Æthiopica, Arabica, Coptica, Latina, Syriaca.

PATRES, Chrysostomus, Euthalius, Oecumenius, Theophylactus &c.

2. Explicatio signorum. namque in Notis criticis verba *textus* uno unco clauduntur: *marginis* verba, duobus uncis includuntur: quæ *non nisi in notis* ponuntur, unco carent. porro ~ obelus, *omissionem* notat: *commutatio*, per se patet; *additio* pariter. ¶ significat *eodem versu*. Pauca hæc & necessaria signa qui tenet, is in toto opere expedite versari poterit.

3. Notæ criticæ ad periocham supra exscriptam.

HEBR. IX.

Vers. 1 καὶ) ~ *Vff.* 2. (ineunte pericopa,) & al., *Syr.* ¶ ~ σκηνὴ) *Er. Beza, Alex. Barb.* 2. *Cant.* 2. *Colb.* 7. *Cov.* 3. 4. *Gen. Hunt.* 1. *Magd. N.* 2. *Pet.* 1. 3. *Cant.* 3. & *Sin.* manu prima, *Chrysost. Photius* apud Oecumen. *Euthal. Lat.* & *Graecolatini*, *Syr.* unde διαθήκη supplent *Barb.* 1. *Æth. Arab.* &, *testamentum mss. Lat. Colon.* & versio *Angl.* vet. ἐκείνη *Leic.* ex c. VIII. 7. (σκηνὴ) *Comp. Stephanor. edd. Aug.* 6. *Vff.* 2. plerique codd. apud *Bezam* & alios, *Arabs.* Ex v. 2. 6. 8. Legit & non legit *Stapulensis.* ¶ δικαιώματα) Comma addit *Camero*, & alii.

2 κατεσκευάσθη) Colon addunt edd. recent. ¶ ἅγια) *Comp. Beza, Aug.* 6. *Cov.* 2. *Roe.* Græca *Scholia* omnia. (ἅγια) *Er.* &c. Atqui neutra harum tabernaculi partium seorsum *tabernaculum* dicitur. Proparoxytonon est, nil officiente feminino ἥτις· nam sic quoque mox, ἡ λεγομένη ἅγια ἁγίων. Adde *Gnom.*

3 ἅγια) ἁγία *Er.*

9 ἐνεστηκότα) καθεστηκὸς addunt *Stap.* & alii. Verbum ex antecedente & consequente conflatum. ¶ ὃν) *edd. mss. Cyrillus Al. Scholiastae, versiones.* (ἣν) *Al. Clar. Colb.* 7. & alii apud Bezam, *Lat. Mutianus.* Vtramque lectionem interpretatur *Oecumenius.*

10 (– καὶ) *Al. Colb. 7. Cov. 2. Syr.* ¶ (δικαιώματα) *Al. Cov. 2. Steph. 2. Syr. Clar.* in Lat. Ob ἐπικείμενα.

12 εὑρέμενος) εὑρόμενος *Er. Aug. 6. Clar. Stap. Oecumen.*

13 ταύρων καὶ τράγων) τράγων καὶ ταύρων *Al.* & alii, nec non *Chryſ.*

14 ἀιωνίου) *edd. mſſ.* (etiam *Seid.*) *Arab. Armen. Syr. Athanaſ. Theodoritus, Theophyl. Oecumenius* clare in *Aug. 6. Confeſſio* eccl. or. p. 69 &c. *Ambroſius* l. I de Spiritu S. c. 8, cujus capitis hæc ipſa ſumma eſt, *Quia ſempiternus Dei Spiritus*: & Commentarius imperfectus in Ep. ad Hebræos, inter opera *Ambroſii*, fere ex Chryſoſtomo, hac quoque in parte, translatus; (ut obſervat *Twells* Part. I. Exam. p. 46.) & Chryſoſtomi interpres *Mutianus* in textu & comm. unde patet, *Latinum* interpretem ſic olim habuiſſe. (ἁγίου) *Aug. 6.* in textu, *Barb. 4. Bar. Cant. 2. Lin. Pet. 1. 2. Roe. Copt. Lat.* & *Graecolatini*, *Cyrillus Al. Chryſ.* Idem Epitheton v. 8. Vtrumvis in cod. ſuis legit *Stapulenſis*. Alibi quoque a librariis ſcribitur πνεῦμα ἅγιον pro πνεῦμα ἀγαθὸν, ut Luc. XI. 13 in multis cod. & Pſalm. CXI III (CXLII) 10 in cod. Alex. – *Æth.* ¶ ἡμῶν) *Comp.* & al. ed. *Al. Hunt. 1. Pet. 1. Roe. Steph. δ. θ. Athanaſius, Lat.* in cod. plerique, & *Graecolatini, Mutianus, Syr.* (ὑμῶν) *Er. Aug. 6. Stap.* &c. *Chryſ. Oecum.*

16 διαθεμένου) διατιθεμένου *Comp. Aug. 6. N. 2. Vff. 2.*

17 διαθέμενος;) *Heinſius*, Græcos citans, qui certe c. X. 2 interrogationem agnoſcunt, hoc loco a pleriſque, illic a multis prætermiſſam: & *L. de Dieu.*

18 οὐδ') οὐδὲ *Vff. 2. Chryſ.*

19 βιβλίον,) *Er. ed. 1* & al. Etiam *Arm. Copt.* hoc cum λαβὼν conſtruunt. (βιβλίον) plerique. Vid. *Gnom.*

22 κατὰ) Sic *Comp.* non τὰ κατὰ, ut eam editionem habere ajunt alii.

26 παθεῖν) ἀποθανεῖν *Aug. 6. Pet. 2. Roe.* Ex v. 27.

28 καὶ) *edd. principes, mſſ. & in his Aug. 6. Stap. Vff. 2. Chryſ. Theodorit. Euthal. Lat. Syr.* – *Steph.* ed. 3. & inde recent. edd. Sphalma. ¶ σωτηρίαν) διὰ πίστεως addit *Al.* & alii, *Lat.* aliqui.

VIII. Tali modo textus e communibus editionibus coagmentatus omnem fere lectionis germanitatem exhaurit, neque eſt quod multas in margine correctiones aut ſperet quiſquam aut reformidet. Annotationes vero ſummam ſuffragiorum pro textu & pro variante lectione exhibent inmuntque, & vel deciſionem ipſam expediunt, vel facultatem ejus adjuvant. Quod ſi quis textui ſuo codices *Aug. 1. Boern. Vff. 1* &c. qui Epiſtolas N. T. vel Epiſtolam ad Hebræos vel Caput ejus nonum haud habent, tamen textui ſuo, ut communis fert methodus, imputaret; is cogeretur marginem, v. gr. Hebr. IX. 1, ſive legentem σκηνὴ ſive delentem, ex falſo numero codicum poſthabere: at quum verus in ſingulis partibus numerus codicum, quem ipſorum copia in toto obruerat, explicatus datur, varietatis idem deciſionem dat

dat explicatam. Tota opera interdum ad *limandum*, ut plurimum ad *vindicandum* vere textum *Compluti*, *Lutetiae* alibique excusum pertinet: *Lutheri* versionem aliquando a castigationibus sedulorum hominum exemplari sequiore nixis defendit: sed & ad antiquissimum interpretem *Vulgatum* satis prope accedit; ut ea omnes, qui ipsam Novi Testamenti Scripturam accipiunt, cuicunque ecclesiæ aut confessioni addicti sunt, *citra offensionem* uti possint.

IX. *Subscriptionis* viam, his temporibus perfrequentem, decem abhinc annis in N. T. Græco & Latino edendo proposuit Cel. *Bentlejus*; eandemque nuper in LXX. interpretibus instituere *Tigurini* & *Lipsienses*: quorum exemplum nobis in edendo N. T. Græco sequendum esse, graves censuere homines. Idque eo conducibilius visum est, ut *suspicioni* omni adversus exactam recensionis hujus cum ceteris editionibus convenientiam occurreretur, liberrima facultate totius rei pernoscendæ omnibus quam primum oblata per opportunitatem subscriptionis.

X. Sciunt periti, quantas impensas præcipue & *charta* pura, nitida, spatiosa, & *typi* variorum generum, integri, Græci præsertim, requirant: unde positi rite calculi volumini huic, quod a nobis paratur, quodque non longe infra *centum plagulas*, ut nunc æstimare licet, consistet, pretium *quatuor florenorum* (*vier Gülden*) fixerunt. Quisquis igitur aut *nunc*, aut ante Cal. junias, tres florenos solverit; is paucis post mensibus, *hoc certe anno*, & quartum florenum persolvet, & *exemplar* Novi Testamenti Græci tale, quale modo descriptum est, sibi paratum habebit. Vltra subscribentium numerum aut nulla aut non multa venalia erunt exemplaria: certe eorum non prius, quam subscriptoribus, ut convenit, satisfactum fuerit, facultas aliis erit ad emendum.

XI. Erunt fortasse, qui exemplaria requirant quam minimæ molis & impensæ, & quam commodissime circumferenda: quorum in gratiam eadem textus Græci recensio, cum eodem variarum lectionum delectu ac discrimine, *subtilioribus typis* excusa emittetur: sed sine Apparatu critico, & citra subscriptionem, & eo tempore, quod adhuc definiri non potest.

XII. In eodem *Prodromo* mentio est facta perbrevis (neque enim institutum illud aliter ferebat,) Annotationum exegeticarum; quæ nil jam criticum habent, sed ex toto ad vim textus ita recogniti *declarandam* pertinent. Prideu eæ sunt a Matthæo ad Apocalypsin deductæ, & in principiis *Harmoniam Evangelistarum*, cum summa quadam *Chronologiae sacrae* contextam, & præcipue ex sermonibus Domini, ad Lectiones Legis & Prophetarum in sabbatis & festis diebus sapientissime alludentis, derivatam ac consolidatam exhibent. Seorsum vero, uti DD. *Halensium* Notæ uberiores ad Hagiographa, eaque forma, qua Notæ illæ *Halensium*, qua LXX interpretes Tigurinorum, qua Novum Testamentum hac nostra opera, prodibunt, quum Dei voluntas feret.

APP. CRIT. P. IV.

N. III.

PRÆFATIO

ANNO MDCCXXXIV

DATA AD EDITIONEM N. T. MINOREM, ET A. MDCCLIII REPETITA.

SVMMARIVM.

Editio N. T. Graeci minor majorem *subsequitur.* § 1.

Propria utriusque utilitas. § 2.

Documenta, *unde varietas lectionis in utraque petitur : & Decisionis* fundamentum, methodusque gradatim procedens. § 3.

Constitutio textus *ipsius.* § 4.

Capita & versus. § 5.

Interpunctiones. § 6.

Orthographia. § 7.

Lectionum marginalium *delectus.* § 8.

Earum in utraque editione convenientia & differentia. § 9.

Earum necessitas, § 10.

& usus. § 11.

Summa *legitimae tractationis N. T.* § 12.

§ I.

NOvum Testamentum Græcum, CHRISTIANE LECTOR, religioso annorum multorum studio recognitum, cum *Apparatu critico*, edidi *majore* volumine, vere proximo : & nunc idem, sine apparatu illo, *minore* forma submitto, ut moles libri manum peramve non gravet, & tamen hebetiores quoque oculos expleant typi. Vtrumque uti sum pollicitus pridem, sic hoc anno, Dei benignitate, effectum dedi, maxima pensi critici, necessarii, sed ærumnosi, tandem parte perfunctus.

§ II.

§ II.

Non deerant, qui *majorem*, præsertim postquam ipsam viderunt, probarent editionem: rursum *minor* ad quotidianos usus aptior fore existimabatur. Omnino *ulterior* apparatus utilitatem spondet, primum apud eos, qui in textu sacro subinde recognoscendo operam collocant, fructuosam magis, quam popularem: deinde apud ceteros, qui vel causas rerum illico in hoc genere cognoscere curant, vel certe tranquilliori sunt animo, si sciant, unde causæ illæ, quoties usu venerit, possint requiri. Interea citra anxii ambages examinis, præcipuum recensionis nostræ fructum ii vel inscientes capient, qui *manualem* hanc editionem bona fide, & tanta certe simplicitate, id quod æquissimum fuerit, tractabunt, quanta ceteras ejusmodi *singulatim* tractare sunt soliti, præsertim quum *omnium* succum hæc una imbiberit.

§ III.

Quibus tamen auctoritatibus, quibus rationibus, recognitio nostra nitatur, summatim hic dicendum puto. Quæ *Millius*, & ante Millium alii, ab eo vel prætermissi vel adhibiti, quæque censores & successores ejus in hoc genere congesserunt, ea excussi, limavi, compendiseci, auxi. *Graecos* manuscriptos codices undecim de integro contuli, & aliorum quatuor excerpta aliunde corrogavi. *Latinam* versionem omnium antiquissimam non perfunctorie recensui. Lectiones *Coptieas* & *Armenas*, quas non per omnes N. T. libros habebat *Millius*, in multis locis eximiis a *Maturino Veyssiére La Croze*, quamlibet grandævo, impetravi. Multa ceterarum versionum, *Gothicae* præsertim & *Syriacae*, loca, partim ex mea, partim ex aliena observatione retractavi. Neque nil spicilegii *Patrum* scripta præbuerunt. In omni hac multitudine antiquiores eosque graviores testes ceteris antepositi, *Graecolatinis* codicibus, vel rhapsodiis potius, exauctoratis. *Alexandrini* codicis & *Latini* interpretis collationem, sufficiens germanæ lectionis vel agnoscendæ vel * *investigandae* sum nactus adminiculum: quo pacto scrutinium hoc alioqui intricatissimum non modo satis firmitudinis, sed etiam plurimum facilitatis acquirit. Initium autem scrutinii non est faciendum a dubiis vexatis, sed ab ejusmodi lectionibus, quas in *uno* tantum aut *perpaucis* codicibus repertas, nemo unquam editor aut criticus probavit. inde apparet, & tales & speciosiores aliquanto aberrationes ab iis causis esse profectas, quas vel casus aluerit vel consilium. tum demum enascitur earum varietatum, quas *aequus* fere numerus codicum in ancipiti relinquit, decisio. postremo ad ardua loca, quorum germana lectio *praepar-eo* nititur numero testium, descendere licet.

§ IV.

His machinis, hac methodo, germanam ubique lectionem extrahere conatus sum, eique vel in textu vel in margine dedi locum. *Textus* nempe noster florem delibat

* Hoc verbo pridem cavi, ne tali collationi, ubi nulla alia documenta adscisceantur, plus justo tribuere viderer.

delibat editionum receptarum, quæ ſingulæ ſuis utique laborant nævis, conjunctæ vero & eclectico ſtudio conſociatæ multo plus ſinceritatis habent, quam pleriſque videatur. Hinc Legem ſemel nobis fixam facile ſervavimus: *ut ne ſyllabam quidem, antehac non admiſſam, noſter textus admitteret.* In ſola idem Apocalypſi, ob cauſas ſuo loco explanatas, manuſcriptos codices præfert, ea tamen conditione, ut receptiorem antehac lectionem ſuggerat margo.

§ V.

Diviſio in capita, hæc quidem, qua hodie utimur, *Graecis* ignota fuit, & in *Latinis* codicibus primum, iiſque manuſcriptis, deinde in impreſſis exſtitit. dehinc in editiones N. T. *Graecolatinas* immigravit: poſtremo mere *Graecis* adhæſit. Diviſionem in verſiculos a *Roberto Stephano* introductam eſſe, conſtat. Eorum nos & *capitum* & *verſuum* numeros, nil mutatos, in margine repoſuimus: textum, ut ipſius poſtulat ſeries, vel intervallatum vel continuum repræſentamus. id quod ad totam ſententiam exactius capiendam conducere, periti homines magno conſenſu docent.

§ VI.

Minores quoque diviſiones, ſive *interpunctiones*, cura noſtra complectitur. confer, ſi placet, editionem noſtram cum aliis, Luc. IV. 1. 2. Ioh. VIII. 25. X. 14. 27. Act. X. 41. præſertim in Paulo, Rom. III. 25 ſ. VIII. 33. IX. 4. 1 Cor. II. 14. VIII. 1-4. IX. 2 ſ. 2 Cor. VII. 11. Eph. III. 1-14. V. 2. Col. II. 11 ſ. III. 16. 2 Theſſ. III. 14. 1 Tim. I. 3-18. Hebr. II. 9. III. 7-12. VII. 18 ſ. IX. 19. XII. 22 ſ. nec non Iac. III 5 ſeqq. 1 Petr. II. 8. 2 Petr. II. 4-9. Iud. 3. 7. 12. Ap. IV. 8. VII. 5 ſeqq. De reliquis locis notantur quædam in *App. Crit.* ad Matth. XIII. 15. Nec tamen omnia ſpecioſa, vel antiquis placita vel novis interpretibus, avide arripui. Vid. ibidem notata ad Matth. III. 3. Ioh. I. 3 ſ. V. 27 ſ. VII. 22. 37. 2 Cor. IV. 4. Interdum ab expreſſiore diſtinctione abſtinui, veram vel lectori relinquens, vel Notis exegeticis reſervans. Act. XXVII. 40. Rom. I. 17. II. 14. Ap. XIII. 8. Rurſus *Interrogationis* ſignum vel deletum eſt a nobis, vel poſitum, vel tranſpoſitum, ut res poſtulabat. Ioh. XVI. 31. Act. II. 8-11. 1 Cor. XII. 15 ſ. XV. 29. 32. Hebr. IX. 17. X. 2. Neque nulla *ſpirituum*, 1 Cor. XV. 25. Col. II. 15, & *accentuum* ratio eſt habita. Matth. XIII. 23. Ioh. VI. 34. 36. Hebr. III. 16.

§ VII.

Vt quam emendatiſſima ſiſteretur editio, ſolicite elaboravi. Quare ſphalmatis erroriſve ſuſpicionem reprimi fas erit, ſi cui αὐτοῦ reciprocum & ἀφὴ cum ſpiritu leni, ἔργά μου cum duobus accentibus, κἀγὼ & ἀγαπαν ſine jota ſubſcripto, ſi ἀποκτένω ſine ι, ἕνατος per ν ſimplex, ἐϛὶν cum ν & οὕτως cum ϛ ante conſonantem interdum, ac potius, ſi ὁ κἠ ἡ βάτος, ſi ἑϛὼς neutrum per ω, & alia ejuſmodi, occurrent. major editio, ſi quis eam evolvere dignabitur, minutiarum quoque talium, non modo graviorum rerum, rationem reddet. *Abbreviaturas*, quas

quas vocant, articulorum præsertim, ceteraſque perplexas & juventuti moleſtas, amovimus.

§ VIII.

Margo variantes lectiones habet, easque, salvo prorsus lectoris judicio, *taxatas*, pro diverso firmitudinis gradu. Et ex receptis quidem editionibus varietates hic dantur fere omnes; sed ex manuscriptis codicibus, selectiores duntaxat, eæque potissimum, quas quamlibet genuinas Lex § IV memorata a textu interim segregat. Quivis igitur, cuicunque editioni ex omnibus assuevit, eam totam in hac nostra inveniet: simulque considere poterit, textum, addita meliore marginis fruge, quam proxime ad eam se recipere lectionem N. T. quæ fuerit ab ore ac manu apostolorum & evangelistarum.

§ IX.

Mirum esset, nisi sententiam, ex quo majoris editionis textus excudi cœptus est, pauculis in locis, die diem docente, mutassem, quam quidem libertatem reservavi mihi App. P. I, § XL n. VIII. sed in locis longe plurimis, atque adeo in universo hocce scrutinio, confirmata est sententia mea. Quare neque necessarium neque consultum duco, te, Lector, secundis tam cito * curis obtundere. Tuum enim esse scis, liberum juxta mecum exercere judicium. Hoc potius declarandum arbitror, cum majori editione minorem in textu & in lectionibus marginis earumque æstimatione penitus *congruere;* tantummodo lectiones quasdam marginis, & momento & auctoritate leviori, in tironum gratiam in hac *praetermitti.* Ac plures quidem prætermitti poterant: sed sæpe lectionem quamlibet tenuem indicavi, quia aliæ eam editiones in textu suo habebant, & quia noster textus sine tali indicio per sphalma ab iis discedere interdum videretur.

§ X.

Dices: Mallem talem editionem, quæ textum *merum* & in eo genuina omnia, sine ulla variante lectione, nobis insinuaret. Respondeo: Vehementer mihi quoque optata esset talis recognitio: sed eam producere nemo criticus posset, nisi & infallibilis, & a ceteris pro infallibili agnitus. Sæpe editor ne sibi quidem ipsi satisfacit: sæpe lectio, de qua ei certum est, & pancioribus testibus & minus obviis rationibus nititur; quo nomine raros ac tardos assensores, promtos multosque oppugnatores esset habitura. Itaque in *margine*, dum lucidius firmiusque judicium exoritur, præstat subsistere: id quod fecimus, sic tamen, ut insigniora loca *cir-*

* Secundas vero curas, XVIII annorum usu interposito, novæ hujus editionis margo (nam textus haud mutatur,) exhibet, ita, ut regularum criticarum applicatio interdum emendetur, ipsæ regulæ multo magis confirmentur.

ello distingueremus, qui in Hebraicis codicibus V. T. frequens, Iudæis occurrere potest, ne Scripturæ N. T. ob varietatem lectionis detrahant.

§ XI.

Quod superest, quomodo *utendum* sit margine, dicemus. Sæpe varietas, quæ contemnenda videtur, in recessu aliquid habet, ut in Exegesi,* si prelum obtigerit, demonstrabimus: sed quocunque quisque loco, quidnam intersit, haud perspicit, varietatem quietus in legendo prætereat licet. ubi lector sua aliquid interesse sentit, codicum silva in majori editione præsto est: plerumque vero etiam sine codicum scrutinio eam lectionem, quam postponimus, ex *paralleliſmo*, *gloſſa*, *alliteratione*, *rhythmo*, *homœoteleuto* &c. videbit esse natam. quæ causæ quid sint, quid possint, eadem demonstrat editio: & qui animo semel eas habebit impressas, magnam in hac discussione facilitatem consequetur; profectuque crescente, numerum varietatum in suo certe margine quotidie imminuet, existantioresque textus sibi consueti emendationes, atque adeo vindicias, in contractiorem lætus subinde summam coget. In *Schola* presse textum sequi expedit, nisi forte doctoris fert animus, ad marginem, insigni emendatione fulgentem, aliquando descendere.

§ XII.

Corticem, quæcunque præfati sumus, videantur magis spectare, quam nucleum Scripturæ N. T. sed tamen ad hanc ipsam enucleandam sunt necessaria. De ratione digne & salutariter eam tractandi si quis aliquid requirit, summam hanc pridem habeo mihi aliisque propositam: *Te totum applica ad textum: rem totam applica ad te.* neque plura, etiamsi hic locus caperet, addi necessum esset. Ipsa Scripturæ N. T. veritas & virtus se omnibus optime & commendat & communicat. Beati, qui experiuntur: hæc vero experientia atque adeo beatitudo, per glorioſissimum τῆς καινῆς διαθήκης Sponsorem Iesum Christum, omnibus hac N. T. Scriptura, tanquam divino Instrumento, legitime utentibus obtingat.

* Exegesis, *Guomonis* titulo, exiit A. MDCCXLII, recusa A. MDCCLIX.

APP.

APP. CRIT. P. IV.

Nro IV.

DEFENSIO NOVI TESTAMENTI GRAECI

TVBINGAE ANNO MDCCXXXIV EDITI,

EXCVSA

LVGDVNI BATAVORVM

APVD CONRADVM WISHOFF,

MDCCXXXVII.

(De hac *Defenſione*, qua b. Auctor oſtendit, ſe non egiſſe *timide*, ipſe in præf. Gnom. N. T. § VIII, *Prior*, inquit, Defenſio *jam propemodum antiquata eſt. nam & is ipſe, cui reſpondi, criſin* Maſtrichtianam, *qua parte correxit, ad totam rationem meam conformavit: & quid alii de cauſa illius & mea ſenſerint, enarrat Doctiſſ.* Lilienthalius *in Biblioth. exeg. p. 1263 ſeq.*)

Adſpectu tuo, quiſquis veritatem amas, dignere velim, quæ dicere ingredior: non ſine fructu te diſceſſurum eſſe, confido. Poſteaquam *Novum Teſtamentum Graecum*, opera mea recognitum & critico *Apparatu* comitatum, Anno MDCCXXXIV exiit, complures eruditi, &, quod me plus conſolatur, ſancti homines, laborem meum ſibi gratum atque utilem eſſe, multis modis, etiam cum laude divinæ Bonitatis, declaraverunt. Vna *Bibliotheca*, quæ Gallico ſuo ſermone, *Raiſonnee*, inſcripta, *Rationalis*, commode ſaltem, ſi non exacte, dicetur infra, eam editionem ita decoloravit, ut multi lectores, qui & cenſorem & me noſſent, *Vindicias* mihi ſcribendas eſſe arbitrarentur. Eas igitur in præfatione *Harmoniae Evangeliſtarum*, Germanica lingua ſcriptæ, hoc anno MDCCXXXVI exhibui.

Quum ita omni me defenſionis labore perfunctum ſperarem, cognovi, illas vindicias ab inſigni quodam viro, multum Chriſti cauſa laboranti, lectas eſſe, cui operæ pretium videretur, eaſdem in *Latinum* traduci ſermonem, & ex eo loco, unde Cenſura exiſſet, *Amſtelaedamo*, vel ſaltem *Hollandia*, cenſuræ lectoribus item

legendas offerri. Plane hoc improviſum mihi accidit: neceſſarium videbatur conſilium, laborem vero formidabam. Critici penſi tandem exantlati opinione lætus, cogitaveram in *Exegeſi* N. T. eaque duplici, morari. Altera, *Gnomonis* titulo, Latino ſermone, literatis inſerviet, & *Chronologiam* ſacram ſecum trahet, ubi periodi hiſtoriæ ac propheticæ concatenatæ dantur, & hæ quidem partim ex radice diei apocalyptici inter diem annumque communem, id eſt, inter hypotheſes adhuc dominatas intermedii, partim per ſeptenarium in temporibus varie ſcintillantem, reſolvuntur. Altera, *Germanico* ſermone, cum verſione vernacula novæ recenſioni Græci textus attemperata, etiam illiteratis ſe accommodabit. De utraque in præfationibus N. T. Tubingæ editi & Harmoniæ Evangeliſtarum plura dixi.

Tum, ſi quid ex eodem opuſculo harmonico recoquendum ſit, longe malim ex ipſa Domini ac Redemtoris mei vita in mundo acta aliquid recenſere. Neque enim meris opinationibus, quibus multi tempus miſere terunt, nixus ſum, ſed ex idoneis *principiis* illam quatuor Evangeliſtarum coagmentationem deduxi. Sapientiſſimas Salvatoris alluſiones ad *lectiones* Moſis & Prophetarum in ſabbatis & feſtis diebus erui, & his criteriis unumquemque annum a vicinis annis liquido diſcrevi, motus cœleſtes in feſtis diebus oſtendens ab Iudæis ſine vitio obſervatos. De *Lucae* Evangelio Alexandriæ ſcripto teſtimonia ultimæ antiquitatis collegi, atque ita obtinui, ut neque mortem Herodis invito Ioſepho prorogare, neque imperium *Tiberii* ante obitum Auguſti incipere, neque *annis quaſi triginta Ieſu Chriſti baptizati* annos aliquot addere neceſſum haberem: quorum incommodorum unum certe adhuc omnes, qui a chronologia harmoniam evangeliſtarum ſejungi non oportere, ex vero ſtatuerent, ſubire ſolitos eſſe, ex Clariſſimi *Vitringae* Hypotypoſi hiſtoriæ ſacræ N. T. Sec. 1. Part. 1 commode perſpicitur. Simul veros Chriſti, *nati*, *baptizati*, *exaltati* annos; *paſchata* inter baptiſmum ejus & mortem, non niſi *tria; annum Domini acceptum*, proprie dictum, in Galilæa; Marci ac Lucæ *trajectiones*, ſane modicas; *paſcha*, a Redemtore & ab Iudæis uno die comeſum; rationem *LXX hebdomadum* apud Danielem, adhibito Ptolemæi canone protinus emicantem; & lineamenta *chronologiae* paulo ante memoratæ, demonſtravi: compluraque de *ephemeriis* ſacerdotibus, de *loco* conceptionis, & de *die* nativitatis Ieſu Chriſti, de *quatuor menſibus* ante meſſem, de *pentecoſte* apud Iohannem, de *die expiationis* & *ſabbato ſecundo primo* apud Lucam, de *triduo mortis* Ieſu Chriſti, de *ſerie doctrinae* & de *decoro actionum* ejus, deque utilitatibus geminæ harmoniæ evangeliſtarum, conſideranda propoſui, quæ animas pacatæ veritatis, quam diſceptationum, avidiores paſcerent.

Verumtamen non temere, ſed divina gubernatione factum credidi, ut *defenſioni* N. T. Græci per me recogniti ſpatioſum iter, me dormiente, patefieret. Eſt hoc quidem *Alemannorum* inprimis, quæ vel per naturam vel per gratiam exteris data videant, ea potius mirari, amplecti, & in ſuum vertere profectum, quam ea, quæ ipſis obtigerint, ad alios in longinquum venditare: quæ *απειρογια* & ſimplicitas, ſuperveniente fidei virtute, corrigitur atque ſanctificatur. Nec quidem divini judicii reverentia, divini amoris guſtus, a curatione laudis neglectuſve non modo

apud

apud remotos mortales, sed etiam apud vicinos, liberat. Sed sancta res est veritas, & quum eam mea causa eminus violatam video, bonis monitoribus ad defensionem me impellentibus morem gero. *Vindiciae* igitur illæ, quarum mihi lectores propono *verba seriemque* ipsius *Censurae* identidem respicientes, sic *fere* habent.

I. Auctor censuræ unicus, vel certe præcipuus, est Clarissimus Remonstrantium Doctor *Io. Iacobus Wetstenius:* id dissimulare nullo modo possum. Hic enim est, cujus diutinum Zelum adversus operam a me in N. T. Græco positam multi norunt. *Prodromum* N. T. Græci recte cauteque *adornandi* Anno MDCCXXV Dialogo *Chrysostomi de Sacerdotio* Græce Latineque cum annotationibus edito comitem dedi. Eum prodromum Censor in *Prolegomenis* N. T. Græci Anno MDCCXXX emissis passim pupugit. De primis *Matthaei* capitibus, quæ is aliquanto ante cum annotationibus suis criticis excusa ait, dicere differo. Anno MDCCXXXI edidi *Notitiam* N. T. Græci recte cauteque *adornati*, qua scheda subscriptiones Bibliopola invitavit: & Anno MDCCXXXIV prodiit *editio* ipsius N. T. Tum vero Censor impetum in me fecit, in *Bibliotheca rationali*, deque sua ipsius *recognitione* mentionem intulit, quæ num omnino exitura, vel qualis futura sit, non habeo dicere. Interea illam editionem, quæ crisin perpetuam G. *D. T. M. D.* id est, *Gerardi a Maestricht* exhibet, ita recentavit, ut me non intactum dimitteret. Sacri textus *recognitio* negotium est ejusmodi, quod veterum monumentorum copiam, simulque otium, patientiam, usum & experientiam requirit: atque ita multi, ceterarum rerum peritissimi, in hoc genere hospites esse possunt. Magna igitur est offensio, ubi inter eos, qui huic parti incumbunt, dissensus intercedit, & alter alterius labores sine causa contemnit vel obterit. Equidem in *Apparatu* critico de iis, qui in textu N. T. aliquid navarunt, verum judicium promendum existimavi: sed id feci religiose, modeste, circumspecte præsertim ubi ad *Wetstenium* ordine veneram. Unde nullum verbum est, quod hodie lenius reddere possim, quanquam ansas non leves habuerim ægre ei faciendi. At quemadmodum ille in *Censura* me tractarit, omnes vident. Respondeo igitur, sed, ut antea, cum mansuetudine, ea, quæ lectorem juvare possint, uberius explicaturus, quam cetera, ne scriptionum vanitas nimium accumuletur.

II. De accentibus Hebraicis in *Prodromo* ita sum locutus: *Ni fallor, unius Pauli epistolae majore distinctionum varietate afficiuntur, quam omnes in Hebraeo codice accentuum myriades, quibus Oculum divinum, tanquam* altioris *originis apicibus, invigilasse, hoc ipso non contemnendo videtur discrimine posse convinci.* Nemo diffiteri potest, Hebraicos accentus eum ubique sententiam inferre, quæ textus verbis congruat, & longe supra cæcitatem postmodum ab Israel ex parte contractam sita sit: at commata, cola, puncta, quæ librarii codicibus N. T. appinxerunt, humanam originem multo magis redolent. In Apparatu ad Matth. XIII. 15 id ex allegatis V. T. in Novo demonstravi: (conf. cel. *Rus* Introd. gener. in N. T. p. 78 seq. ubi etiam *Dachselium* laudat:) neque doctus quisquam in Hebræis accentibus eam sibi libertatem, jure, sumere potest, quæ in Græcis distinctionibus N. T. quotidie a multis, perite, imperite, usurpatur. In Prodromo non erat instituti mei, de Hebraicis accentibus differere: iis-

que verbis uſus ſum, quæ *merito* omnibus, vel plurimi eos vel minimi æſtimantibus, ſatisfacerent. Interim verba mea *Cenſor* pag. 204. ſeq. emphaſi quadam auxit: quæ autem in *ſectionibus* N. T. majoribus, & in *diſtinctionibus* minoribus, quas ſolas cum accentibus Hebraicis comparaveram, non oſcitanter præſtiti, *minor editio* N. T. Gr. in præfatione §. V. VI explanat.

III. Qui *Præſcriptionis* jure ex ſequiore lectione genuinam fieri diceret, valde ineptus eſſet. Equidem in Prodromo his verbis, ad mentem infirmiorum non ſine mimeſi accommodatis, uſus eram: *Primae partes*, in concinnando textu, *Rob. Stephano*, *QUASI praeſcriptionis jure*, *manebunt*. *Ita paci*, *opinor*, *& infirmiorum conſcientiae conſulitur; veritati ejuſque cognitoribus*, *deinceps*: & neceſſitatem particulæ, *quaſi*, in *Notitia*, & in *Apparatu* P. I §XXXIX, n. 13 declaravi. At *Cenſor* & in Prolegomenis & in Cenſura *Praeſcriptionem* mihi abſolute tribuit. Lectiones marginis textui alligare volueram, non per literulas *a. b. c. d.* & reliquas, ſed per ſubtiliſſimas *a. c. o. s.* quæ ſimul ſignificatus quoſdam non ineptos habituræ fuerant: ac poſtea omnes ejuſmodi literulas a textu abeſſe juſſi. Et tamen *Cenſor* unum S, idque unciale, quod textum valde deformaſſet, Prodromo meo adſcribit. Mitto alias minutias, quibus quanquam animum ſuum Cenſor aſſatim oſtendit, tamen neque referendis iis neque refellendis moleſtiam lectori exhibebo. Si quis ineptum quidpiam mihi adſcriptum ſenſerit, judicium ſuum ſuſpendat, rogo, dum mea & Cenſoris verba inter ſe contulerit. Aequum eſt: *audiatur & altera pars.* Illud memorabile eſt, quod quum opus aliquod, tandem confectum, unice conſiderari debeat, & deſcriptiones ejus, quæ præceſſerant, deinceps antiquatæ reputentur, *Cenſori* tamen collibitum fuerit *Prodromo Notitiae*que diutule immorari: qua arte conſecutus eſt, ut, quæ in conatibus meis immatura initio viderentur, exaggeraret, & quæ deinde meliora feciſſem, imminueret vel reticeret.

IV. In manuſcriptis codicibus conferendis, etiam poſt præclariſſimos *Io. Millii* labores, operæ pretium ineſſe, demonſtrandum in *Prodromo* ſuſceperam, ejuſque rei exemplum præbueram, quod *Clericus* in Biblioth. ant. & hod. Tom. XXVI, pag. 419 memorabile (*un exemple remarquable*) appellavit. Nempe *Hebr. II. 9* pro χάριτι, χωρὶς olim lectum, præter ceteros notarat *Millius*, ſed idem addiderat: *Editis congruit*, *quicquid uſpiam hodie eſt librorum MSS. Gr. & Lat.* Ego autem membranam vetuſtiſſimam, in qua clare exſtat χωρὶς, produxi: cumque eidem lectioni patres Græci ex variis ætatibus, (quibus nunc *Anaſtaſium Abbatem* adjeci,) &, ex verſione videlicet Itala, Latini, quin etiam Syriaca verſio antiquior, ingens pondus adderent: expoſitionem, certe non abſonam, modeſte protuli. Hæc non potuit placere iis, quos etiam firmiora pro Deitate Ieſu Chriſti argumenta urunt. Egomet autem in Apparatu ſcripſi: *Interpretatio hujus lectionis*, *in Prodromo tentata*, *neque aliis neque mihi ſatisfecit: judicium quidem de lectione ipſa*, *ibidem propoſitum*, *mutare vetat parallelismus plane ſingularis 1 Cor. XV. 27.* Vid. P. II, ad l. c. nec non P. III, § 1 apud III par Exc. Lectionem χωρὶς, & interpretationes ejus varias vel cum aſſenſu vel certe ſine contemtu tractavere, præter veteres & recentiores multos, Theod. *Beza*, Dan. *Heinſius*, P. *Colomeſius*, R. *Simonius*, quorum quibuſdam ipſam *Prodromi* mei expo-

expoſitionem ſine ulla dedignatione adſcribit Rev. *Wolfius* Vol. III. Curar. in N.T. pag. 620. Unus *Cenſor* me unum non uno loco exagitat, nimirum ut *ideam de guſtu meo critico parum favorabilem* apud alios nutriat, p. 205 ſeqq. Anagramma frigidiſſimum טעם ex מעט mihi imputat, de quo nunquam cogitavi, nam ipſa noemata, *βραχὺ*, & *γευσηται*, ut *Chryſoſtomus*, *Sedulius*, *Haymo*, *Flacius* judicant, per ſe, in qualibet lingua inter ſe reſpondent. Veros autem *Prodromi* nervos ſub formula, *inter alia*, occultat, & *Apparatum* ad h. l. penitus prætermittit. Reſpiciat, quæſo, Lector verba ejus, & reputet, taliſne animus, quem hic Cenſor in me prodit, ſinceritatem tractatione Scripturæ ſacræ dignam habeat.

V. Idem ait pag. 6, ſpatium mihi fuiſſe ad penſitandam operis mei ideam, & ad proficiendum ex Prolegomenis ſuis. Diſtincte notare debebat, quid per *tempus*, quid per *Prolegomena* profeciſſem. Omnino ſex annis inter *Prodromum* & *Notitiam*, tribus inter *Notitiam* & *Opus* ipſum interjectis, proficiendi tempus fuit: ſed Prolegomena de *Sex* capitibus, quæ Cenſor tanquam ſpecimina profectus illius percenſet, *ne unum quidem* attingunt. Anno MDCCXXIX opus meum, cujus ſumma jam ea eſſe debebat, quæ hodie exſtat, Illuſtri Conſiſtorio Wirtenbergico ſubmiſſe repræſentavi: inſequente anno *Prolegomena exierunt, quae & ad Prodromum a nobis pridem emiſſum praecipuis in partibus acceſſerunt, & nobis viciſſim ad perpoliendo noſtra anſam dedere.* Sic enim locutus ſum in Appar. P. I § XXXIX n. 13. & in Præf. hæc ſcripſi: *Quae docti viri ſuper Millii penore, ſuper Bentleji ſpecimine, ſuper Anonymi textu Graece & Anglice excuſo, ſuper Prolegomenis Wetſtenianis primiſque editionis illius inchoatae foliis, id eſt, ſuper praecipuis aetatis noſtrae auſibus in hoc genere, ultro citroque diſputaverunt, omnia ad me commonendum pertinere, & tamen veritati primas partes, ſecundas modeſtiae deberi, exiſtimavi.* Non igitur ſola ſunt *Prolegomena*, ſed multa quoque alia, quæ excuſſi, & ad limandum ultima manu opus adhibui. Sic videlicet facere debent omnes, qui maturum aliquid producere parant. Speciatim ex Prolegomenis aliquot floſculos antiquos decerpſi, non ſine liberali mentione Prolegomenorum, in Appar. P. I § XXXII. Obſ. XX. Conſid. VIII. item P. II ad Ioh. VIII. 1 & ad Apoc. XII. 10. Cumque ſcirem, quantopere me obſervaret auctor Prolegomenorum, omnia eo vigilantius ſepſi: nec me operam perdidiſſe, Cenſura, nil agendo, oſtendit. Libertas vero illa, quæ in Prolegomenis dominatur, ſane periculoſa, quæ maxime Canonem illum p. 196. peperit, *Nihil prohibet, Lectionem a typis edita & vulgo recepta diverſam in Textum recipere, non tantum ubi idoneis argumentis aſſeri poteſt, verum etiam ubi adhuc dubitatur, utra utri ſit praeferenda:* ea verecundiam meam priſtinam, a textus recepti mutatione abhorrentem, valde confirmavit. Tales utilitates & ego ex Prolegomenis petii, & omnes religioſi critici uſque quaque debent petere. At ſex capita a *Cenſore* notata docent, rationes mei penſi interiores ſemper eaſdem, idoneo firmitudinis argumento, manſiſſe: formam duntaxat externam paulatim commodiorem factam: & ea, quæ in *Prodromo* declaraſſem, ſatura lance eſſe præſtita.

VI. *Majorem* voluminis *formam* creſcens indies Apparatus poſtulavit: & nunc editio *Breitingeriana* LXX interpretum, & *Tubingenſis* editio Novi Teſtamenti belle com-

congruunt, ut *Biblia Graeca* uno habitu adornata in forulis ſuis docti reponant. De *minori* editione multo incertius loquitur *Cenſura* p. 206, quam Apparatus P. III § 1, apud II Par Exc., quanquam egomet de ea minus promiſi, quam præſtiti. Nam eodem anno MDCCXXXIV, textus cum lectionibus marginis, ſine apparatu, ſolicite correctus, prodiit, parabili Charta, pro tenuioribus, candida pro lautioribus, & hodie in Cœnobiis & Scholis Wirtembergicis aliiſque tractatur, & a lectoribus commode circumfertur. *Stuttgardiae* & *Tubingae*, ſi quis quaerit, adhuc aliqua exemplarium copia eſt. Oecumenicum lectionis N. T. conſtituendæ arbitrium ſibi ſumere, periculoſum eſt: meum conſilium erat, iis præcipue, qui me nollent vel etiam audirent, inſervire, & doctis poſthac textum recognituris præſervire. Quod optavi, Dei benignitate ſum conſecutus. Si quis alius uti vult, tanto magis me juvat laboraſſe. *Prolet quiſque, quod poteſt, & quod bonum cernit, amplectatur, dum aliquid exoritur, quod non ſolum recentius ſit, ſed etiam revera, & quidem in parte memorabili, melius reperiatur.*

Medullam editionum omnium, eclectice dandam, & *Claſſes manuſcriptorum*, non *Notitia* demum propoſuit, ſed *Prodromus*, § II, Lege III & IX. *Robertum Stephanum* minus ſæpe appellandum ſtatui, poſtquam eum cum *Eraſmo* tam valde congruere deprehendi. Utrum Claſſes codicum, quas ego habeo, an Claſſes, quas Cenſoris Prolegomena fecerunt, plus ad Deciſionem faciant, periti judicent.

VII. Non ſolum *Auguſtanos Septem*, *Byzantinum*, *Hirſaugienſem*, *Moſcuenſem*, *Offenbachianos duos* MSS. codices contuli, quos, *duodecim*, *Cenſura* p. 206 memorat: ſunt præterea *Baſileenſes* tres, *Bodleianus* unus apud Waltonum, *Camerarianus*, *Dionyſianus* apud Gagneium, *Gehlianus*, *Pariſinus* unus apud Simonium, *Wolfiani* duo, *complures* apud L. Vallam & I. Fabrum Stapulenſem, Fragmenta alia & Excerpta, quæ Millio & Kuſtero *intacta*, in Apparatu meo congeſſi. Antiquiſſimæ & longe graviſſimæ translationi *Latinae* tantundem facile operæ dicavi, quantum ipſi textui Graeco: multaſque ejus lectiones ex manuſcriptis Germanorum præſertim reſtitui. Unde ex Notis meis, ſi quid refert, *Recognitio translationis Vulgatae N. T. ferme perpetua* colligi poſſit. Vid. Apparat. P. I, § V. VI. VII. XXXIX. XL. P. II, Fund. Cr. Apoc. § XIV. & ad Apoc. XXII. 1 ſeqq. P. III, § 1 ap. 1 Par Except. Acceſſere verſionis *Copticae* & *Armenae*, in libris N. T. a *Millio* hac parte prætermiſſis, a cel. *La Croze* rogatu meo reviſis, & multa alia *Verſionum Patrumque* ſupplementa. Hæc omnia *Cenſor* diſſimulat. Facile patior, Millii collectanea cum meis, in quolibet N. T. libro aut capite conferri. Neque tamen, pro genuina lectione *determinanda*, duodecim illis, neu Auguſtanis ſolis (de quibus *Cenſ.* p. 224.) ceteroqui præclaris MSS. nedum uni eorum, adhæſi, uti Cenſoris ſpecimen non raro uni Baſileenſi, uni Pariſino ſe dederat. Quicquid alii congeſſerunt, quicquid adjicere potui, adhibui: nuper repertis non favi præ priſtinis. Tali modo multæ varietates, quæ antehac ambiguæ fuerant, *expeditae* ſunt: viciſſim aliquot lectiones magni momenti, quarum nullum aut pertenue apud ipſum Millium fuerat veſtigium, ſunt *erutae*, & iter ad futuram earum Deciſionem præparatum.

VIII.

VIII. Admonitionem de *Canone unico* ad Decisionem apto non solum narravi, ut *Censura* refert p. 207, sed etiam, ut admonitioni satisfacerem, operam dedi in Appar. P. I § XXXIV. Ipse Canon sic habet: *Proclivi scriptioni praestat ardua.* Ibidemque subsequitur declaratio: *Sane* proclive *est, ut librarius vel casu vel consilio, vel casu & consilio, non mutanda mutet.* Hoc Censor eadem paraphrasi ornat, atque ego in Appar. P. I § XXI. Sed eo non exhaustus est Canon. itaque adjunxeram. *sed* proclive *etiam est, ut codices novi prae antiquis, & Codices Graeci vel Latini prae Graecis & Latinis, & codices pauci prae multis, & codices inter se propinqui prae codicibus variorum climatum, idiomatum & seculorum titubent.* Omnes critici, ubi lectionem aliquam refutant, verbo *proclive, pronum, facile*, utuntur. Usus eo pridem est *Irenaeus*: vid. Appar. P. II ad Ap. XIII. 18. saepissime vero *Millius*. Hoc dicunt, *Proclivem lectionem postponi oportere lectioni non proclivi.* id est, per aequipollentiam, *Proclivi lectioni praestat ardua. Aenigmatica* haec verba *Censor* appellat. Enimvero quaelibet regula obscurior est declaratione sua: aliter declaratio nulla locum haberet. Sed declaratione semel confecta, intellectui memoriaeque conducibile est, sententiam ejus in summam quandam conferre. Argumentum regulae sine controversia salubre est, quanquam eam *insolitilem* nusquam dixi: id si quis commodiore oratione comprehenderit, gratiam habebo, & imitabor. Sin aliquis hac regula non utitur, in Apparatu P. I paragraphum XXXIV praetereat, licet. Tota ibi praegressa evolutio vel tanquam interpretatio canonis, vel per se tanquam dissertatio a canone illo aliena, considerari potest.

IX. *Claromontanum* codicem Rom. XII. 11. κυρίῳ habere, *Simonius* scripsit, καιρῷ *Millius*. Simonio me potius, quam Millio ejusve amicis me hic duntaxat credidisse, nemo mirabitur, qui utriusqu: verba inter se contulerit, praesertim cum ad lectionem καιρῷ ne in Fellianae quidem editionis margine cod. *Clar.* & inde descriptus *Ger.* citetur. Millio palmam vendicat *Censor* p. 208. Gaudeo: sic enim ex improviso confirmatur observatio non levis momenti, in Appar. P. II ad initium ep. ad Rom., & ad Rom. XII. 11 posita, Tres codices Graecolatinos *Boern. Clar. Ger.* praecipue ad *Hilarium* diaconum, qui *tempori* h. l. habet, esse refictos. Lectio κυρίῳ, quam *Simonius* codici *Clar.* sine discrimine adscribit, quamvis hoc secunda tantummodo manus effecerit, aliis testimoniis firmissime nititur.

X. *Gerardum a Maestricht* accurate legisse codicem *Caesareum* sive *Viennensem*, non dubito in Appar. P. I §. XXXIX, n. 8. Sed quia is in Prolegomenis suis sect. 6 seqq. vehementer recusat, ne variantes lectiones tam numerose publicentur, imo tota sua crisi id ipsum prohibere conatur, nefas fuit suspicari, cum omnia codicis *Vien.* excerpta in lucem protulisse. Revera a Matth. I. ad Luc. XI. ea perparce dedit, & Marc. XI. 3. lectionem variantem ἀποστέλλει Oxoniensium exemplo suppressit. Haec si culpa est, mea non est: quin etiam in Apparatu P. II ad Marc. XI. 3 caute & dubitanter scripsi ἀποστελῶ *habent Er. edd. VEL etiam Vien. &c.* Triplicem errorem dum mihi tribuit *Censor* p. 208. triplicem injuriam mihi fecit. Ipse hoc pacto egregie confirmat, merito me illum codicem, ut multos alios item laudabiles,

in Classe II reponere *solitum* esse. At cur ille neque hanc, neque ceteras, si quas postea reperit, lectiones cod. *Caes.* in nupera criseos Mastrichtianæ editione, ubi vel maxime proprius fuisset locus, supplevit? Si fidem fecerit, nihil supplementi superesse, protinus codici illi in prima Classe locus obtinget.

Mirum est, tam ampla *Censorem* præfatione duo hæc allegata ad Rom. XII. & Marc. XI. ornasse, & in ea virum integerrimum G. a Mastricht, interposito tamen R. Simonio, pro *infideli duce* p. 207 declarasse, neque in tanto suo adversus me rigore ex omni sua copia ponderosius quidquam deprompsisse. Multa ego ejusmodi allegata, quæ apud alios mendosa erant, vel tacitus, vel certe sine tanta ceremonia, quanta Censor utitur, correxi. Ipsum indicium, ab eo factum, laudabile est: & optamus, ut ei omnia ejusmodi, apud Millium aliosque reliqua, sanare contingat. Hoc vero est, in quo navandi aliquid occasiones non quotidianas habuit.

XI. Per aliam illam regulam, quam *Censor* p. 209 secus refert, ego lectoribus omnem metum, de textu mutato, abstergere volui. Summa regulæ erat, nil invitis *omnibus* editionibus in textum admittere. Id servavi, suspicionemque, quam *Censor* p. 210 infert, præcidi. Ubi editiones inter se differunt, liberum mihi per regulam manebat, genuinam lectionem, uti quolibet loco videbatur, vel in textu vel in margine anteferre. Editiones, unde Censor aliquot loca allegat, sunt desitæ, & in Prodromo Lege III exceptæ. Quæ Censor hic profert, ad perturbandam rem faciunt: ego autem methodo mea innocenti & libera tranquillitati animorum consului.

XII. Prudenter *contradictionis* metum *Censor* p. 210 illico missum facit. In margine Rom. XVI. 24 litera *β* salva est: tantummodo pro τῷ legendum est ϊ. Id & circellus in textu, & unius versiculi 24, non versiculorum subsequentium, numerus in margine (ne minorem addam editionem,) satis indicat. Quare non opus fuit in Erratis poni.

XIII. In Erratis nullum eam rationem habet, quam *Censor* p. 210 memorat: tria sunt loca, Matth. XVIII. 7. Act. XVIII. 21. Gal. IV. 25, de quibus fervente prelo sententiam mutavi. Omnino pauciora sunt errata, quam quisquam putet, qui Censuram ac non Opus ipsum viderit. Nonnulla in Apparatu sphalmata minor retractavit editio: quæ dum excudebatur, nulla amplius in textu majoris editionis mendosa litera est deprehensa. Præterea confirmare lectori possum, marginales literulas *α β γ δ ε*, a me accurate revisas, in impressione libri cum mente & manu mea congruere. Pridem in re critica signis & siglis opus est, neque super ejusmodi apicibus alter solet alterum solicitare. Libertatem, quam *Censor* p. 218 tuetur, idem mihi relinquere debebat. Ille, prelo proximus, in omni sua cura, *impeditam* allegationem habet p. 209 ex Matth. XIII.

XIV. Si Græcam *Senarii* notam ignorarem, plane a crisi N. T. arcendus essem. Ego autem elementum illud & pridem in Notis ad *Gregorii Thaumaturgi* Panegyricum Ori-

Origenianum p. 216, & ſæpe apud *Chryſoſtomum* de Sacerdotio atque in ipſo Apparatu tractavi: neque tamen inter literas α β γ δ ε ζ quicquam tranſilii, ut *Cenſor* literis in numeros ſine cauſa mutatis conficit. Etiam in rhapſodiis Homeri Epiſemon abeſt a titulis. Qui ſub litera ζ ſolenne librariorum ζητει, i. e *quaere*, (in Apparatu videlicet quære,) ſubaudire vult, qualecunque memoriæ adminiculum ſentiet. Certe hoc ipſum ζ ad Apparatum remittens, aliam ſignificationem habet, atque α β γ δ ε conjunctim. Quare ſi ſaltum commiſiſſem, commodus eſſet ſaltus.

XV. Quinque hiſce tenuiculis literis lectiones marginales taxavi, & quidem ſalvo aliorum judicio, & aptiſſimo, quanquam *Cenſori* p. 210 aliter videtur, compendio. Nam *quaelibet varietas, quoad quovis tempore conſtitui poteſt, aut in aequilibrio eſt, aut altera lectio alteri antiſtat, & hoc rurſum vel magis notabili diſcrimine, vel minus notabili.* Sic lectiones firmæ, plauſibiles, dubiæ, in textu aut margine collocatæ, analytice ad *quinque* gradus, quos alioqui *innumeros* eſſe expertum habeo, reducuntur. Et hos gradus, *quinque* illis notavi literulis, ut guſtum lectori præberem, donec annotationes & teſtimonia codicum in loco evolviſſet atque examinaſſet. Si quem illæ literulæ non delectant, eradat eas vel certe prætereat, ut in Appar. P. III § I apud II par Exc. dixi. Erunt tamen, qui utilitatem earum magis magiſque ſentiant.

XVI. *Specimen* recenſionis N. T. impreſſum *Cenſor* agnoſcit, ſed ipſam N. T. editionem *Chimaeram* appellat p. 210. Mea pace editionem ille a ſpecimine ſuo quamlibet longe removere poteſt: neque refert quicquam, quo prelo aut ſpecimen impreſſum, aut editio imprimenda fuerit. Officinam quidem Prolegomena in præfatione § *In procinctu*, collato tituli fine, indicare videntur. Quæ in Appar. P. I § XXXIX, n. 13 dixi, in iis *Acta* Baſileæ Anno MDCCXXX edita, hoc titulo, *Handlungen betreffend die Irrthümer und anſtoſſige Lehren H. I. I. IV.* & ſecutus ſum bona fide, & candide citavi. Quam exinde Cenſori ſententiam de aliquot locis N. T. adſcripſi, ea tum certe, quum ſpecimen imprimeretur, Cenſoris ſententia fuit: nec dubium eſt, quin ex iiſdem principiis crifis illa, ad initium Matthæi, & ad reliquum N. T. fluxerit. Quantum is deinde, brevi multove poſt, ſe mutavit, tantum mihi adſentitur. Veruntamen, veritatis cauſa, non poſſum intercipere, quæ vir inſignis Baſileæ prid Non. Febr. Anno MDCCXXXV ad me ſcripſit: *Dici non poteſt, quanta cum indignatione legerint heic loci omnes boni iniquiſſimam cenſuram, quam in . . . tuam N. T. editionem . . noſter . . Diario nupero Batavico inſeruit. Quod ſi nondum abſoluta fuiſſet editio* Apologeticæ *noſtrae* Epiſtolæ, . . . *adjeciſſemus ei protinus* Corollarium, *quo calumniam ejus de facta nobis denunciatione, qualem ibidem fingit, refutaremus. Ille vero, id quod ſanctè omnes de Collegio affirmant, neque ſignificavit aliquid cuiquam noſtrum, de mutato a ſeſe inſtituto, ac in diverſam a Schedis Magiſtratui traditis formam deinceps reconcinnando; & e contrario ita Schedas illis ad editionem inde procurandam adornatas eſſe prae ſe tulit, ut prìno jam eſſe in manu Cognatorum Bibliopolarum, interroganti ſollicite Magiſtratui reſpondet;*

vet; deinde retrahere ſerio juſſus, poſt aliquod tempus, non ſine efflagitatione pretii Curſoribus publicis vecturae nomine perſoluti, quod & renumeratum ei de publico eſt, Ordini ampliſſimo exhiberet. Variaverat is quidem, & magnopere variaverat in exponendo illo ſuo editionis conſilio antea, quemadmodum tu ex Actis, ipſiuſmet verba & longiſſime ab invicem abeuntes ſententias declarantia intelligere potuiſti; quanquam ne tum quidem illum vere & ex intimis ſenſibus locutum eſſe, quiſquam cordatus exiſtimavit, cum nimis multis argumentis indiciiſque appareret, pro tempore hominem, quae in rem ſuam eſſe videbantur, impudenter fingere. Sed vero poſt eas, quas dixi, Schedas pro exemplari novae editionis ad Bibliopolas miſſas, nec niſi gravi & iterato Senatus mandato retractas, denuo ſeſe novum aliquod conſilium cepiſſe, atque idcirco etiam illas Schedas, illud exemplar operis, abjicere, & nullius pretii haberi velle, neque dixit, neque dici curavit noſtrûm cuiquam. Haec tibi . . . . ſignificanda eſſe putavimus, ſi forte Vindicias edere . . tui operis atque inſtituti velles, ut pro lubitu tuo uti, ac nomine atque auctoritate Ordinis noſtri ad te perſcripta, affirmare poſſes &c. Quemadmodum ceteroqui opis noſtræ neutiquam egent graviſſimi viri, ad quos id negotium pertinet: ſic toto orbe remota eſt a *Baſilea* controverſia, quam in Apparatu P. I § XXXIX n. 13 *Politicas potius* cenſui, *quam criticas rationes habere.* Aperte enim hæc verba referuntur ad *Londinenſe ſpecimen animadverſionum in Prolegomena in editionem N. T.* Anno MDCCXXXI emiſſum. Sed ne id quidem curare ego debeo: alias cauſam ſuſpicionis meæ ex Proleg. pag. 34 repeterem.

XVII. Eadem utique Prolegomena ſunt, in quibus Cenſorem 1 Tim. III. 16 ὃς pro θεὸς approbaſſe, ad *oculum* patet. Ibi duodecima ejus Cautela ſic habet: *Inter duas variantes Lectiones ea, quae magis ORTHODOXA videtur, non eſt protinus alteri praeferenda.* pag 188. Ibidem & in pag. ſeqq. ſubjicitur declaratio, his inter alia verbis: *ORTHODOXI contra pugnant loco* 1 Tim. III. 16. unde infert, *narrationem Victoris, qui mutationem hanc* (θεὸς pro ὃς exhibentem,) *Anaſtaſio atque Eutychianis tribuit, eſſe PROBABILIOREM.* Optimo jure *Wolfius* ad h. l. ſcribit: *Lectionem ὃς approbat auctor Prolegomenorum ad novam N. T. editionem pag.* 4. *Confer pag. 189 & 193.* Hoc igitur non ex Actis illis hauſi, ut *Cenſor* me pag. 211 inſimulat, quanquam doctrina ejus ex Actis colligi uberius poteſt. Codicem *Claromontanum* æque ac *Veleſium* hîc quoque latinizare, notavi in Appar. P. II ad 1 Tim. III. 16, ſimulque addubitavi, num recte allegaretur Mſ. *Lincoln.* Tantum abeſt, ut hic liber me *impedierit.* Cenſorine alias in mentem venturum fuerit, Polyglotta hîc reſpicere, neſcio. Si quis ipſum cod. *Lin.* evolveret, erratum editionis Oxonienſis melius redargueretur. Quanquam non ſunt hæ tantæ difficultates, quantas *Cenſor* facit p. 212. coll. Præf. ed. N. T. Anno MDCCXXXV. Ad Vulgatam tota fere difficultas hoc loco recidit.

XVIII. *Gothica* quatuor Evangeliſtarum interpretatio originem ſuam abunde prodit. Quæ in Appar. P. I § XXXII, Obſ. XX, Conſid. III, dixi, non repetam, ſed explicatius confirmabo. Duæ translationes, *Anglica* antiqua & *Gothica*, Amſtelædami Anno MDCLXXXIV juxtim ſunt excuſæ: ambas nuper ad verbum relegi:

cur

cur tantopere diſcrepant? illa ex Latinis, hæc ex Græcis immediate eſt derivata. Ipſa Gothicarum literarum pictura, ex Græcis eſt, Γ, ï, Π, X pro *ch*, ΓΓ pro *ng*, AI pro *ae* &c. numerorum item, B pro *II*, Λ pro *XXX*, P pro *C* &c. & abbreviaturæ, ut vocantur, obviæ. Tantummodo ubi Græca deficiebant, Latina *F H Ƒ Q* imitatus eſt Gothus. Eadem indoles translationis Gothicæ IV Evangeliſtarum. Interpres Græca præcipue ſecutus eſt: ſed cum idem Latine ſciret, Latinam translationem in locis arduis conſuluit. Quæ Græcæ Latinæque linguæ conjunctio & in translatione & in literatura Gothica idoneum præbet argumentum, tranſlationem coævam eſſe literaturæ. Et quidem utraque *Vlphilae* adſcribitur. Sed Græca longe prævalent. Sumamus primum, abſque callido delectu, Matthæi caput V, & Iohannis XIX, quia fragmenta Gothica in altero incipiunt, in altero deſinunt: Marci item XI, in Apparatu citatum, & Lucæ IX, quod *Cenſor* allegat: & ex ſingulis tantummodo capitibus ſingula deſcribamus exempla. Matth. V. 15, *ut luceat* habet Lat. καὶ λάμπει Goth. cum Græc. Marc. XI. 11, ὁ ἰησοῦς καὶ, Græce legitur & Gothice: non legitur Latine. Luc. IX. 44, *corda* Lat. *aures* Goth. cum Græcis. Ioh. XIX. 3, ἠρχοντο *veniebant ad eum* exſtat Latine: omittit Gothus cum Græcis. Sed nil attinet tam multa exſcribere. Si cui vacat, evolvat in iiſdem & in aliis capitibus hæc loca: Matth. V. 22. 27. 30. (Coll. V. 29.) 35. 41. 44. 46 ſqq. VI. 1. (Coll. v. 2.) 4. 6. 15. 21. 25. 32. VII. 15. 24. 29. VIII. 30. XXVII. 46. Marc. I. 5. VII. 2. IX. 38. XI. 10. 23. 32. Luc. II. 2. 9. IV. 19. VII. 11. 22. IX. 3. 4. 10. 43. 48. 52. 62. Ioh. VII. 40. VIII. 29. XIII. 25. XVIII. 20. Omnibus his locis Gothus cum Græcis exemplaribus vel omnibus vel quibuſdam ita conſentit, ut à Latinis *omnibus* diſcrepet. Hæc qui evolverit, & alia in Apparatu l. c. notata expenderit, vel perpetuam Gothici cum Græco Latinoque textu collationem inſtituerit, maximeque nomina propria (v. gr. *Beelzebul*, *Bethſſagein*, *Naen*, *Kajafin*,) articulos, pronomina perſonalia, particulas notarit, is omni dubitatione liberabitur. *Vim* ratiocinii Wetſteniani percepi: ſed ſæpe plures interpretes in exprimendis locis difficilioribus eadem nanciſcuntur effugia, quamvis nullus ab altero diſcat. Talia ſunt loca in Proleg. p. 85 citata: locum vero, quem *Cenſura* p. 213 addit ex Luc. IX. 43, quid vetat exiſtimari Græce olim lectum, ne dicam, ex aliquo Gothicorum exemplarium, quæ Rheni tractus habuit, in Latina Correctoria, collecta undique, eſſe traductum? Omnino ſimilis textus Græcus fuit, quo Vlphilas, quo alii metaphraſtæ, quo complures Græci Latinique patres ac librarii ſunt uſi, & ex uno eo fonte omnes hauſerunt, quanquam nonnullæ Græcæ lectiones, quas illi legerunt, in noſtris Græcis exemplaribus non exſtant, ut evici in Appar. P. I § XXXII, Obſ. XX, Conſid. I ſs. His perpenſis, omnia complanantur, quæ *Cenſor* p. 212 ſeqq. protulit. Neque vero à *Cenſore* poſtulo, quod ille poſtulari putat p. 214, neque *ſtatum quæſtionis* deſero. Nam ſive *ubique* Gothica à Græca, ut omnes antehac agnoverunt, ſive *aliquot* duntaxat in locis conformata ſint, legitima eſt oppoſitio mea contra Cenſorem, cui Gothica translatio *NIL* eſt *NISI* verſio veteris Latinæ: quo factum eſt, ut in Proleg. pag. cit. Gothicæ conſiderationem *obiter* in capite de Latina daret. Quo plus virium opinio de Gothica ex Latinis deducta acquireret, eo magis plauderem. Sic enim ea comprobarentur, quæ de influxu Latini interpretis

in tot alias translationes, atque adeo de ejus antiquitate, propagatione & auctoritate disputavi. Legitur Luc. XIV. 19. Lat. *alter*; Goth. *anthar*. & vs. 20. Lat. *alius*; Goth. *Sums*. Græce bis, ετερος. item cap. XIX. 31. Lat. *Operam ejus desiderat*; Goth. *this gairneith* : & vs. 34. Lat. *eum necessarium habet*; Goth. *thaurfts this ist*: Græce bis, αὐτῷ χρείαν ἔχει. Hîc sperabam, me certo reperisse vestigio, Vlphilam juxta cum Græcis etiam Latina expressisse. Sed novam dubitationem mihi injecit Tho. *Mareschallus* in Obs. ad Goth. p. 472 ita scribens: *Nihil novi est in versione Gothica, vocabulum aliquod Graecum per varia Gothica eodem in loco transferri.* Idem mos Latino : unde Latini & Gothi similitudo.

Ioh. VIII, Adulteræ historiam in ullo unquam codice Latino, etiam apud Afros, nedum iis in locis, ubi Vlphilas vixit, desideratam fuisse, sine pertinacia dubitatur. *Cyprianus*, quem *Censor* p. 214 allegat, de ea nil habet: sed non idcirco eam non legit. Ne reguli quidem sive regii citat historiam : quis eam propterea Cypriano lectam negaverit ? *Iuvencus* ex capite VI Iohannis in XII facit saltum: ne mirere, si is caput VIII ejusque principium præterit. *Hieronymus* hanc historiam indistincte ait, *in multis & Graecis & Latinis codicibus inveniri :* neque inde infertur, Latinos Hieronymo, nedum Gotho, esse visos, in quibus ea non inveniretur. Eos, qui hanc periocham, ut *Augustinus* ait, *de codicibus suis abstulerunt*, Millius Græcos fuisse statuit: & sane in eadem pag. 215 *Censor* respectum Augustini ad Græcos codices ex alio comprobat loco. Pridem certe legitur ea in Latinis exemplaribus omnibus, & sine dubio etiam in iis vetustis omnibus, quæ per Censoris Prolegomena p. 85 Italam veterem retinent, eoque plus hac in re valent, quia pagina ibidem sequente antiquitas Gothicæ translationi ab aliis tributa impugnatur. Procul dubio Gothus Græcanico exemplo eam historiam prætermisit.

Matth. VI. 13 illud, *Quia tuum*, & reliqua, jam tum, quum vetustissimus cod. Goth. Argenteus describeretur, in Latinis quibusdam exstitisse, ut *Censor* p. 215 putat, nemo evincet. Ne unus quidem Latinorum Patrum illam habet clausulam, quanquam innumerabiliter ex professo Orationem Dominicam tractarunt. Citerioribus temporibus ea clausula in Correctoria, & inde in perpaucos cod. Latinos ex Græcis immigravit. Vlphilas Matth. VI & ante, & post, Græcis respondet.

Gothicorum *ordinem* verborum non penitus enervare *Censor* potest pag. 215. In Apparatu non quaslibet, sed studiose delectas protuli formulas, quæ in textu sæpius recurrunt, ubi Gothus modo hunc, modo illum Græcorum verborum ordinem, à Latino mutatum, præcise tenet : taliaque loca citavi, ubi Græca verba eleganter & concinne mixta Gothus item præ Latino subsequitur. Plura Lector sine labore colliget, unde agnoscat, non temere Gothicam verborum seriem cum Græca tantopere congruere, sed id a religione interpretis proficisci, neque inanem esse hujusce observationis *subtilitatem*. DD. *Bentleji* & *Middletoni* lis ad me non pertinet. *Hieronymus* & *Augustinus*, ipseque interpres *Latinus* mediam hic viam institerunt : ac sæpe Latini codd. MS. melius, quam impressi, cum ordine Græcorum verborum conveniunt.

Luc. VII.

Luc. VII. 25 est τρυφῇ· Lat. *epulatione*, in Cant. uti Iac. V. 5 ἐτρυφήσατε, *epulati estis*, in Vulg. At Gothicum *fodeinai*, quo etiam Matth. VI. 25 τροφὴ redditur, illo Lucæ loco non est idem quod Latinum *epulatione*, ut *Censor* statuit p. 216, sed Gothus pro τρυφῇ, τροφῇ arripuit. Nam etiam aliis æque memorandis in locis verba apud Græcos, non apud Latinos, inter se simillima, permutavit: ut Matth. X. 16 ἑταιρεῖς, ἑτέροις· Ioh. XVI. 6. 21 πεπλήρωκεν, πεπωρωκεν· γεννήσῃ, γεννηθῇ.

Quicquid hactenus diximus, id non tam de Gothica translatione ipsa, quam de Fragmentis cod. illius Argentei, aut, si forte in magno Upsaliensi incendio Anno MDCCII absumta ea sint, de exemplaribus exinde impressis vel descriptis, valet. Gothica in iis lectio, si loca supra citata & alia spectentur, modo cum vetustissimis & rarissimis, modo cum aliis sat recentibus congruit lectionibus: unde existimare datur, translationem ab Vlphila quidem Seculo IV esse factam, sed in Argenteo codice, qui, si ex sententiis in *Heupelii* dissertatione de Vlphila pag. 9 valde dissidentibus medium sumere licet, seculo VII scriptus est, passim interpolatam. Quæ ipsa esse causa videtur, cur Luc. II. 2 illud, ἡγεμονεύοντος τῆς συρίας, dupliciter reddatur in Gothicis excusis. Quod si plura Gothica supersessent exemplaria; nonnulla, credo, aliter in iis legerentur. De his fragmentis, quæ remanent, in crisi sacra non magnopere laborandum est: sed fieri potest, ut aliquando plura Gothica recuperentur; & cavere nos ea quoque decet, quæ in posterum officere veritati possent. Ideo venia mihi dabitur, qui huic capiti paululum immoratus sim. Posthac ea de re haud contendam cum ullo mortalium.

XIX. *H. Stephanum* non modo post patrem suum *R. Stephanum*, sed etiam sub eo, Græca MS. N. T. contulisse, ipse docet apud *Censorem* p. 216 seq. Quanquam *Robertus* in Græca & Latina præfatione N. T. Anno MDL nullam hac de re mentionem facit. *Solius* Henrici opera Robertum usum ait Censor: Robertus autem in eadem præfatione secundum certe exemplar *ab AMICIS in Italia* (ἀντιβληθὲν) *collatum* ait. conf. Proleg. Wetst. p. 22. Alioqui prima persona plurali *Robertus* loquitur, *varias lectiones addidimus &c.*

XX. Non levis quæstio est, *Utrum in textu consultius, an in margine editor N. T. Græci eas repraesentet hodie lectiones manuscriptorum, quas ipse genuinas putat*: & hæc demum quæstio *Censorem* valde solicitat p. 218. Ægre fert, me non facere, quod ipse facere gestit. Atqui jam Anno MDCCXXV Legem mihi, tertiam in Prodromo, de margine tenendo, de textu non mutando, posueram, antequam vel ego de Wetstenii rationibus quicquam scirem, vel etiam ille ipse ad suam editionem inductus fuisset. Gerardi à Maestricht Canon XXXVIII hic hic est: *Si quae deprehendantur aut observantur variae lectiones, nulla adsumatur in textum, sed relinquatur lectio editorum nostrorum exemplarium, praesertim Complutensis, aut Stephaniana; de varia lectione doceant notae observatoris.* Atque hic canon, quem auctor suis in Proleg. sect. 131, Wetstenio non intercedente, *saluberrimum* vocat, præclare me defendit. Molestum mihi quidem, sed aliis fortasse non inutile erit, si ea, quæ in Appar. P. III § 1 apud IV Par Exc. de hujus rei summa differui,

differui, totidem verbis hîc repoſuero. *Ego cur minus longe ſim progreſſus, dicere neceſſe habeo. Multa quidem Complutenſium, multa Eraſmi, multa Bezae propria eſſe conſtat errata: ſed non multa poterunt demonſtrari menda, quae illi communia inter ſe habeant. Quare utrum textui inſerantur genuinae lectiones, quae illos perpaucae conjunctim fugerunt, an in margine palam repraeſententur, veritatis nil intereſt. Rurſus commune quiddam eſſe patet editionum omnium, abs cujus tenore ac colore ubi differunt manuſcripti codices, in dubiam ii ſape, vel etiam deteriorem, eandemque ſpecioſiorem aliquando, literam abeunt: maximeque Alexandrinus, cui palma dari ſolet, antiquus ille quidem eſt, & aliquando unus ſincerus; ſed non rarius anceps variuſque: cui quid in utramque partem tribui debeat, ſuo loco oſtendimus. Quare non nihil intereſt, lectoribus, praeſertim imbecillioribus, qui criticum etiam recte ſentientem non ſtatim aſſequuntur, omnes eximi cauſas timendi, ne nova recognitio textui uſitato plus affricet labis, quam detergat. Omnino priſtinas recenſiones, ſingulas, conjunctas, per ſe non meliores firmioreſque ſeſquiſecularis uſus fecit; neque ad eas ſine exceptione tuendas ulla publica auctoritas ſucceſſores alligavit: ſed tamen commune illud, quod diximus, editionum, ſive claſſicae lectionis, ſive alio vocabulo notetur, tacita omnium conſenſione ita adhuc celebratur, ut id a me ſollicitari, hoc crepero etiamnum & ſubluſtri tempore, non putarim oportere. Iudices capitales, in re dubia, tutius cenſent, multos ſontes dimittere, quam unum innocentem jugulare. Non diſſimilis ratio in foro critico valet. Liberale eſt, alias editiones ex aliis; liberalius univerſas ex MSS. limare in textu: alterum quin fieri poſſit, nemo dubitat; alterum majoris eſt conſiderationis. Vbi & codicum pars aperte potior, & rationes idoneae, accedente probatorum hominum judicio, emendationem aliquam textui vendicant: modeſtiam nemo violatam dicet. Qui vero ſe ſolo fretus, & praejudiciis criticis vel etiam dogmaticis, uniuſque & alterius codicis inviter reperti adſpectu & favore abductus, lectionem uſque quaque fultam eliminat: nullo molliore, quam temeritatis nomine ſuum olim ipſe factum poterit reprehendere. etenim lectio, quae hodie editori valde placet, ea protinus lectoribus & cenſoribus, ut recens docet experientia, vel poſthac etiam ipſi editori diſplicere poteſt: vel ſi hic ei ſaltus quam pulcherrime cedat, alii tam curioſo tamque temerario tempore exiſtent, qui ejuſdem juris obtentu turbent omnia, paremque prope editionum ac manuſcriptorum diſcrepantiam invehant. Quare praeſtabilius eſt, lectiones non confeſſae ſanitatis tantiſper arceri, quam poſtea iterum ejici. Gradatim in tanta re procedendi locus eſt, ut genuinae, ac potius, ut ancipites lectiones, quae adhuc extra textum typis excuſum jacuerunt, aliquantiſper in proximo, in margine, eoque ſatis vacuo, collocentur: idque ipſis illis lectionibus eſt conducibile. Sic enim in omnium oculos incurrunt, ut ſeorſum examinentur, &, ubi probatae fuerint, ſuam ſalubritatem guſtandam praebeant. Quod ſi protinus in textum abdantur, periculum eſt, ne a rixoſis hominibus eo magis impugnentur. Nos non contendimus: in omni re modus libertatem, libertas latitudinem habet. Ad unam metam, non una ſemita ducit: publica ego, quod nemo prohibet, via ivi. Quum aliis in tempore ſuo lux & animus creſcet ad textum ejuſmodi & emittendum & admittendum, qui omnem lectionis germanitatem, abſorptis marginum reliquiis, liquido exhauriat: non verecundiam eis noſtram obſtare, ſed curam prodeſſe cupimus. Interea unum dicam: Hodie, divino beneficio, id agitur, ut Scriptura, novi maxime teſtamenti, in varias linguas transferatur, ad nationes quam plurimas propaganda. tanto religioſus*

giſſus curandum eſt, ut textus Græcus præcipuis in locis, quorum differens lectio ex Græcis in verſiones dimanavit, apoſtolicæ manui quam ſimillimus, vel certe lectione recepta nuſquam deterior, ſubminiſtretur interpretibus ejuſmodi, quibus non unius differentiæ Græcæ lectionis operoſe diſcutere. Hæc quomodo retulerit *Cenſor* p. 219, aut quid *rei* in longo ſuo ſermone reſponderit, alii judicent. Ipſe, ſi inter ſpecimen ſuum & inter Prolegomena ſententiam ita, uti p. 211 ſcribit, mutavit: quomodo mederetur, ſi totus illico textus talis exiſteret, qualem eum in ſpecimine dandum putarat? Facit huc experientia & admonitio *Leon. Twells*: laudata in Appar. P. 1 § XXXVIII. Homines noviſſima quæque maxime appetunt. Cras fortaſſe N. T. aliud ſcilicet evolabit, atque hodie. Ergo craſtinum erit melius. Anno vertente, rurſum aliud: quidni id quoque melius? Poſt ſeculum, multo magis. Interea empæctis eo N. T. cujus copia eſt, ſuperſedere commodum erit. Verumtamen multi hodie temerarii homines manum textui admovent. Exemplum anonymi Angli in Appar. P. 1 § XXXIX, n. 11 notatum, jam ab Anno MDCCXIX damnoſum eſſe poterit, niſi *Aut. Blackwallus* aliique obſiſterent. Quod ſi res eo tandem evadit, ut cuilibet pro arbitrio textum tractare & vexare fas ſit, loco recenſionum probatarum, quæ *tres* ſunt potiſſimum, (non *ſedecim*, ut Cenſor dicere ſolet,) quæque ingentem Reformationis molem ſuſtinent, promta hominum neſariorum opera, qui in critico ſtudio culices percolant & camelos deglutiunt, Novum Teſtamentum Græcum, & ex Græco in alias linguas translatum, in minutiis quibuſdam fortaſſe politius, ſed in graviſſimis momentis Socinianum, Bekkerianum, libertate cogitandi & omni enormitate maceratum, in manibus eorum videbimus, qui merces ita phaleratas exoptant.

XXI. Quibus anceps iſta libertas diſplicet, eos *Cenſor* p. 220 in animas *imbecillas*, & in *Zelotas* duros diſpeſcit. Multi, ſive imbecilles ceteroqui ſint, ſive robuſti, uſitatis tenentur editionibus: & quum editor novus ſpondet, ſe ab illis non diſcedere, acquieſcunt. Medicina ſtrenuiſſima, quam *Cenſor* imbecillibus dari vult, in graviores caſus reſervanda eſt. Rurſum non rigidiſſimos demum adverſarios & inquiſitores nobis proponere debemus: ſunt etiam alii, quorum rationem habeamus, ne ad juſtas querelas commoveantur. Nemo non tranquilliore animo textum legit unice ex notiſſimis editionibus manantem, quam eum, quem vel notus & animoſus, vel *ignotus* & conſideratus promit criticus. Alienam libertatem non prodit, qui præmaturo libertatis abuſu abſtinet. Quis ad abuſum iſtum cogi poteſt? Per me Cenſor faciat, quod vult: experietur, vel jam expertus eſt, multorum N. T. lectorum aliquid intereſſe, ubi ipſe quicquam intereſſe negat.

XXII. Singuli manuſcripti, ſinguli excuſi libri manifeſta habent Sphalmata. Quid reliquum eſt, niſi ut *omnia* congerantur, & ex omnibus *optima* ſeligantur, id quod olim & librarii generoſiores, & primi editores factitarunt? Nil ergo proficiunt, quæ *Cenſura* p. 220. 221 rhetoricatur.

XXIII. Quos ibidem in me incitat, quod ſubinde a textu ad marginem, a margine ad apparatum, ab apparatu ad gnomonem remittam, iis ſatisfeci in Appar. P. III § 1 apud 1 & 11 Par Exc. imo ſatisfecit etiam pro me Tomus XI (cujus partem non minimam Cenſor fert,) Bibliothecæ rationalis, pag. 248 ſeq. *Confuſionem* talis methodus non parit, ſed tollit. Ipſa criſis Gerardi a Maſtricht remiſſionibus ſcatet: cujus reprehenſori quicquid *Cenſor* hîc ſit reſponſurus, id ſibi a me reſponſum putabit. *Gnomon* lucem partim jam videt, partim videbit, ut ſupra declaravi.

XXIV. *Alexandrinum* codicem in virtutibus & in vitiis excellere, conſtat inter eruditos. Ex optimis nempe exemplaribus per manus non aptiſſimas deductus eſt. Baccas ejus *aureas* (vid. *Cenſur.* p. 221.) cur non teneamus? putamina cur non abjiciamus? Hæc ab illis quomodo ſecernenda ſint, in Apparatu copioſe oſtendi, P. 1 § XXXII Obſerv. XI &c.

XXV. Hæretica & periculoſa qui profert aut proferre cenſetur, etiamſi in notis, ut *Eraſmus*, vel in margine, ut *Stephanus*, ea exhibeat, reprehenſionem non effugit. Sed hoc ipſo multum decedit de iis, quæ *Cenſor* pag. 217 ſeq. ad quæſt. 1 dicit: neque propterea non major eſt confidentia, ſi quis in textum, qui per *Cenſuram*, pag. 221 ſeq. æque patet, ingrediatur. Sed tamen importuni Zelotæ, qui Eraſmum, qui Stephanum circumegerunt, iis in locis, quo meas ego curas porrigere non poſtulo, non ſunt, ſed fuerunt. Quod vitio vertebatur *Stephano*, poſtea *Lovanienſes* ipſi fecerunt: & quod in *Eraſmo* reprehendebatur, permiſit *Clemens VIII*, cujus verba exſtant in Proleg. Wetſt. p. 199.

XXVI. In Apocalypſi quemcunque textum receptum ſecutus fuiſſem, ceteros textus receptos neglexiſſe dici poſſem. Ita Apocalypſis in ipſis receptis textibus variat. Quilibet in prima quaque ipſi occurrente periocha cum *Ger. a Maſtricht* v. gr. Ariam Montanum conferat. Hanc diſcrepantiam ante nos natam non eſt noſtrum præſtare. Cenſor in Prolegom. cap. XIII *Bezam* valde deprimit, & *Bezam* ad apicem ſequitur *Gerardus a Maſtricht*: quomodo igitur *Cenſura* p. 223 textum Gerardi a Maſtricht tanquam *ordinarium* unice allegat? Sane lectiones Apocalypſeos genuinas, quum major vis manuſcriptorum eas tuebatur, in textu dedi; ſequiores, hactenus exceſſas, in margine indicavi: neque fidem ea re feſelli. Semper enim limitatus fuerat ſermo meus. In Prodromo: *Leges*, ut nunc ſunt, *nam indies ſub manum explicatiores fiunt, ſic ſe habent.* In Notitia: *Rationem* præſentem *operis explicare non alienum fuerit.* Solam Apocalypſin aperte excipere, nil attinebat in tam brevi delineatione: & revera hæc exceptio ſero in mentem mihi venit, neque adhuc quoquam adhuc, quod ſciam, Apocalypſeos vel ſtudioſo vel negligenti eſt reprehenſa. Ceteroqui per totum N. T. præſtinum editionum textum ſervavi. Nulla ab iis diverſa Syllaba mihi objici poterit.

XXVII. De *Bentlejo* & *Wetſtenio*, omnes ad veritatem eruendam invitaturus, ſententiam dixi in Appar. P. 1 §. XXXIX, n. 14, atque ita cum eis egi, ut omnes mecum

mecum agere libenter patior, quanquam *Cenſura* aliter accipit p. 223. *Quæſiti* Mſſ. Bentlejus in mutando textu progrediatur, ex Apoc. XXII, quod ille caput ſeorſum edidit, patet, *Si ex ſpecimine dudum emiſſo*, inquam in Appar. P. I § XXXIX n. 10, *adhuc licet judicium facere.* Wetſtenianæ criſeos fundamenta, non dicam in ſpecimine, & in cenſura, ſed in Prolegomenis, ubi omnes editiones multo prolixius reprehendit, quam ego, inſignem mutationem intentabant, non ſolum in Apocalypſi, ſed per totum N. T. de quo in Appar. numero illo 14 ſermo eſt. Nunc id negat: itaque quæ de eo tum vere dixi, nunc dicere deſino.

XXVIII. Autographa Apoſtolorum pridem amiſſa ſunt: & quanquam nos *ſperare non pudet*, ea poſtliminio repertum iri, tamen nunc certe non apparent: neque talia habemus apographa, quæ Notarii vel Actuarii ſolenni illa formula muniſſent, *Concordant cum originali.* Fluctuatio illa, quam *Cenſor* pag. 224 ſeqq. exaggerat, nos in portum compellit, ubi mox conſiſtemus.

XXIX. Nam neque *editionem* ullam, neque ullum ex *Mſſ.* integris, neque reliquias *vetuſtiorum* librorum, quorum non tam vetuſtas, quam diſtantia a manu prima indoleſque pendi debet, ad negotium expediendum ſufficere, recte quidem *Cenſor* ſtatuit p. 224. Sed quæ idem pag. ſeq. diſputat, limitationis indigent. Cum *ſcopo* & *contextu* nil non conciliare ingenium poteſt: ſed tamen genuina lectio non modo nunquam repugnat ſcopo & contextui, ſed etiam propriam ſæpe, quanquam non ſemper manifeſtam, cum eo convenientiam habet. *Orthodoxiae* ſtudio librarios pleraſque mutationes feciſſe, ita, ut is, qui lectionem maxime orthodoxam ſemper præferre velit, textum ordinarium ad minimum in locis 20020 mutare cogatur, *Cenſor* dicere ſuſtinet p. 225. Omnino ab orthodoxis, ut idem ait, profecta fereſunt exemplaria, quæ hodie exſtant: ſed ipſas mutationes quævis cauſæ ſæpius dederunt, quam orthodoxiæ ſtudium. Porro genuina lectio, quæ ut plurimum perantiquiſſimum interpretem Latinum alioſque teſtes dignoſcitur, formæ ſanorum verborum nunquam certe poteſt repugnare. Sæpe etiam à *particulari* cauſa proficiſcitur varians lectio: & tum *particularis* methodus, ut in morbis certis certa medicina, locum invenit. Hoc non *in infinitum* tendit, ut *Cenſor* p. 226 timet, ſed per modum Exceptionis tractari, atque ita facile expediri poteſt. Utut eſt, Cenſor in rationibus decidendæ lectionum varietatis inſufficientem admittit Enumerationem partium, & id præterit, quod unum omnium maxime ad deciſionem conducere jam jamque videbimus. Ad *pluralitatem Mſſ.* rem deducere properavit.

XXX. Iſta vero demum *Pluralitas Mſſ.* ut a *Cenſore* p. 226 promulgatur, labyrinthus eſt inextricabilis. Regulam ille ſibi in Proleg. p. 195 ſeq. poſuerat hanc: *Lectio plurium codicum*, ceteris paribus, *eſt praeferenda:* commodeque eam explicarat. Nunc & regulam & explicationem tollit: imo, ſi pluralitati Mſſ. tantum tribui debet, quantum Cenſura ei tribuit, omnes copiæ, quas Prolegomena illa percenſent, dimitti poſſunt. Nil vero ærumnoſius, periculoſius, incertius excogitari poteſt, quam talis pluralitas, præſertim ſi Orthodoxi omnia fere exemplaria, quæ ex

Oriente apportantur, corruperunt, & manuscriptorum vel mediocris antiquitatis (nam quicquid Carolo M. citerius est, mediocre est,) tanta est raritas. p. 224 seq. Ergo antiquissimus Latinus, antiqui orientales Interpretes, ac Patres, quos Censor in Proleg. p. 194 tantopere extulit, omni jure suffragii exuuntur? Nullum plane manuscriptorum deinceps discrimen valebit? Accuratum eorum numerum quis quolibet inibit loco? Duæ unius loci lectiones, uti altera præ altera unius subinde duorumve codicum suffragio augetur, *alternatim* genuinæ erunt? Infinitas ejusmodi quæstiones bullire sentiet, qui decem duntaxat versiculorum varietates ad pluralitatem istam cœperit exigere.

Sed bene est: *Censor* in Præfatione N. T. Græci Anno MDCCXXXV editi eam pluralitatem ipse improbat; atque ita, ut mirabili celeritate in alterum extremum incurrat. *Illud jam addo*, inquit, *quod, quamvis forte prima fronte novum videatur, iis tamen, qui receptae vulgataeque lectioni ab istis varietatibus metuebant, non poterit non esse gratissimum, nimirum Textus recepti auctoritatem ut plurimum nec consensu citatorum Mss. Codicum magis firmari, nec eorundem dissensu debilitari. Producuntur, fateor, testium loco* centum *Codices, multis in locis a recepta Lectione dissentientes. Cave autem existimes, singulos religiosos, graves, idoneos, omnique exceptione majores esse; quin potius horum Testium Catalogum mecum attentis oculis perlustra, & leves, corruptos, imo fictos fal ὸsque, ni vehementer fallor, deprehendes plurimos.* Hoc dicto, exauctorantur ab eo *Cant.* & reliqui Græcolatini codices, & *Mont.* & cod. *Novi* collegii Oxon. & *Velef.* & *Wech.* quorum facilis jactura. Sed eodem numero *Complutensem* habet editionem, quæ uno quidem alteroque loco Latinizat, sed ea ipsa loca indicat, & toto ceteroqui tenore suo cum sinceritate codicis *Paris.* 1. *Seidel.* & similium aperte conspirat. Addit codices *Romanos* sive *Barberinianos*. Sed horum *decem* in Evangeliistis, *octo* in Actis & Epistolis, *quatuor* in Apocalypsi, suis discreti numeris citantur, multaque ex iis lectiones, eximias, a nemine prius notatas, postea vero alibi quoque repertas protulit *Caryophilus*. Omnium vero minime illud ferendum est, quod Censor *Alexandrinum* codicem, quem *tantis eruditorum praeconiis celebratum* confitetur, Alpha codicum Græcorum Biblicorum, divino provisu per tot secula & pericula nobis servatum, sine exceptione repudiat. Sæpe illud quidem exemplar hallucinatur: sed ubi cum versionibus ad deperditos Alexandrinos codices exactis, *Æthiopica* & *Coptica*, ac præcipue cum *Latina* congruit, pluris est, quam vel triginta codices Græci gregarii ex regione Constantinopolitana. Tum enim non sua proprie glossemata, sed Alexandrinæ ecclesiæ lectionem exhibere dijudicatur. Injuriam in codicem *Alexandrinum* Censor, nisi eam retractat, nullis in crisin sacram meritis compensaverit. *Quinquaginta* numerat hos Censor codices: sed *Steph.* α & β pro binis falso haberi, notat; *Romanorum* porro XXII & *Velesianorum* XVI codicum, *Wechelique* marginum, ob paucitatem locorum, aliasque causas, nunquam in censu codicum magna est habita ratio. Itaque *octo* sunt potius, quam quinquaginta, qui de summa codicum decedant. Fac porro, tam leves hos esse codices *omnibus* sine discrimine locis, quod tamen nemo dixerit, ut neque pro editionibus obviis, neque contra eas quicquam valeant: plures superstant in latercnlo Gerardi a Maestricht non con-

contemnendi codices; in Apparatu autem meo, P. I § v, circiter *centum viginti* Mſſ. Græci occurrunt, a quinquaginta illis penitus diverſi. Quid his jam fiet? *Dimidiamne ſui partem ingens ille teſtium exercitus amiſit?* an tam *cito* ille exercitus *profligari* poterit, quam præfatio Cenſoris pollicetur? Manetne in his pluralitas ſine ulteriori diſcuſſione? ſin minus, quid jam pluralitati aut ſubſtitui debet aut adjici?

XXXI. Diverſas orbis regiones, unde Mſſ. apportentur, commemorat *Cenſor*, pluralitatem defendens, p. 226, atque ita de improviſo confirmat productam a me in Appar. pag. 429. teſtium *Diverſitatem*. Quod ſi pluralitas valorem præcipue ex Diverſitate trahit, multo plus valet Diverſitas ipſa per ſe. Rurſum caterva codicum, qui citerioribus ſeculis Conſtantinopoli & in illa vicinia ſcripti ſunt, minus valet, etiamſi in omnem Europam & ultra fuerint diſſeminati. Totum genus documentorum, ex quibus variæ lectiones colliguntur & deciduntur, in duas quaſi nationes diſtrahitur, *Aſiaticam* & *Africanam*. Niſi tam pauca eſſent exemplaria Græca vetuſta ex Africa, quorum excellentiam vulgus Aſiaticum ſolo numero longe vincit, aliquanto plus niti poſſet ipſa pluralitate.

XXXII. Temporis cauſa, ad Cenſuram tantiſper comendam, ſubito eam pluralitatem arripuiſſe videri Cenſor poterat, præſertim quum paulo poſt (vid. Biblioth. ration. Tom. XIII. p. 235.) in illa præfatione N. T. in alia omnia iverit. Sed ipſa *Cenſura* p. 227, § *Par cette régle*, indicat, ſerio tum eum ſcripſiſſe. At nunc omnem criticum laborem, ſobrio uſu neceſſarium & ſalubrem, una litura tollit. Vereor, ne ipſius editioni remoræ novæ inciderint, quas tali pacto conſoletur.

XXXIII. Quæ *Cenſor* p. 227 de *G. a Maſtricht* judicat, recte habent. Quum vero editionem N. T. criſi excellentis illius Iurisconſulti comitatam mihi toties objicit, cogit me, ut eandem editionem, quanquam *poſt animadverſiones in Appar. P. I. § XXXIX n. 8 datas libenter acquieſcerem*, ſæpius tangam, ac præcipue de nova impreſſione Anno MDCCXXXV, cui Cenſor præfationem & alia quædam adjecit, aliquid moneam. Hæc impreſſio, quæ priorem pridem diſtractam ait, cur non tam ſubito & ſuſcepta & confecta ſit, non laboro. In ipſo textu priſtina remanent ſphalmata, Luc. XXIV. 49. Ioh. IV. 6. Act. XIII. 29. &c. Fundamentum *Gerardi a Maſtricht*, criſin Sacram ad jus civile revocantis in Prolegomenis ſuis, Sect. 82. 108. 114, retinetur ſine admonitione. Totum ſilum criſeos ejus, cum variis lectionibus editionis Oxonienſis minoris, nuſquam fere niſi in nova præfatione emendatur. Singula loca ſi ſpectes, priſtinus error manet, iſque, quod ad codices, v. gr. *G.* pro *Go.* id eſt, *Gonvill.* pro *Goth.* Matth. XIII. 32. Luc. I. 73. Act. III. 22. &c. attinet, perfrequens; quod ad canones in margine allegatos, perpetuus. Sola formula de *centenis* codicibus, ubi revera *aliquot* tantummodo erant, aut vix unus, deleta eſt. Manet hæc criſis perpetua, perpetua defenſio unius textus *Bezæ*. *Bezam* merito reprehendit in Proleg. *Gerardus a Maſtricht*: & tamen in ipſa criſi ſua, quippe tam laxa, ne ſemel quidem contra *Bezam* judicat. Nemo melius, quam Cenſor, exemplo ullo, ſi quod eſſet, redarguere me poſſet. Septem codices *Bodlejani* in Prol

Maſtr. ſect. 42 ſolos habent Evangeliſtas, & tamen in Notis v. gr. ad 1 Cor. ſemper pro textu Bezæ militare jubentur. Quare quicquid in Appar. P. 1 § XXXIX n. 3. 8, item P. II ad Luc. II 4. & ad Apoc. III. 12 de editione An. MDCCXI. dixi, hodienum de editione Anni MDCCXXXV dictum putari velim. Quæ vero Gerardus a Maſtricht in Proleg. ſect. 53 & 58 de *Lomeiero* & de *Gotho* ait, in novo margine reprehendi non oportuit. Invitus hæc omnia ſcribo: ſed veritatis amor caveri poſtulat, ne lectores, qui ſpecie rerum capiuntur interdum, omnia perſanata putent, præſertim quum hæc editio in Biblioth. ration. Tom. XIII. pag. 235, & Tom. XV. p. 27 ſeqq. tam ſpecioſe deſcribatur. Decantatos illos XLIII *canones* criticos *Gerardi a Maſtricht* ſingulatim, ordinatim, modeſte, vere *examinatos*, alio tempore dabimus. (Vid. infra P. IV. N. VII.)

XXXIV. Pluralitati MSS. codicum favere me, abſolute negat *Cenſor* p. 227 ſeq. & citat Appar. P. 1 § X. XXXII, Obſ. XXVI. Verba mea erant: *Multitudo codicum* per ſe *non multum valet*. & rurſum: *Selectis monumentis non officit* promiſcua *codicum multitudo*. Cur non allegat P. 1 § XXXII, Obſ. XXXI, ubi ſub Diverſitate teſtium *pluralitatem, exceptis ſingularibus quibuſdam cauſis*, complector? item § XXXIII. Res ipſa pro me loquitur, nullam temere lectionem variantem, in pluribus obviam codicibus, prorſus prætermiſi; & vix quinque ejus generis de mille Cenſor monſtrabit, quas non genuinas agnoſcam. Quare ſpondeo, *nullam typis adhuc excuſam recenſionem repertum iri, quae toto ſuo tenore cum majore numero codicum aeque conveniat, atque mea.* Non eſt hæc controverſia tam levis, quam prima ſpecie videatur. Pauca ſunt, ſed in his momentoſiſſima loca, v. gr. 1 Ioh. V. 7. 8, ubi germana lectio non tam multis, quam antiquis nixa documentis, religioſe tenenda eſt.

Quod eſt igitur palmarium ad liquidam Deciſionem? Primum, plurima illa, quæ nullo unquam lectionis diſcrimine affecta fuerunt, *normam* præbent horum, quæ diſcrimen aliquod, & quidem cum momento conjunctum, contraxere. Porro ex his gemina lectio nunquam mero hominis arbitrio, ut Cenſor p. 226 recte ait, & ego in Apparatu P. 1 § X. XXXII, Obſ. XXVI declaro, dignoſcitur. Ut dignoſcatur autem, *regulae* ſobriæ multum utique adjuvant, per quas ſinceræ lectiones a ſurrogatis, &, in quibus momenti plurimum eſt, *gloſſemata* atque *hiatus* invicem diſcernuntur, uti in toto Apparatu P. 1, ac potiſſimum § XI ad § XXXI expoſui. Atque harum regularum dictamen *pluralitas* teſtium plerumque, *diverſitas* fere ſemper, *antiquitas* ſemper ſuffulcit. Ab omnibus tamen ejuſmodi adminiculis res tandem abit ad munus divinæ *gratiae*. 1 Cor. II. Hoc magiſterio *character* ille ſingularis, quem quævis genuina lectio, luce ſua, ſuo ſapore comitatum, gerere ſolet, interdum *cernitur*, ſæpius *guſtatur*: hoc jubare, quicquid mortalium mos, ſenſu, voluntas, ſocordia, curioſitas, olim vel nuper, in multis vel paucis libris, plerunque addidit, & interdum dempſit vel permutavit, tanquam fucus diſcutitur. Veruntamen non omnia ſimul expediuntur, ſed ſuo quidque tempore. Neque is, qui aliquid percipit, protinus ceteris omnibus id probare poteſt. Captus valde diverſi ſunt, & impedimenta cognitionis multiplicia. *Filios DEI bonus ſemper manet panis.*

XXXV.

XXXV. *Intricatam* differendi rationem *Cenſor* mihi tribuit p. 228, & hoc colore difficultatem defendendæ ſuæ *pluralitatis* Mſſ. eleganter tegit. Multa paſſim capita, præſertim illud de numero codicum, in paragraphos & poſitiones diſtribui: id quod facilitatem tractationis non mediocriter adjuvat. De ſtilo meo, ſi quid refert, dixi in Appar. P. III § I apud I Par Exc. & alibi.

XXXVI. Quicquid Cenſor adhuc diſſeruit, me petit; me igitur eundem petit in extremo: *Tirons une CONCLVSION de tout ce que nous venons de dire, c'eſt qu'un honnête homme doit avoir autant de COMPASSION de ceux, qui, après avoir examiné ces matieres de leur mieux, ont eu le malheur d'en juger mal, que d'AVERSION pour ceux, qui trouvans mauvais, qu'un autre ſe ſerve de ſes yeux, exigent à toute force, qu'on ſe ſoumette aveuglément a leur déciſion, comme s'ils etoient abſolument incapables de ſe tromper.* p. 228. Brevem, at vibrantem, Cenſor, *Clauſulam* recognoſce. Non tam male te ipſum de me exiſtimare, firma ſunt indicia: ſed id laboras, ut alii quam peſſime de me exiſtiment. *Si vana & jejuna animi inductione recenſionem N. T. Graeci ſuſcepi, merito meo ſic multor. Sin autem res per tentationem apud me iit, divinoque ego ductu ac munere ea principia & ſubſidia, quibus hoc opus innititur, nactus ſum, Cenſor manibus filiorum veritatis non excutiet, quod eis prodeſſe debet, ipſiuſque & aliorum in me incurſio eo majorem operi vigorem, etiam poſt obitum meum, ſi minus apud doctos, at certe apud Sanctos, conciliabit.*

XXXVII. Cauſam, cur miſerandus ſim, hanc memorat, quod *tantos conatus meos bonus deſtituerit ſucceſſus.* Id cernemus. Quomodo ſuffragia codicum colligi, expendi, diſcerni, numerari, atque adeo *teſtes audiri* debeant, palmarium eſt in re critica, præſertim ſi quis pluralitatem codicum tuetur. De ea parte Prolegomena Cenſoris nihil habebant. Viam pateſecit, & quidem in ſingulas N. T. partes, in ſingula ſæpe loca, Apparatus noſter, P. I § VIII ſeqq. XXXIX. n. 8 &c. Id *Cenſor* præclare adoptavit in illa ſua Præfatione: neque majus quidquam ipſe profitetur, quod in editionem Maſtrichtianam contulerit. Porro in Apparatu egi; De ſignis codicum in ed. Oxon. minore confuſis, P. II ad Matth. XV. 19 &c. De codd. Græcolatinis, P. I § XXVIII. De notis Wechel. P. I § XXXIX. n. 3. De Stephano Eraſmum ſecuto, P. I § XXXVI. De Curcellæo, P. I. § XXXIX n. 6. De diſtantia codicis *Alex.* ab edd. P. I § XXXII Obſ. XI. De cod. *Lin. altero* & *Magd.* 2. P I § XXXIX. n. 8. De loco Matth. IX. 36, P. II ad l. c. De Gloſſa ex Epiphanio, ad 1 Tim. IV. 1. Hæc diverſi ponderis capita *Cenſor* ea, qua modo recenſui, ſerie, partim in Præfatione ſua, pag. 2. 4. 5. partim in Stricturis ad Proleg. Gerardi a Maſtricht p. 17. 19. 34. 48. 82, & ad Notas ejuſdem, p. 33 refert. Sine arrogantia dico: multo plura his conſentanea ex Apparatu meo in editionem iſtam, niſi properaſſet, derivare poterat. Iam quid *Cenſori*, a me non prius dictum, remanet? quamum eſt? quale eſt? Ipſe oſtendat. Sive ſumſit optima quæque ex Apparatu meo, ſive non ſumſit, certe mecum congruit. Et confirmare quidem lectores hæc poteſt congruentia; gaudeoque egomet, *Cenſorem ſeverum, in criſi exercitatum, dum eos, qui ſavent, multa, quae propeſui, fugiunt,*

fugiunt, eadem ipsum & approbare & propagare, eoque ampliorem & uberiorem laborı meo fructum procurare: simul vero per hujus congruentiæ indicium *hon stis* & veri studiosis hominibus *dolorem* de opera mea perdita compendifacien um exisi mavi, quum Censor p. 207, antequam affectus eum tam longe auferret, de editione mea scripserit, *qu'elle surpasse toutes les précedentes.*

XXXVIII. Postremum illud est, me *postulare, ut alii clausis oculis decisionem meam subeant, proinde ac si falli nescius esset.* Ratio hujus accusationis ex § XX supra colligi potest: quæ si vera esset, plane essem aversandus. Atqui modestiam toties declaro meam, in Præfatione editionis N. T. & proxime ante præfationem, & P. I § XL, & præcipue P. III § I apud III Par Exc. ut verear, ne ii, qui æquitatem amant, obtundantur.

XXXIX. Tot annorum operam præclare politam ducerem, si alii peritiores in adornando Dei verbo qualemcunque me *subadjuvam* paterentur. Tantum abest, ut luminibus cujusquam officere coner. Qualis autem futura sit recognitio *Censoris*, si ea etiamnum sit exitura, illuminati lectores tum demum judicabunt. Quos ea adhuc quidem prælibandos dedit fructus, horum causa Theologi cordati patrum juventutem in antecessum admonent. Si primum specimen ejus, ut & Prolegomena, deinde hanc ejus Censuram, postremo ea, quæ ad Gerardum a Mastricht contulit, examines; deprehendas, eum intra *sex* annos rationes suas, typographorum duntaxat opera promulgatas, *ter* retexuisse, & quidem in iis partibus, quæ ad interiora rei pertinent. Undecunque hoc proficiscitur, firmitudo cordis deest, & casus externi varios affectus, sincerum judicium obnubilantes, pepererunt. Quare omnes prudentes, quicquid *Censor*, ab aliis haud dictum, venditat, quicquid ab aliis stabilitum convellit, præsertim ubi *me* vel tacite vel aperte petit, solicite & vigilanter examinare decet. Ego in omni hac defensione vix quicquam novi habui, quod producerem: tantummodo nervos editionis majoris, ut in ejus præfatione dixi, ciere necessum habui: ex quo Lector perspiciet, considerationem illam non male sibi constare. Uno vincit me Censor, satyrico & jocoso stilo, quum ego gravitatem Novo Testamento dignam migrare non possim: sed religiosi Lectores, quibus potissimum & prodesse & placere cupio, momenta causæ spectabunt, nec veritatem ipsam, dum a me remissius defenditur, inermem arbitrabuntur. Non pessimi ominis mihi est, quod tam subactus tamque rigidus Censor, ex omnibus anecdotis & ex reliqua facultate sua nil a me vendicavit, quod ad ipsam unius duntaxat loci, vel majori vel minori momento, Decisionem pertineret. Quare non difficile mihi fuit, æquo & placido animo respondere.

XL. Habes, Lector benevole, Defensionem meam, eamque *Latinam.* Quæ si non ad omnes, qui *Gallicam* Censuram legunt, pervenerit, eos, quorum credulitas perfugium Censoris est, ego curare non possum. Neque posthac aliæ me interpellationes, quarum nulla hujus Censuræ vim facile æquabit, protinus ad bonas horas ab opere sapido & salutari avertendas commovebunt. Cordati homines non

quavis

quavis aura impelluntur, ſed potius, quotieſcunque uſu venit, ipſi ſecum hæc reputant : Vtrum adverſarius aliquis ſenſum ſincerum, & ad verba Dei viva immutatum, an naturalem, vel etiam crudum ſenſum habeat ? utrum bonam an malam deſtinationem alat ? utrum ad ejuſmodi penſum & judicium aptus an ineptus ſit? utrum in opere aliquo, de quo judicium facit, ea tantummodo, quæ ſubleſta videntur, exquirat, non ſine eorum, quæ ab auctore jam occupata erant, exagitatione ; an ea quoque, quæ frugi ſunt, agnoſcat ? Multum, parumne momenti in iis inſit, quæ ille reprehendenda vel emendanda cenſet ? utrum adverſarius ſolidum ipſe ſundum habeat, an hac illac, etiam in ſumma rei, titubet ? utrum idem ea, quæ avorum noſtrorum memoria vigere cœperunt, quaſi ipſam antiquitatem tueatur, an meræ novitatis avidior ſit ? Ceterum ſupra humanam facultatem eſt, omnia veritatis impedimenta apud omnes præcavere ac removere : totum Deo committi oportet, ut Ipſe verbo ſuo, ſupra aurum & obryzum pretioſo, ubi, & quando, & quomodo, & per quos, & apud quos vult, nitidiorem indies victoriam paret.

LECTORI

S.

Miſſa fuit hæc defenſio a Reverendo Auctore in *Hollandiam*, ut *Miſcellaneis Criticis*, quæ *Amſtelaedami* per quadrimeſtre ſpatium prodire ſolent, inſereretur. Cum vero harum Obſervationum Curatores has partes, neſcio ob quas cauſas, declinaſſent ; ne diligentiſſimo Viro ſuus periret labor, traditæ fuerunt illæ chartæ huic Lugdunenſi Bibliopolæ ſeparatim excudendæ. Vale.

APP. CRIT. P. IV.

N. V.

ADMONITIO

EDITIONI MINORI

ANNI 1734 POSTLIMINIO ADIECTA

A. MDCCXXXVIII MENSE APRILI.

SVMMARIVM.

Propoſitio. § 1.

Defenſio operis. § 2.

Diverſitas exemplarium, & hominum, qui eis dant operam. § 3.

Idea fructuoſæ recenſionis. § 4.

Corrigendorum ſpicilegium. § 5.

Margo ad 1 *Ioh. V.* 7 declaratus. § 6.

Ratio *Gnomonis*, & cardo *Harmoniae Evangeliſtarum.* § 7.

Concluſio. § 8.

§ I.

Quartus agitur annus, ex quo major editio N. T. Græci cum Apparatu critico, & item hæc minor, mea opera exiit, quotidianoque hujus temporis uſu complura collegi, quorum aliqua tecum, *religioſe Lector*, in præſenti communicanda exiſtimo, ſperans, fore, ut etiam ii, qui *prius* exemplaria nacti ſunt, utilitatem facile percipiendam ad ſe redundare libenter patiantur.

§ II. *Meta* laboris eſt hæc, non ut alius fiat textus, quem non nulli ſperare aut timere videbantur, ſed ut obvii textûs ſanitas firmitudoque, pauculis gemmis, quæ obrutæ jacuerant, poſtliminio reſtitutis, quam exploratiſſima præſtetur. Quam ob rem etiam minutiſſima quæque excutere dignati ſemel ſuimus. Eo enim magis iis, qui ſua intereſſe putant, probamus, nil ponderoſius nos fugiſſe. *Exceptiones* hinc inde exortas Apparatus noſter, in tertia præſertim parte, occupavit: & poſtea *Defenſio* operis, *Germanice*, cum Harmonia Evangeliſtarum, *Latine*, aliquanto auctior, ſeorſum eſt edita, quæ mihi, ut ſentio, idoneos talium rerum arbitros ſatis conciliavit.

§ III.

§ III. Abundat ætas noſtra, divino, *utinam* diutino ac perpetuo beneficio, editionibus Scripturæ, præſertim Novi Teſtamenti, etiam *Græci*. Summa omnium utique exemplarium non poteſt non eadem eſſe: ſed *acceſſoria*, quæ ſuum quoque pondus habent, non ſunt eadem. *Editores* multum paſſim, quod videlicet ipſis placitum eſt, & quod placiturum aliis putant, pollicentur; ſed prudentes, quid revera abs quovis eorum præſtetur, diſpiciunt: *emtores* elegantes ſpecie libri externa capiuntur, quæ, quoad poteſt, ab honeſtis editoribus curatur: *lectores* veri, interiorem nitorem multo magis requirunt.

§ IV. In hoc genere, quid editio N. T. Græci, eaque quotidianis omnium uſibus apta, habere debeat, proponam.

1. *Non debet merum unius cujuſpiam editionis priſtinae textum referre, ſed omnium utterum codicum exhibere* frugem, ſine palea.

2. Sine palea, *inquam*. *Pleno enim volumine totam farraginem variantium lectionum, etiam in minutiſſimis, contineri expedit, in uſum criticorum: ſed communia exemplaria multitudinem lectorum fas non eſt iis turbare diſcrepantiis*, quæ a codicibus nihil auctoritatis, nil momenti a re ipſa habent.

3. Frugem *vero omnem repraeſentare debet, ita ut, quaſvis lectiones, quae ſaltem aliquid in receſſu habere* poſſint, *aut in textu aut in margine referat, judiciumque lectori & expeditum offerat & liberum reſervet.*

4. Sectiones majores, *quas legitima diſcernit analyſis, conſpicuis quibuſdam intervallis dirimi, ſed* periodos, cola, commata *inter ſe connecti decet, ut ſententiae tenor quam commodiſſime percipiatur.*

5. Interpunctiones, accentus & ſpiritus, *in quibus magnum perſaepe pondus ineſt, ita conſtitui debent, ut ipſi verborum ſenſui reſpondeant: ab aliis numerorum, literarum, aſteriſcorum notulis textum quam maxime immunem relinqui*, & abbreviaturas, *quas vocant, intricatiores arceri convenit.*

6. *Textus requiritur quam* emendatiſſimus, & Errata, *ſi quae ſunt, ita indicanda ſunt, ut ne tirones quidem quidquam impediat.*

Iuſtas eſſe has atque ſufficientes *leges*, nemo non agnoverit. Ad eas quilibet, quem deligendi exemplaris cura tangit, meam & quamlibet aliam editionem vel per ſe vel per alios examinet. Mea non oſtento: aliena non vitupero.

§ V. Iiſdem ego *legibus* teneor, ut etiamnum Errata quædam, quamvis levia, profitear. Legendum igitur Marc. I. 44 σεαυτὸν, per τ· Luc. V. 21 διαλογίζεσθαι, per δ· c. XVIII. 10 ἕτερος, per ε· Joh. VIII. 58 γενέσθαι, per δ· Gal. I. 14 συνηλικιώτας, ι inſerto: Iac. I. 7 ἄνθρωπος, per ν. Accedunt in *quibuſdam* exemplaribus

tria loca: Ioh. XVII. 18 αὐτοὺς, per ου, Act. XVI. 37 ἐκβάλλουσιν, per β. Hebr. I. 6 οἰκουμένην, per ου. Nullam major editio noſtra voculam omiſſam, nullam literam habet mendoſam, quæ ſub calcem non ſit retractata. Firmus hujus rei teſtis eſt Cl. *Andreas Buttigius* in Præfatione N. T. Græci ex majore illa (nam minorem, opinor, non viderat) recuſi. Nunc hæc minor eandem dotem habet: vigilanti enim meo & familiarium ſtudio conquiſivi, quæ corrigenda remanſiſſent. Qua de re lectores rogo, ne ſequiores exemplarium ex meis deductorum lectiones, quas prodere & exaggerare parco, mihi attribuant, ſed meas lectiones unice ex meis æſtiment exemplaribus. De circellis Act. XXVI. 20. 1 Cor. XII. 28. 2 Cor. X. 12. Hebr. XII. 22. majorem editionem conferendam relinquo, dum alibi plura dicam. In margine Ap. XI. 8 poſt αὐτῶν, inſeratur *alterum*.

§ VI. Ad fulgidiſſimum locum 1 Ioh. V. 7. 8 margo meus ſic habet: *Deleatur haec pars* (ἐν τῷ οὐρανῷ - - ἐν τῇ γῇ) *vel potius trajecto utroque verſu totus locus ſic legatur*, ὅτι τρεῖς εἰσιν κτλ. Hanc cenſuram laudatæ illius præfationis Scriptor & *meam* eſſe, & *nimis duram ex parte ſibi viſam fuiſſe* ait, & in editione ſua paginam hac cenſura præditam mutavit. Nimis equidem duram cenſuram eſſe aſſentior, quæ verſum 7 omittendum eſſe edicat: ſed ipſam omiſſionem Græcis ſolennem diſſimulare neutiquam debui. Quid codices, ſi numerus eorum hanc rem conficeret, *deleri juberent*, indicare volui tantum modo: enimvero continuo ſubjeci, *VEL POTIVS trajecto &c.* & huic parti literulam β dedi. Hæc demum *potior* pars meam cenſuram habet; & huic unice parti *Apparatus* in margine allegatus reſpondet. Itaque marginis mei verba, ſi quem offendunt, ex conſtanti ſenſu meo ſic mitigentur: *Omittebatur haec pars quondam: ſed potius &c. De cauſa omiſſionis* minus laboro. Plerique defenſores verſiculi ad homœoteleuton confugiunt, & in homœoteleuto quidem quam multi hiatus per incuriam librariorum admiſſi ſint, egomet paſſim commonſtro: ſed in præſenti cauſam iſtam non valere, evici, ni fallor, in Apparatu, ad illum locum § XXV: ſimulque aliam cauſam, neque iis, qui morem Veterum tenent, diſpliciturum, neque Veterum honori inimicam, ſurrogavi, *Diſciplinam arcani*, quin etiam ſignificavi, haud ſolum me eſſe aut primum, cui hæc in mentem venerit. Ceteroqui effuſam literatiſſimi Viri humanitatem grato animo agnoſco: quæ vero idem aliique de Matth. VI. 13. Luc. III. 36. Col. IV. 8 aliiſque locis notarunt, ea in *Apparatu*, ſi is recte perpendatur, vel in *Defenſione* ſupra memorata, vel in *Gnomone* hermeneutico expediuntur.

§ VII. Hic ipſe *Gnomon*, ſi quæris, Lector, me occupatum hodieque habet: ſed munia publica prævalent; locusque a typographis remotus, valetudo non firmiſſima, & multæ aliæ cauſæ, me retardant. Partes aliquæ ubi jam exſtent, præfatio *Harmoniae* Evangeliſtarum docet: atque ipſa maxime *Harmonia* A. 1736 edita, pars eſt Gnomonis, de qua parte hoc loco aliquid inculcari, magnitudo rei poſtulat.

Innu-

Innumerabiles ſunt, fateor, Harmoniæ conditores Evangelicæ: ſed fere omnes, quum *Tria* fuerint revera Paſchata inter Baptiſmum & Exaltationem Domini, *quatuor*, ne dicam plura, fecerunt. Quod diſcrimen majorem opinione mutationem hiſtoriæ omnium momentoſiſſimæ importat. Noviſſime, A. 1737, quatuor Paſchata, majori ſolertia, quam quiſquam antea, *Eberhardus David Hauberus* S. T. D. defendit, amantiſſime mihi contradicens; tria vero eodem tempore *Timotheus Philadelphus* Monoteſſaro ſuo ſubſtravit: Germanico uterque ſermone. Res igitur nunc certe in æquilibrio eſt penes eos, qui rationes nondum examinarunt: & hanc differentiam, in hoc genere principalem, abs quovis poſthac ſcriptore, cenſore, lectore, ἀπροσωπολήπτως obſervari convenit. Duplicem Harmonia genuina cardinem habet: *characteris hiſtoricos*, qui Matth. II. 1. 19. Marc. XIV. 12. Luc. III. 1. 23. Ioh. II. 20. XIIX. 28 & alibi, non ſane fruſtra, figuntur; & conſtantem alluſionem Domini ad publicas Moſis & Prophetarum *lectiones* in ſabbatis & feſtis diebus. Hinc *tria* illa obtinentur Paſchata, eaque certis in *Æra Dionyſiana* annis firmiter annexa. Hinc celer emicat curſus Salvatoris, & decentiſſimus in eo curſu actuum ordo. Hæc qui conſideraverit, is, me non temere, & poſt tot alios in hac parte laboraſſe, & hanc partem ante alias expediiſſe, confitebitur. Nam quo tritior eſt materies, eo minus contemni debet recta ejus tractatio: & quo plures ſunt, qui errorem fovent, eo magis neceſſaria eſt vindicatio veritatis.

Atque hæ partes, quas commemoravi, ſi tibi, Lector, diſplicent, non poſtulo, ut ipſum *Gnomonem* totum deſideres: ſin autem, ut confido, probantur tibi, peto abs te, ut ne, ſi opiniones neſcio quæ ineptæ, imo temerariæ, mihi adſcribantur, ſubita credulitate moveare, ſed de me ex meis unice ſcriptis judicium facias, maximeque, ut ad telam aliquando pertexendam divinum auxilium mecum implores. Tum *Exegeſis* a *criſi*, *Criſis* ab *exegeſi* nervis radiiſque augebitur.

§ VIII. Faciamus vero Dei voluntatem ſine cunctatione: intelligentiæ interim profectui modeſte ac reverenter operemur.

APP. CRIT. P. IV.

N. VI.

VERGLEICHVNG

MERKWVRDIGER STELLEN

DES

NEVEN TESTAMENTS,

DARIN

D. MARTINI LVTHERI DEVTSCHE VEBERSEZVNG, DER GRIECHISCHE TEXT DER ZVLLICHAVISCHEN AVSGABE, VND I. A. BENGELII REVISION DES GRIECHISCHEN N. TEST. VNTERSCHIEDEN SIND.

Mit *Lutheri* Veberſezung kommt bald unſers *Reineccii*, bald *Bengelii* griechiſcher Text, und in der Hauptſache dieſe beyde durchgehends, ſonſten aber auch bisweilen keiner von beyden, überein. Die Vrſache iſt dieſe: *Lutherus* hatte je nicht Zeit zu critiſchen Vnterſuchungen: Er überſezte das Neue Teſtament, wie er es theils in der uralten, ihm vorhin gewohnten lateiniſchen Verſion, theils in dem griechiſchen Text Eraſmi vor ſich fand. Hernach iſt Eraſmi Text durch beyde Stephanos und Bezam, hin und wieder geändert, und nicht eben allemal verbeſſert worden: Daher Luthero von denenjenigen, die ihn gegen einen ſolchen Text halten, bisweilen zu viel geſchicht. Indeſſen ſind ſolchem geänderten Texte die Elzevirii, und unter vielen andern, leztens auch *Reineccius* gefolget.

Dieſe alle, und dazu Ben. Ariam Montanum, (der ſich nach der editione Complutenſi, welche die allererſte geweſen, gerichtet,) hat *Bengelius* zuſammen, und aus einem jeden das beſte genommen. In der Offenbarung Iohannis hat er etliche mal dem unſchäzbaren Alexandriniſchen Manuſcript den Vorzug gelaſſen: aber in allen andern Büchern des N. Teſt. iſt nicht eine Sylbe zu finden, da deſſelben *Text* nicht mit Montano oder andern bewährten Editionen übereinkäme. Das übrige hat er auf den Rand der gröſſern Tübingiſchen, und etwas ſparſamer auf den Rand der kleinern Stuttgartiſchen Ausgabe geſezet, von allem aber in Apparatu critico Rechenſchaft gegeben.

Diſs

Disſ Orts haben wir nicht begehret, alle erhebliche variante Lectionen zu erſchöpfen, als welches einem jeden anderwerts zu ſuchen überlaſſen wird: Nur hat man erachtet, es werde einiger ſummariſcher Entwurf des Vnterſcheids zwiſchen Lutheri, unſern Griechiſchen, und Bengelii Lesarten, dieſer deutſchen Originalbibel gar eigentlich anſtehen, und den Liebhabern der Wahrheit einen ſolchen Nuzen bringen, der bey dem erſten Anblik geringer, als bey reiſem Nachſinnen ſeyn möchte.

Alſo bedeutet in folgender Tabelle *L.* Lutherum, *M.* Montanum, *R.* Reineccium, und zulezt *Al.* codicem Alexandrinum. Die Buchſtaben α β γ δ ε zeigen an, wie Bengelius ſeine lectiones marginales, unvorgreiflich, ſtuffenweiſe, höher oder geringer ſchäzet. Das ζ weiſet auf den *Apparatum*, welcher den Grund der Lesart critice darthut: und das G auf den ſo genannten *Gnomonem*, da die Wichtigkeit mancher unſcheinbaren Stelle exegetice wird dargeleget werden.

Matth.	TEXTVS BENGELII.		MARGO EJVSDEM.	
I, 18.	ἰησῦ	R	non legitur.	α L
II, 6.	γὰρ	R	γάρ μοι	ε L
11.	εἶδον	M	εὗρον	ε L R
III, 8.	καρπὸν ἄξιον	M	καρπὸς ἀξιος	ε L R
IV, 12. & paſſim.	ὁ ἰησῦς	L R	ſubauditur.	β
V, 22.	εἰκῇ	R	non legitur.	β L
47.	τελῶναι	L R	ἐθνικοὶ	β G
VI, 1.	ἐλεημοσύνην	L R	δικαιοσύνην	β G
13.	ὅτι uſq. ἀμὴν	L R	abeſt.	γ ζ
IX, 13.	εἰς μετάνοιαν	L R	abeſt.	β
36.	ἐσκυλμένοι	M	ἐκλελυμένοι	ε ζ L R
XII, 35.	abeſt.	M	τῆς καρδίας	ε L R
XVI, 13.	με	R	non legitur.	β L
XIX, 17.	λέγεις uſq. Θεός.	L R	ἐρωτᾷς περὶ τοῦ ἀγαθοῦ; εἷς ἐστιν ὁ ἀγαθός.	β
XXI, 7.	ἐπεκάθισεν	M	ἐπεκαθισαν	ε L R
XXIII, 8.	ὁ χριστός.	L R	non legitur.	β ζ G
XXV, 13.	ἐν ᾗ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἔρχεται	L R	abeſt.	γ
XXVI, 26.	εὐλογήσας	R	εὐχαριστήσας	ε L
XXVII, 9.	ἱερεμίου	L R	non legitur.	β ζ
64.	abeſt.	L	νυκτος	δ R
Marc. II, 17.	εἰς μετάνοιαν	L R	non legitur	α
III, 29.	κρίσεως	L R	ἁμαρτιας	β
VII, 2.	ἐμεμψαντο	L R	non legitur.	α ζ G

Marc.

Marc.	TEXTVS BENGELII.		MARGO EJVSDEM.	
IX, 40.	ὑμῶν, ὑπὲρ ὑμῶν	R	ἡμῶν, ὑπὲρ ἡμῶν	ε L
XI, 10.	ἐν ὀνόματι κυρίου	L R	non legitur.	β
XIV, 22.	Φάγετε	L R	abeſt.	γ
XV, 8.	ἀναβοήσας	R	ἀναβὰς	δ L
XVI, 8.	abeſt.	M	ταχὺ	ε L R
Luc. I, 35.	non legitur.	R	ἐκ σοῦ	ε L
III, 19.	abeſt.	L	Φιλίππου	ε R
IV, 8.	ὕπαγε ὀπίσω μου, σατανᾶ	L R	non exſtat.	α
ibid.	non exſtat.	L	γαὲρ	ε R
VII, 11.	τῷ	L	τῇ	δ R
IX, 50.	ἡμῶν, ὑπὲρ ἡμῶν	L R	ὑμῶν, ὑπὲρ ὑμῶν	α ζ G
X, 11.	ἐφ' ὑμᾶς	L R	non legitur.	β
20.	non legitur.	L	μᾶλλον	ε R
22.	non legitur.	L	καὶ στραφεὶς πρὸς τοὺς μαθητὰς εἶπε	δ R
XI, 2. 4.	ἡμῶν uſque οὐρανοῖς· &, γενηθήτω uſque γῆς· &, ἀλλὰ uſque πονηροῦ	L R	non legitur.	γ ζ
44.	γραμματεῖς καὶ Φαρισαῖοι ὑποκριταὶ	L R	non legitur.	β G
XIII, 35.	ἔρημος	L R	non legitur.	β G
ibid.	λέγω δὲ	L	ἀμὴν δὲ λεγω	ε ζ R
XV, 17.	ἐγὼ δὲ	L R	ἐγὼ δὲ ὧδε	β
XXIV, 53. & aliis locis.	ἀμήν.	R	abeſt.	α L
Ioh. V, 16.	καὶ ἐζήτων αὐτὸν ἀποκτεῖναι	L R	non legitur.	γ
VII, 8.	ἐγὼ ἔπω	L R	ἐγὼ οὐκ	β
34. 36.	εἰμὶ	L R	εἰμι	β G
X, 8.	abeſt.	M	πρὸ ἐμοῦ	δ L R
XIII, 30. 31.	ὅτε ἐξῆλθε.	M G	Ὅτε οὖν ἐξῆλθε,	ε ζ L R
XIV, 1.	non legitur.	R	καὶ εἶπε τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ	ε L
XVII, 17.	σοῦ	L R	abeſt.	β
XVIII, 15.	ἄλλος	L	ὁ ἄλλος	δ R
20.	πάντες	L	πάντοτε	δ R
XIX, 14.	ἕκτη	L R	τρίτη	β ζ G
Act. II, 30.	τὸ κατὰ σάρκα ἀναστήσειν τὸν χριστὸν	R	non legitur.	α L
38. & ſæpius.	χριστοῦ	L R	non legitur.	β

Actor.	TEXTVS BENGELII.		MARGO EJVSDEM.		
III, 20.	προκεχειρισμένον	M	προκεκηρυγμένον	ε ζ	L R
V, 41.	αὐτῦ	L R	abeſt.	β ζ	G
VII, 35.	ἄρχοντα καὶ λυτρωτὴν	L R	ἀρχηγὸν καὶ λυτρωτὴν	β ζ	
IX, 6.	ἀλλὰ omnes veteres (ut oſtendit Bengelii Defenſio II.) nec non	M	σκληρόν σοι πρὸς κέντρα λακτίζειν κ.τ.λ.	ε ζ	L R
XI, 28.	καίσαρος	I R	abeſt.	γ	
XIII, 6.	βαριησοῦ	R	βαριησὺ	β	L
17.	non legitur.	L	ἰσραὴλ	δ	R
33.	τῷ πρωτῳ (olim)	L	τῶ δευτέρω	δ	R
			Neutrum legitur	β	
44.	ἐρχομένῳ	R	ἐχομένῳ	β	L
XVII, 25.	καὶ τὰ	R	κατὰ	δ	L
XVIII, 5	πνεύματι	L R	λόγῳ	β	G
25.	περὶ τῦ κυρίυ	L R	περὶ τῦ ἰησῦ	β	
XXI, 15.	ἐπισκευασάμενοι	M G	ἀποσκευασάμενοι	ε ζ	L R
XXIII, 9.	μὴ θεομαχῶμεν	L R	non legitur.	β	
XXVII, 14.	εὐροκλύδων	R G	εὐρακυλων	γ ζ	L
Rom. I, 16.	τῦ χριστῦ	L R	non legitur.	β	
II, 5.	καὶ δικαιοκρισίας	M G	δικαιοκρισίας	ε	L R
VIII, 11.	διὰ τὸ ἐνοικῦν αὐτῦ πνεῦμα	L	διὰ τῦ ἐνοικῦντος αὐτῦ πνεύματος	δ	R
XII, 11.	κυρίῳ	M	καιρῷ	ε ζ	L
			Vtrumvis,		R
XIV, 9.	καὶ ἀνέστη	L R	non exſtat.	α	
XVI, 5.	ἀχαΐας	L R	ἀσίας	β	
1 Cor. VI, 20.	καὶ ἐν uſq. τῷ Θεῷ	L R	non legitur.	α	
VII, 3.	ὀφειλομένην ἔυνοιαν	L R	ὀφειλὴν	α	
5.	τῇ νηστείᾳ καὶ	L R	non legitur.	β	
XII, 2.	ὅτι ὅτε	M	ὅτε	ε	L R
XIV, 25.	καὶ ἔτω τὰ	L R	τὰ	α	G
XV, 20.	ἐγήγερται	L R	non legitur.	β	
31.	ὑμετέραν	R G	ἡμετέραν	ε ζ	L
45.	ἄνθρωτος ἀδὰμ	L R	ἀδὰμ	β	
2 Cor. VIII, 4.	δέξωσθαι ἡμας	L R	non exſtat.	α	G
Gal. III, 1.	τῇ ἀληθειᾳ μὴ πείθεσθαι	L R	non legitur.	β	
IV, 25.	ἄγαρ	L R	non exſtat.	β	G
Eph. I, 18.	καρδίας	M	διανοίας	ε	L R
III, 9.	οἰκονομία	M	κοινωνία	ε	L R
V, 9.	πνεύματος	L R	φωτὸς	α	
Phil. IV, 3.	ναὶ	L	καὶ	ε	R
1 Theſſ. V, 13.	ἑαυτοῖς	R	αὐτοῖς	ε	L

1 Tim.	TEXTVS BENGELII.		MARGO EJVSDEM.	
I, 4.	οἰκονομίαν	R	οἰκοδομίαν	ε L
17.	μόνῳ σοφῷ Θεῷ	L R	μόνῳ Θεῷ	α
V, 4.	καλὸν καὶ	L R	non legitur.	β
2 Tim. II, 19.	κυρίε	M	χριςε	ε L R
III, 16.	καὶ	R	deeſt.	ε L
Tit. II, 8.	ἡμῶν	L	ὑμῶν	ε R
Philem. v. 7.	χαρὰν	L	χάριν	ε R
20. fin.	κυρίῳ	L R	χριςῷ	β
1 Petr. I, 4. 5.	ὑμᾶς	L	ἡμᾶς	ε R
II, 21.	ὑμῶν, ὑμῖν	R	ἡμων, ἡμῖν	ε L
III, 8.	Φιλόφρονες	L R	ταπεινόφρονες	β
20.	ἀπεξεδέχετο	M	ἅπαξ ἐξεδέχετο	ε L R
2 Petr. II, 2.	ἀσελγείαις	M	ἀπωλείαις	ε L R
II, 13.	ἀπάταις	R	ἀγάπαις	ε L
18.	ὄντως ἀποφυγόντας	L R	ὀλίγως ἀποφέυγοντας	β
III, 7.	αὐτε	L	αὐτῷ	ε R
10.	ἐν νυκτὶ	L R	non legitur.	β
1 Ioh. I, 5.	ἐπαγγελία	R	ἀγγελία	α L
II, 7.	ἀδελφοὶ	L R	ἀγαπητοὶ	β G
12.	γράφω	L R	ἔγραψα	β G
23. fin.	deeſt.	L R	ὁ ὁμολογῶν τὸν υἱὸν, καὶ τὸν πατέρα ἔχει	β
V, 7. 8.	ὅτι τρεῖς . . . . ἐρανῷ . . . ἐν τῇ γῇ κ. τ. λ. Edd. Germ. A. 1576. &c.	R	Multi verſum 7 omiſerunt, & L ipſe: ſed legendus eſt, & quidem poſt verſum 8.	β ζ G
10.	Θεῷ	L R	υἱῷ	β
Hebr. II, 9.	χάριτι	L R	χωρὶς	β G
VI, 10.	τε κόπε	L R	non exſtat.	β
IX, 1.	πρώτη	L	πρώτη σκηνὴ	ε R
14.	αἰωνίε	R	ἁγίε	δ L
XI, 11.	ἔτεκεν	L R	abeſt.	β
13.	non legitur.	M	καὶ πεισθέντες	ε L R
XIII, 9.	μὴ περιφέρεσθε	L R	μὴ παραφέρεσθε	β
Iac. II, 18.	σε, ἐκ	L R	σε, χωρὶς	β
V, 12.	ὑπὸ κρίσιν	R	εἰς ὑπόκρισιν	δ L
Iud. v. 1.	ἡγιασμένοις	L R	ἠγαπημένοις	β
4.	Θεὸν	L R	non legitur.	α G
22. 23.	καὶ ὃς μὲν ἐλεεῖτε . . . . ἁρπάζοντες	L R	καὶ ὃς μὲν ἐλέγχετε διακρινομένους· ὃς δὲ σώζετε ἐκ πυρὸς ἁρπάζοντες· ὃς δὲ ἐλεεῖτε ἐν φόβῳ	β G

Ind.	TEXTVS BENGELII.		MARGO EJVSDEM.	
v. 25.	μόνῳ σοφῷ Θεῷ	L R	μόνῳ Θεῷ	α
Ap. I, 6.	βατιλείαν	M	βατιλεῖς καὶ	ε L R
11.	non legitur.	M	ἐγώ εἰμι τὸ ἄλφα καὶ τὸ Ω, ὁ πρῶτος καὶ ὁ ἔχατος καὶ	ε L R
18.	non exſtat.	L	ἀμήν.	ε R
II, 5.	ταχει (ταχὺ R)	L	Neutrum legitur.	β
9.	non legitur.	Al.	τὰ ἔργα καὶ	δ L R
14.	τῷ	L G	τὸν	δ R
16.	ταχὺ	L R	non legitur.	γ
V. 14.	non legitur.	M	ζωντι εἰς τὰς αἰῶνας τῶν αἰώνων	ε L R
VI, 8.	ἐδόθη αὐτῷ	M	ἐδοθη αὐτοῖς	ε L R
11.	χρόνον	M G	χρόνον μικρὸν	ε ζ L R
VII, 14.	κυριε μκ	M	κύριε	δ L R
VIII, 13.	ἀετῦ	M	ἀγγέλκ	δ L R
IX, 16.	δύο μυριάδες R nec non	R L	δισμυριάδες	α ζ G
XI, 1.	non legitur.	L	καὶ εἰςήκει ὁ ἄγγελος	ε R
2.	ἔξωθεν	R	ἔσωθεν	ε L
8.	ὁ κύριος αὐτῶν	M	ὁ κύριος ἡμῶν	ε L R
15.	ἐγένετο ἡ βασιλεία	M	ἐγένντοντο αἱ βασιλεῖαι	ε L R
17.	ὁ ὢν καὶ ὁ ἦν	Al. G	ὁ ὢν κὴ ὁ ἦν κὴ ὁ ἐρχόμενος	ε L R
XII, 8.	ἐκ ἴχυσεν. . . . αὐτῷ	M G	ἐκ ἴχυσαν. . . . αὐτῶν	δ L R
10.	κατήγορος	L R	κατήγωρ	α G
XIII, 5.	ποιῆσαι L. nec non	R	abeſt.	β ζ
7.	καὶ λαὸν	Al.	deeſt.	ε L R
XIV, 1.	τὸ ὄνομα αὐτῦ καὶ	M	deeſt.	ε L R
5.	ψεῦδος	M	δόλος	ε L R
ibid.	abeſt.	M	ἐνώπιον τῦ θρόνκ τῦ Θεῦ	ε L R
6.	ἄλλον	R	deeſt.	δ L
8.	abeſt.	L	τῦ θυμῦ	δ R
XV, 3.	ἐθνῶν	M	ἁγίων	ε L R
XVI, 7.	τῦ	Al. G	ἐκ τῦ M. ἄλλκ ἐκ τῦ nec non	ε R. L
XVII, 8.	καὶ παρέσαι	M	καίπερ ἔσιν	ε L R
16.	καὶ τὸ θηρίον	M	ἐπὶ τὸ θηρίον	ε ζ L R
XVIII, 13.	καὶ ἄμωμον	Al.	deeſt.	ε L R
XIX, 17.	τὸ μέγα τῦ	M	τῦ μεγάλκ	ε L R
XX, 12.	θρόνκ	M	Θεῦ	ε L R
XXI, 17.	πηχῶν	L R	abeſt.	β ζ G
24.	non legitur.	M	τῶν σωζομένων	ε ζ L R
ibid.	non legitur.	L	καὶ τὴν τιμὴν	δ R

Apoc.	TEXTVS BENGELII.		MARGO EJVSDEM.	
XXII, 6.	πνευμάτων τῶν	M	ἁγίων	e L R
19.	τȣ̃ ξύλȣ	M	βιβλȣ	e L R

Ein jeder kann bey dem Text ſelbſt für die reſtituirte Lesarten ein beliebiges Signum ſezen, und auch dieſes Verzeichniſs nach ſeinem Gefallen vermehren.

APP. CRIT. P. IV.

Nro VII.

ORDINATVM, MODESTVM, VERVM

EXAMEN

SINGVLORVM XLIII CANONVM CRITICORVM

GERARDI A MASTRICHT,

DATVM IN PRÆF. GNOM. N. T. § VIII. IX. X.

§. I.

Spiritui ſe plerique ſubducunt eruditorum: quare ne literam quidem ſuam rite tractant. Hinc de variantium lectionum deciſione, deque deciſionis cum textu recepto conjunctione, confuſiſſimæ adhuc dominantur opiniones. nam alius *antiquioribus* manuſcriptis nititur, alius *pluribus*, ita quidem, ut etiam falſum jactet numerum: alius *Latinam* verſionem, alius *orientales* evehit: alius *Scholiaſtas Graecos* laudat, alius *vetuſtiores patres:* alius *contextum*, (qui ſane plurimum valet,) ita defendit, ut planiora omnia & pleniora ſequatur; alius expungit, quicquid ab uno, ſi placet *Æthiopico*, non dicam, interprete, ſed librario, ſemel omiſſum eſt: alius *receptiorem textum* cupide reprehendit; alius eum ſine ulla exceptione tuetur. *Non omnes, qui citharam habent, ſunt citharoedi.*

§. II.

Nos, re diu multumque agitata, omnem lectionis varietatem his *Monitis* & diſcerni & digeri poſſe confidimus.

I. Partes ſacri textus longe plurimae remanent nulla *notabili varietate* (*Gratia DEO*) *affectae.*

II. Totam eae doctrinam ſalutarem omnibus criteriis praeditam continent.

III. Ad eas cuncta lectionis varietas, *tanquam ad normam, exigi & dijudicari debet ac poteſt.*

IV. Lectionem N. T. eamque variantem, habent codices manuſcripti, *ex manuſcriptis* impreſſi; Græci, Latini, Graecolatini (*de quibus non* aliter *ſenſi in Apparatu, P. I. § XXIX, & P. II ad init. ep. ad Rom., ac de principe eorum* Berneriano *Lud.* Kuſterus *in praef. N. T.*) Syriaci &c. Latinizantes *Graeci vel aliarum linguarum: liquida*

da allegata Irenæi *&c. ut cuivis generationi largitur divina providentia. Omnia vocabulo* codicum *late interdum accepto complectimur.*

V. Hi tamen codices per ecclesias omnium seculorum & climatum diffusi sunt, & manum primum ita prope attingunt, ut conjunctim, in omni varietatum multitudine, sinceram lectionem exhibeant.

§. III.

VI. Certe nulla unquam conjectura *audienda est: tutius seponitur, quae forte laborare videtur, particula textûs.*

VII. Universi codices in decidendo sunt norma *singulorum.*

VIII. Graeci *Codices, eam obtinentes antiquitatem, quae ipsam lectionis varietatem superet, valde* pauci *sunt: reliqui permulti.*

IX. Quamlibet parum valeant versiones *&* patres, *ubi a Graecis exemplaribus N. T. discedunt; certe ubi Graeca exemplaria N. T. inter se differunt, ea praepollent, quibus versiones patresque consonant.*

X. Latinæ *versionis lectio, ubi consensisse patrum Latinorum vel etiam aliorum testium idoneorum firmatur, eximium ob singularem antiquitatem pondus habet.*

§. IV.

XI. Testium numerus *pro utravis cujuslibet loci lectione vigilanter iniri debet: & idcirco secernendi sunt codices* Evangeliſtarum *ab iis, qui* Acta *&* Epistolas, *cum* Apocalypsi *vel sine ea, vel hanc solam habent:* integri *a mutilis: ii, qui ad Stephanicam* editionem *collati sunt, ab iis, qui ad Complutensem, aut ad Elzevirianam, aut ad ignotam aliquam sunt collati: ii, quos* recte collatos *esse constat, v. gr. Alexandrinus, ab iis, quos recte collatos esse non constat, aut quos constat segnius esse collatos, v. gr. a Vaticano, qui alias vix parem haberet.*

XII. Plures *ita demum testes paucioribus; &, quod* gravius *est, testes climatibus, seculis, linguis,* diversi, *propinquis inter se; &, quod* gravissimum *est,* antiqui *novis praeferendi sunt. nam quum Fontis nomen prima tueatur unice manus, Graeca utique; ab ea, quo propius absunt rivi, id est, codices ex primaevis deducti, Graeci, Latini &c. hoc plus habent ponderis.*

§ V.

XIII. Quas lectiones vel incuria librariorum vel indiscreta cura admisisse existimari jure potest. eae postponi debent lectioni tali, quae non nimia quidem facilitate blanditur, sed nativa dignitate nitet.

XIV. Ita sequiorem lectionem prodit alliteratio, parallelismus, ecclesiasticæ *lectionis, ineuntis praesertim vel exeuntis, opportunitas:* hiatum, *verba recurrentia:* glossam, *facilitas apparens. in varietate multiplici,* media *lectio genuina.*

XV. Quinque *igitur* Momenta *sunt Decisionum:* Antiquitas *testium,* diversitas *eorum. &* multitudo: *tum, lectionis* sequioris *rigor, &* genuinæ *color nativus.*

XVI. Haec ubi concurrunt, dubium nemini, nisi scepticо, remanet.

XVII. Quotiescunque autem de his Momentis pars pro una lectione, pars pro altera militat; criticus modo huc, modo illuc moveri potest, vel, si ipse acquieverit, ceteri tardius assentiuntur. Ubi alius alio majorem in oculis vel corporis vel animae aciem habet, frustra disputatur. Alter alteri nil obtrudere potest aut eripere, nisi forte ipsa olim autographa reperiantur.

§ VI.

XVIII. Non optima crisis est, quae hanc summam praescribit: Sic Erasmus, sic Stephani, sic typographi fere omnes excuderunt: ergo sic legendum est, apicum tenus, ad consummationem usque seculi; & vetusta monumenta, quatenus cum hac lectione congruunt, sunt admittenda; quatenus aliud, quamlibet magno consensu, referunt, rejici debent. *Dicendum, quod res est: compendiosa est haec crisis, ephebis digna. Obstinatam credulitatem erga lectionem receptiorem alit: & adversus antiqua documenta praefracte suspicacem se facit. Quicunque sunt, qui sine ea firmitudinem textuum ab omni varietate immunium, atque adeo ipsius Scripturae ac religionis dictitant* periclitari, periculose *ipsi sentiunt, fideique vim ignorant. Aequissimum Calovii judicium, ab hodierna quorundam superstitione typographica longe remotum, retulimus in Apparatu P. I, § XXXII, Obs. XIX. Etiam ante typographiam inventam integra erat Scriptura: non ad typographiam Seculi XVI, cujus intra limites, quae a zelotis defenditur lectio, tota conflata est, divina se providentia, Scripturae sacrae invigilans, alligavit.*

XIX. Typographica tamen lectio, fere tota, *firmiter defenditur, non ex eo, quia usu invaluit, sed quia iis, quae h'c explanamus, criteriis excellit: eoque nomine gaudemus.*

§ VII.

XX. Qui per Frobenium & post Lutheri obitum per Stephanos Elzeviriosque excusus est, & adhuc propagatur, textus N. T. Graeci, is a Lutheri versione non raro differt, ut docet Tabula *locorum N. T. Bibliis Hebraicis & Graecis Germanicisque* Zullichavienſibus *adjecta. (App. P. IV. n. VI.) Quae autem cum* Luthero *congruit genuina lectio, eam cum prolubio amplecti fas est. Sincerus quidem textus citra studium partium quaeri debet: quem tamen multi minus curant (indignum!) quam sartam chirothecam.*

XXI. Valde optanda esset talis editio N. T. Graeci, in qua ipse textus totam lectionem germanam, omni varietate dispulsa, liquido exhauriret: sed nostra aetas id non assequitur, & quo propius unus alterve nostrum ad primaevam sinceritatem se recipit, eo minus assentiuntur plerique.

XXII. Consultum est igitur, ut tantisper, dum uberior lucis mensura obtingit ecclesiae, textus eclectico judicio ex editionibus *probatis quam sinceriſſimus corrogetur. In sola Apocalypsi aliquid ex MSS. adspersum dedi: causamque saepius dixi.*

XXIII. Perpaucae tamen lectiones recepti textus, *vel tanquam dubiae, vel tanquam sequiores, ab reliquo textu secernendae veniunt: &, ut tales, sine ullo veritatis detrimento in ipso textu notantur.*

XXIV.

XXIV. Immo iis exceptis, &, aliquantisper duntaxat, quasi sequestratis, toto denum reliquo *textu firmiter nititur & salubriter utitur etiam idiota.*

§ VIII.

XXV. Vicissim nonnullae lectiones pretiosissimae, e situ suo extractae, ut genuinæ *recognoscuntur, ad veritatis incrementum.*

XXVI. Lectiones extra textum receptum, vel aeque probabiles, vel genuinae, praesertim si minus multis codicibus fultae reperiantur, non confestim textui sunt inferendae, sed in margine indicandae.

XXVII. Id indicium fieri potest, varietatibus marginis in classes quasdam distinctis. nam quaelibet varietas, quoad quoris tempore constitui potest, aut in aequilibrio est, aut altera lectio alteri antistat, & hoc rursum vel magis notabili discrimine, vel minus notabili. Unde lectiones firmae, plausibiles, dubiae, in textu aut margine collocatae, analytice ad quinque gradus, quos alioqui (ut in magnitudinibus stellarum, in qualitatibus, frigoris &c.) *innumeros esse e pertum habeo, reducuntur. Hos ego gradus literulis α β γ δ ε notavi.*

§ IX.

Nemo receptiori lectioni, ut arbitror, ita aut infensus est aut addictus, ut his Monitis possit refragari. Nonnulla uberius explanantur, additis exemplis, infra, in ep. ad Rom. in ep. Iac. & in Apocalypsi, passim. Nil autem novi affero: haec eadem antea sensi & scripsi. *Nota* Theophilus a Veritate *esse* ait, *quae eruditi contra meam editionem N. T. monenda invenerint.* vid. *Beleuchtung*, p. 27. *Eruditos*, opinor, eos narrat, quibus Defensione altera (App. P. IV n. VIII.) respondi. Hanc ergo velim perpendat; idemque, quæ mihi pag. 58, & pag. 64 in extremo, adscribit, de iis editionem meam respiciat. Exceptionem, qua usus est in æquitate sua erga me declaranda, missam faciet. Non operose me posthac defendendum mihi puto, ne minus magni æstimare subsidium videar virorum pietate, zelo, orthodoxia, literatura præditorum, qui suis me judiciis & vindiciis haud ignotis tegunt, & aliter animatos, me quiescente, & sustinent & vincunt. Atque jam ego potius eo progredior, ut, quales sint duces, quos plerique sequuntur, ostendam.

§ X.

Exiit videlicet Amstelædami anno 1711 cum ipso N. T. Græco *Crisis Gerardi a Maestricht*, per canones XLIII criticos varias decidentis lectiones: cui crisi nil non tribuerunt eruditi, non solum in Germania, ut I. G. *Bajerus* in Dissertatione de var. lect. N. T. usu & abusu, pag. 18 &c. sed etiam aliis in terris, ut Ant. *Blackwallus* Britannus in Classicis sacris, pag. 617 &c. Atqui *summam* criseos illius a veritate abesse, demonstravi in Apparatu P. I § XXXIX n. 8: & quum A. 1735 eadem crisis aliquantum mutata produlset Amstelædami, alterum examen institui in Defensione illa priore, § 26. 30. 33. 37. (App. P. IV. n. IV.) Et Apparatum & Defensionem, fas

est,

est, evolvant, qui crisi illa nitendum putant. In ea Defensione, Latine edita, adjeci hæc: *Decantatos illos XLIII* canones *criticos Gerardi a Mastricht singulatim, ordinatim, modeste, vere* examinatos, *alio tempore dabimus.* Nunc ferme pœnitet promissi: & talis hodie examinis labore supersederem libenter, quum intelligam, esse aliquos, quibus quam minimum criseos quam maxime probetur.

§ XI.

Sed quia *complures etiamnum canonibus illis capiuntur*, neque aptiorem hujus discussionis locum prospicio: in præsenti eam dabo, ita, ut canones ipsos referam (quo certe nomine ab eorum admiratoribus gratiam iniero;) animadversiones ad utramque editionem criseos illius accommodem; facilitati brevitatique dem operam; neque inter aculeos, quibusdam e somno excitandis necessarios, modestiæ oblivisear.

§ XII.

CANON I.

Variantes Lectiones, quod omnes fateri coguntur, ortae sunt ex negligentia, oscitantia, festinatione, *aliquando & ex* malitia *descriptorum. Est nobis* Varia Lectio, *aberratio descriptoris a scriptura vel mente Auctoris, quem describit; quae generalis descriptio, omnem quidem, etiam minimae literulae aberrationem pro varia lectione recognoscit. Commode tamen priores causae magis ad vitium; posterior vero ad malitiam referri, & pro varia lectione haberi poterit. Non enim omnis* aberratio *a scriptura, est* aberratio *etiam a* mente *Auctoris: quod multo major pars harum lectionum* (in ed. N. T. Oxon. A. 1675, & inde in ed. Amst.) *imo ausim adserere tres quartae partes demonstrabunt.*

ANIMADVERSIO.

Verum hîc dici, agnoscimus, sub ea cautione, quæ ad canonem VIII dabitur, de *sensu* sive mente scriptoris sacri: at inde nullius loci lectio præ altera prærogativam obtinet. Nusquam in margine, quod meminerim, ab auctore allegatur hic canon, quanquam *observationis* potius, quam *canonis* titulum meretur, ut complures alii.

§ XIII.

II. Descriptores errarunt oscitanter saepenumero, quando in eodem aut sequenti versu repetitiones vocabulorum inveniebantur, putantes se anteriora vel posteriora descripsisse. Exinde detractiones, *omissa voce aut sententia intermedia, aut sequente; aut* variationes. *Idem & a dictante proficisci poterat.*

Canon bonus, sæpe adhibendus, sed raro adhibitus ab auctore. Adhibendus erat, pro lectione marginis, v. gr. ad Luc. X. 11. 1 Ioh. II. 23.

III. Aliquando etiam inde sunt causae additionum, *unaque vox aut sententia* bis repeti-

petita, *quando sc. descriptor in eandem vocem aut periodum inciderat, aut quid neglexerat.*

Canon bonus, sepe adhibendus, sed raro adhibitus ab Auctore. Causa in eo allegata non solum *additiones*, sed etiam *permutationes* verborum complectitur. Allegandus igitur erat, v. gr. ad 2 Petr. II. 2, pro lectione marginis.

IV. Descriptores saepe in eo erarunt aut variantem lectionem fecerunt, quando vocem scripserant ante praecedentem, quam delere nolebant, ne decor descriptionis periret: inde trajectio *vocum orta, quae variantem lectionem sensu sano facere non debet. idem factum, si quam vocem* neglexerant, *quam postea addere nolebant.*

Vera observatio: sed utra lectio genuina sit, aliunde dignosci debet.

V. Descriptores saepe periodum legerant, & obliti vocis vel vocum originariarum textus, substituebant aequipollentem *aut* fere aequipollentem, *aut* aliam, *aut penitus omiserunt, quam postea, ne exemplar macularent, mutare, delere vel supplere noluerunt. Id pro variante lectione non adsumendum, nec textus mutandus.*

De locutionibus *aequipollentibus*, quae sit manus primae, quae Graeci librarii, aut interpretis, hac observatione non deciditur: neque eadem *omissionem* ab *additione* discriminat.

VI. Peccarunt saepe descriptores in mutandis, omittendisve literis, *praesertim* unius organi: *item in mutandis* syllabis, *quae quoad sonum sibi similes videbantur; id quod frequenter contigit in* nominibus propriis *ex una in aliam linguam translatis: quae cum sensum saepe non turbarent, illa propter exemplaris nitorem mutare nolebant: quod non pro variante lectione, sed pro negligentia descriptoris habendum. Ita & judicandum, quando* temporum, modorum, *aut* verborum mutationes, *vel* generum *aut* casuum *contingebant. &c.*

Errorum causam ita haec tangit observatio, ut ad decisionem non faciat.

VII. Descriptores saepe peccarunt in omittendis vel addendis vel variandis particulis, pronominibus, adverbiis, praepositionibus, *aliisque, quod & saepe in* verbis compositis *factum: hoc tamen variantem lectionem non facit, nec pro ea habendum. Millies & millies sic peccatum.*

Eadem ratio.

§ XIV.

VIII. Quae lectio additione vel detractione aut mutatione, item variatione constructionis, non mutat sensum, *etiamsi in tribus quatuorve codicibus manuscriptis inveniatur, pro variante lectione non habenda, nec admittenda contra plurimos alios Codices, bonae vel melioris notae. Nulla quippe causa tum cogit, variantem lectionem receptae praeferre.*

Cum a *tribus quatuorve codicibus*, de quibus Canone XI, discesseris, haec observatio nusquam lectionem unam alteri praefert. Raro etiam additio vel detractio vel mutatio *sensum* plane eundem relinquit. Interesse aliquid, si ego non sentio, alius fortasse sentit; si hodie non video, heri fortasse vidi vel cras videbo. Si non

intereſt ad dogma, intereſſe poteſt ad elegantiam, ad ſimplicitatem, ad emphaſin, ad connexionem, ad parallelismum qualemcunque.

§ XV.

IX. Vnus Codex *non facit variantem lectionem, quia arguit incuriam deſcriptoris, maxime in omittendo: modo recepta lectio ſit ſecundum analogiam fidei: alias canon XXII habet locum.*

Canone IX-XII & XL-XLIII, coll. Proleg. n. 108, de *numero* codicum agit Noſter: ſed primum *diverſitas* & *antiquitas* codicum pluris eſt, quam *numerus*, quem ſine diſcrimine accipit: deinde ipſum numerum minime habet explicatum, multos ratus codices, ubi pauci aut vix ulli ſunt; paucos, ubi ſat multi ſunt, vel plures, vel plurimi. Nam in laterculo codicum, canonibus præmiſſo, plerique ſolos Evangeliſtas, pauci Acta & Epiſtolas, Apocalypſin aliquot tantummodo habent; iidemque ſubinde ſunt mutili, non pari diligentia excuſſi, ad editiones inter ſe diſcrepantes collati: at Noſter lectioni marginis ſui ſolet concedere tantummodo codices in margine expreſſe citatos, & totam fere reliquam laterculi molem textui ſuo ita adſcribit, ut *centenos* ſubinde codices, etiam in Apocalypſi, a textus ſui lectione ſtare putet. *Manifeſtum hunc atque magnum errorem* ſecunda recte appellat editio criſeos Maſtrichtianæ; itaque formulam de *centenis* codicibus &c. delevit: ſed reliquum tenorem retinet. Eo magis admonendi ſunt, qui hanc criſin jam perſanatam putant. Simili errore Ant. *Blackwallus* in Claſſicis ſacris p. 594. ad Act. II. 24, & ad 1 Ioh. IV. 3, allegavit *CXX MSS*: quum haud XL ſint codices, ad Acta & ad Epiſtolas Iohannis, ante eum collati: idemque *ſedecim* (ſic enim, opinor, legi voluit, non *ſexaginta*) Stephanicos, has illaſve partes N. T. complexos, pro codicibus totius N. T. amplexus eſt, p. 600. 617 ſq. 636. In excerptis Oxonienſibus, quæ *Maſtrichtius* criſi ſubſtravit ſuæ, unus, duo, tres aut quatuor codices ſæpe dicuntur lectionem aliquam habere, quæ multis teſtibus nititur. Apud ipſum *Maſtrichtium* lectio textus, quamlibet imbecilla, nunquam poteſt cauſa cadere; lectio marginis, quamlibet germana, vincere nunquam.

§ XVI.

Quod ad *Canonem IX* ſeorſum attinet, *unus* ſane *codex*, ubi minor codicum eſt copia, variantem facere lectionem poteſt; imo unus codex, v. gr. Apocalypticus apud *Eraſmum*, ipſum textum ſuſtentavit: ſed quo major copia comparatur, eo rarius unus codex variam lectionem cum ſpecie poteſt facere. Sæpe autem unus dabatur *Maſtrichtio*, ubi multi ſunt. Citatur hic canon ad Matth. XXVI. 35. Marc. IX. 40: at lectio marginis non *uno* MS ſed *fere omnibus* nititur. Ap. III. 12 omnes libri, etiam excuſi ante *Bezam*, habent *ναῷ*· quare qui libros MSS. contulere, nullam hîc varietatem notarunt. Apud *Bezam* error typothetæ dedit *λαῷ*· id *Beza* correxit: ſed unus *Huiſſius*, qui codicem Alexandrinum ad textum cum mendo *λαῷ* excuſum contulit, *ναῷ* demum tanquam variam lectionem codicis Alex. notavit.

Inde

Inde *Maſtrichtius* lectionem *vacῶ*, quaſi in *uno* tantum codice repertam, hoc canone IX reprobavit, quum in *omnibus* exſtet ac plane genuina ſit. Hæc non potuiſſent accidere Maſtrichtio, niſi in *ſumma* criſeos erraſſet. Vltima canonis verba, *modo recepta &c.* receptam lectionem ſine cauſa in diſcrimen adducunt.

§ XVII.

X. Neque duo Codices *faciunt variantem lectionem, contra receptam & editam & ſani ſenſus lectionem; quia id duorum deſcriptorum, forte ejuſdem, duarum deſcriptionum arguit incuriam, maxime in omittendo: in quo plerumque ſufficit ratio illa ſola:* omiſſum eſſe.

Citatur Canon v. gr. ad Apoc. XIV. 1. XVII. 4: at lectio marginis non *duobus* codicibus, ſed *omnibus* nititur, errorem refutans ab *Eraſmo* invectum, & per *Stephanos* & tot alios receptum. Et tamen ſunt, qui Stephanico prelo divinam pro integritate N. T. Providentiam mancipare audeant, nec deſinant audaciam iis adſcribere, qui ſua ætate omnibus ſubſidiis a Providentia oblatis religioſe ad communem ædificationem utuntur.

XI. Neque faciunt variantem lectionem tres aut quatuor codices, *maxime in omittendo, contra viginti & quod excurrit alios manuſcriptos.*

Citatur Canon v. gr. ad Luc. XIII. 35: at lectio marginis non *tribus aut quatuor*, ſed *permultis*, iiſque præcipuis teſtibus nititur. Sic Matth. II. 11. XXVIII. 19, lectio marginis non *tribus quatuorve*, ſed ita multis codicibus nititur, ut lectioni textus ne *unius* quidem firma relinquatur opinio.

Ubi Millius *plures*, inquit Maſtrichtius in Proleg. § ult. *codices, verſiones & patres adducit, ibi parva mutatione numerus codicum, verbi gratia, trium quatuorve, ad ſex ſeptemve augeri & extendi poteſt; ut nec ille variam lectionem facere debeat contra centum* (ed. 2, *pleroſque*) *alios codices ſeu teſtes.* De *centum* ſeu *pleriſque* illis jam diximus: *trium quatuorve*, & *ſex ſeptemve*, puſilla eſt differentia; ſed multo major intercedit, ut margo Maſtrichtianus ad Apparatum noſtrum collatus quemlibet lectorem quovis docebit loco.

XII. Magnus codicum *manuſcriptorum* numerus *veluti viginti aut plurium, firmat & probat receptam & communem lectionem ſani ſenſus, potiſſimum in omittendo.*

Lectio ſani ſenſus, quæ ante typographiam inventam vel etiam deinceps *recepta & communis* fuit, juſto codicum firmatur numero: ſed juſtum numerum, variis ex cauſis, modo plures, modo pauciores faciunt codices; & diverſitas teſtium antiquitaſque plus valet.

§ XVIII.

XIII. Stephani Curcellæi *annotationes variantium lectionum, pro variantibus lectionibus non habendæ, quia ille non notat codices, unde eas habeat, an ex manuſcriptis, an vero ex impreſſis exemplaribus. Poſſunt etiam pro uno codice haberi.*

De Curcellæo dixi in Appar. P. I § XXXIX n. 6. *Miratur* Maſtrichtius in Notis ad 1 Cor. VI. 5, *unum* Curcellæum ab *Oxonienſibus* citari, quum vel *triginta* MSS. habeat Millius. Fugit ergo illum, talia *multis* dari locis, v. gr. Matth. V. 48. Iac. II. 18. Qui non vident, palpare poſſunt excerpta *Oxonienſia*, quæ canonibus Maſtrichtianis ſubſternuntur, neutiquam eſſe idonea: neque *editiones* a Maſtrichtio juſta cura eſſe collatas. nam Curcellæum ſolum aut pæne ſolum citari putat, ubi textum Curcellæus *editionum*, interdum meliorem, allegat, ut Rom. VII. 6. 1 Petr. II. 21. Ap. XXII. 15.

XIV. Verſiones *etiam antiquiſſimae ab editis & manuſcriptis differentes, uti nec* impreſſi *libri, faciunt variantem lectionem; ſed magis oſtendunt oſcitantiam interpretis aut corruptionem exemplaris, quo uſus fuit.* Complutenſis *prima editio anno 1514, valde exacta & ad varia manuſcripta, etiam charactere ad antiquum Scripturae manuſcriptorum modum expreſſa, fere tantae fidei eſt, ac codex manuſcriptus: quare & Oxonienſis editio 1675 ejus variantes lectiones expreſſit.*

Quid ponderis habeant *verſiones*, ab editis & manuſcriptis, quibuſdam certe, *haud differentes*, non docet Canon. Sane mſſ. Græcos, quibus hodie utimur, vetuſtate longe vincunt, & vix unquam in ſequiore lectione conſentiunt. quare ad deciſionem, ubi codices Græci inter ſe differunt, quam plurimum faciunt. Oxonienſis margo unam *verſionem* Copticam cum fragmentis Gothicis, ad Evangeliſtas tantummodo, allegat. Magnus defectus. Neque *impreſſi* libri non faciunt variantem lectionem, ubi conſtat, editores manuſcriptis eſſe uſos. *Complutenſem* editionem laudat auctor canonum: ſed perſæpe optimas ejus lectiones rejicit.

§ XIX.

XV. Ex genio Codicum *manuſcriptorum obſervandus eſt genius deſcriptorum & deſcriptionum, an ſoleant vel omittere quid vel addere. Vide & Canones XXX & XXXI.*

Hic *genius* parum facit ad Deciſionem, quippe quæ nunquam unius codicis genio nititur.

XVI. Quodſi in aliis Evangeliſtis, quam ejus qui legitur, aliae voces, aut vocum mutationes, inflexiones &c. occurrant, probabile eſt, inde variantem lectionem manaſſe.

Hic canon nil a canone XXIV diverſum habet.

XVII. Citationes Patrum *textus Novi Teſtamenti raro facere debent variantem lectionem, quoniam ex memoria factae, ſaepe non ipſa verba, ſed aequipollentia adducunt.*

In margine Oxonienſi nulla *patrum* allegatio: quare canon XVII cum tribus ſequentibus in hac criſi quieſcit. Raro in notis quoque allegantur patres. Magnus iterum defectus. nam ubi patres a codicibus diſcedunt, verba eorum haud premenda ſunt: ſed ubi codices inter ſe differunt, ii prævalent, qui cum patribus congruunt; & quo antiquiores ſunt patres, eo ponderoſius eſt ſuffragium. Sæpe vix apparet, quid patres legerint in textu ſuo: ſæpe firmiter conſtat. Diſcrimen explanatur in Appar. P. I, § XXXII, Obſ. III. IV.

XVIII.

XVIII. Ita saepe Patres, quae ad intentionem non faciunt, omittunt.

Tali in casu, quæ patres omittunt, ea nemo prudens rejiciet.

XIX. Patres quoque, ex lapsu memoriae, uni adscribunt, quae apud alium legantur.

Talis lapsus memoriae nulli adhuc lectioni geminæ detrimentum attulit.

XX. Patres quoque citant aliquoties, quae nullibi reperiuntur.

Fides semper esto penes citantem.

§ XX.

XXI. Quae pro veris variis lectionibus a Criticis habentur & quae sensum mutant, non ad hos canones examinandae aut dijudicandae, sed earum origo, causa & ratio investiganda & disquirenda: ad quod canon vigesimus tertius ablegat.

Scholion hoc methodicum est, non canon.

XXII. Lectio absurda *& quam antecedentia vel consequentia absurditatis convincunt, rejicienda est.*

Lectio aperte *absurda* plerumque unius tantum est codicis, adeoque hic canon est supervacuus. Interdum absurditas non est in codice, sed in excerpto, v. gr. Matth. XVIII. 20, collato Millio: vel in interpretatione varietatis, v. gr. Matth. XXI. 32, ubi juxta *Cant.* pharisæos, contra atque alii interpretantur, *credere poenituit.* Porro absurda sæpe est lectio, quæ non videtur: sæpe videtur, quæ non est. In canonibus XII Pfaffianis, qui dissertationem de var. lect. N. T. concludunt, octavus est insignis: *Lectio in speciem absurda non est statim rejicienda, nec ea quoque, quae obscuritatem dictionis secum fert; tales enim lectiones non solent fingi.*

XXIII. Vide Notas.

Vide Apparatum. ibi enim *Notas* illas, quoad opus esset, consideravimus.

XXIV. Cognita origine variantis Lectionis, perit plerumque varians lectio; veluti si ex uno Evangelista in alium vox *sit translata vel* periodus. *quod satis usitatum erat, ut sc. constarent diversae enunciationes Evangelistarum* &c.

Insignis Canon. Pro lectione marginis allegandus erat ad Luc. III. 19 &c. quin etiam extra Evangelistas, v. gr. ad Eph. V. 9.

XXV. Glossema.

Continetur hoc in Canone XXXV. Ibi ergo vide.

XXVI. Saepenumero descriptores, voces, quas censebant superfluas, *aut* non necessarias, *compendii causa omiserunt, praesertim quando sensum non turbabant aut mutabant: id quod pro variante lect. non admittendum; sed audaciae descriptoris imputandum.*

Omissio plerumque casu fit, rarius consilio, ut recte judicat D. *Hauberus*, cujus ceteroqui criſis cum sententia hujus Canonis congruit, ut notamus ad Act. XV.

34. Porro quomodo ea, quæ omissa sunt, ab iis, quæ addita sunt, discerni debeant, auctor criseos non indicat. Sic res in incerto manet.

XXVII. Contra, quando sensus ellipticus *aut* obscurus *aut* imperfectus *descriptoribus videbatur, addebant vel nomen vel verbum vel pronomen &c. saepe ex antecedentibus. Quae quoque audacia est.*

Continetur hoc in eodem Canone XXXV. Ibi ergo vide.

XXVIII. Quando descriptores saepenumero anteriorem vocem, verbum, numerum, casum, aut tempora mutaverunt, *tunc in sequentibus, quum anteriora delere & exemplar maculare nollent, isti mutationi inhaerere cogebantur. Innumera istius continuatae mutationis exempla occurrunt.*

Hujus canonis eadem ratio est, quæ quarti. Eum respice.

§ XXI.

XXIX. Efficacior lectio textus recepti.

Genuina lectio semper est *efficacissima.* Efficacia autem, nativæ simplicitatis comes, a fuco, Græcis sæpe placito, discerni debet. Sic Matth. XXIII. 8. 2 Cor. VIII. 8. Apoc. XI. 17, canon hic a Mastrichtio pro textu allegatus, fortiter pro margine militat.

XXX. Codex solet quid omittere.

Canon inutilis. Plane subordinatur Canoni IX.

XXXI. Codex consuevit aliquid addere.

Ejusdem valoris Canon.

XXXII. Distinctiones, seu commata & puncta diversimode posita, item conjunctiones & disjunctiones vocum, in exemplaribus manuscriptis non faciunt diversitatem lectionis, quia in antiquis saepe desunt, aut voces cohaerent. Inde aliquando coalitio, *aliquando* distractio *orta. Sed pertinet hoc magis ad interpretes & explicatores textus, quam ad criticam.*

Ne hic quidem canon est.

XXXIII. Omissio vel variatio quaedam saepe contigit, quando verbi aut praepositionis constructio remotis æque ac proximis *poterat aptari. Multoties a descriptoribus hac ratione peccatum.*

Vtra lectio genuina sit, per hanc Observationem non deciditur, quod ad *variationem* attinet. De *omissione* diximus ad Canonem XXVI.

XXXIV. Refer quoque numerum vel numeros canonum, huic (sc. 34.) adscriptos, ad proxime praecedentem lectionem, & ex illo canone vel canonibus pete rationem vel crisin ejusdem lectionis.

Recte *Monitum* appellat auctor. Non est Canon.

§ XXII.

§ XXII.

XXXV. Descriptores clarius saepe quid prae recepta lectione exprimere voluerunt: quod non statim recipiendum. Sic multoties peccatum. Haec pro glossematis *magnam partem habenda.*

Hic vero Canon *longe* est *excellentissimus*: sed cum praetermisit auctor, ubi maximi usus erat, v. gr. Marc. VII. 2. Act. X. 21. XXIII. 9: imo contrarium Canonem XXVI pro eo allegavit, nimis saepe. v. gr. Matth. IV. 12. Marc. XII. 32. Praecipue incunte pericopa Graeci librarii supplevere ὁ ἱησ̃ς & alia. Graviter Reineccius in praef. ad N. T. quadrilingue: *Attentionem & circumspectionem magnam, magnum postulat rei, quae agitur, momentum, ne qua verba DEI inter hominum scholia abjiciantur, nec haec etiam hominum verba pro verbis Dei venditentur.* Et quidem periculosum est, demere; addere, etiam periculosius, ut ostendi in Appar. Part. I. § 21. Quare etiam atque etiam illud inculcandum statuo: *Fucatae lectionis criterium fere est blanda sermonis facilitas, multos, sed recentiores, lactans librarios; genuinae, brevitas sermonis, cum antiquitate testium.* Ita vero ad glossemata proscribenda tardi & sua opinione religiosi sunt praesentis aetatis homines, ut periculum sit, ne multi sanam lectionem N. T. gravissimis in locis, dum emendandam putant, obliterent, & quemvis Mastrichtii canonem potius, quam hunc *aureum*, audiant & sequantur. Quodsi scriptores, quorum multi quam minimum sibi spatium cogitandi indulgent, exiguo fructu admonentur; omnes prudentes lectores in angulis suis cautius sapere debent.

§ XXIII.

XXXVI. Enallage *temporum & casuum, item modorum, singularis & pluralis numeri, positivi & comparativi, toties invenitur in descriptione facta, ut maxima fere pars variantium lectionum inde sit orta: quod & ad Canonem VI referri potest, nisi quod his strictior sit.*

Haec quoque observatio decidendi vi caret inter duas unius loci lectiones.

XXXVII. Omisit saepe codex manuscriptus aliquid, quia vel in verbo, vel anterioribus descriptor censebat id satis expressum esse. Multoties hac ratione a descriptoribus peccatum, praesertim a descriptoribus doctioribus.

Vide ad Canonem XXVI. Nil enim ab eo differt.

XXXVIII. Si quae deprehenduntur aut observantur variae lectiones, nulla adsumatur in textum, sed relinquatur lectio editorum nostrorum exemplarium, praesertim Complutensis, aut Stephaniana; de varia lectione docent notae observatoris.

Non est Canon decisioni inserviens: *Monitum* appellat auctor.

XXXIX. Quando in textu edito nulla occurrit varia lectio, difficultas tamen apparet in sensu, ratione verborum aut rerum, judicium non tam pertinet ad Criticam, quam ad commentatorum explicationem aut conciliationem.

Par

Par ratio. Sunt autem variæ lectiones insignes, quarum nullum in editione Maſtrichtiana veſtigium invenitur. Vid. Appar. P. I § XXXIX n. 8, ubi notatur locus Marc. X. 14 cum aliis.

XL. Indicat hic canon, quod maxima pars manuſcriptorum hactenus cognitorum & collatorum habeat lectionem variantem.

Nuſquam, quod ſciam, canonem auctor hunc allegat, quanquam perſæpe & optimo jure & ſumma cum utilitate pro marginis lectione allegandus erat: atque ejus loco paſſim Canon XLI. XLII. XLIII, imo XII. XI. X, imo IX, allegantur. *Ne uni quidem* lectioni genuinæ, ſive textûs *Elzeviriani*, in quem incidit auctor criſcos, ſive marginis, verum is numerum codicum adſcribit: ſed ſemper, ubi ea in textu eſt, juſto majorem; ubi in margine, juſto minorem.

XLI. Hic, quod æqualis pars manuſcriptorum pro edita vel variante lectione ſtet.

Hic Canon ſæpe potuiſſet adhiberi commode; ſed raro adhibetur. Allegatur v. gr. ad Matth. XXVI. 74, ſed ibi MSS. ſummo conſenſu ſtant pro margine.

XLII. Hic, quod tertia pars MSS. nobis cognitorum, ſeu XXX vel ultra XXX pro varia ſtent lectione.

Pro tertia hîc ſæpe parte habetur, quæ longe eſt potior, ut Matth. XVII. 14. Marc. VI. 33. Luc. VIII. 43. Act. XXIV. 20. Gal. V. 7. Phil. I. 23.

XLIII. Hic tandem, quod quarta & minor pars MSS. ſeu XX vel infra XXX pro varia lectione allegari poſſint.

Pro quarta denique hic & minore parte habetur, quæ non modo non minor, ſed etiam longe major eſt, v. gr. Act. XX. 28. XXI. 15.

§ XXIV.

Hæc cum ita ſint, examen variarum lectionum, quod ſpeciminis gratia ex Matth. XXV dedit auctor criſeos, Proleg. num. 94 ſeqq. quam parum valeat, patet. Nullius rei ſeverius examen eſſe debet, quam Regularum; nam ex regulis cetera pendent. Hæc igitur Criſis, quam examinavimus, 1 falſiſſimo nititur numero codicum. 2 graviſſimos genuinæ lectionis teſtes præterit. 3 canones ſuos applicat alienis locis: non applicat, ubi plurimum ii valebant. &c. Eximii viri laudes non cupio imminuere: ſed criſis ejus eſt *receptioris textus, ubi is ſanus eſt, vaga defenſio, ejuſdemque elimandi remora decumana.* Vtinam tandem evigilent, qui eam gregatim ſequi amant, quum ſuis poſſent oculis uti. Tolerabiliores ſunt, qui totum negotium criticum contemnunt, modo ne id ex contemtu ipſius Verbi divini faciant; quam qui hanc rem pro magna habent, ſed & ipſi ſiniſtre eam tractant, & alios in errore detinent aut in errorem inducunt. Hîc quoque *ingens fiducia præcipuum malæ cauſæ præſidium eſt & ſupplementum.*

§ XXV.

§ XXV.

Regulas etiam quasdam proposuit *Daniel Whitby* in Examine var. lect. Millii, præf. fol. 8. inprimis laudatus a *I. G. Carpzovio* in præf. comm. crit. Rumpæi. Eæ quatenus de testium antiquorum valore agunt, bonæ sunt: sed de locis N. T. singulatim auctor non semper recte judicat. *Millium* sæpe reprehendit jure: sed idem sæpe in alterum extremum, ut fit, delabitur. Hoc discrimine non observato, multi, qui *Whitbium* commendant, *Whitbio* abutuntur: ut recte utaris, alteram partem, id est, *Millium*, nunquam non audiri oportet. De Whitbio notavimus aliqua etiam in Appar. p. 443. 787 seq. & in Defensione altera.

§ XXVI.

Novissime canones octo desecatiores dedit cel. *Carolus Gottlob Hofmannus* ad *Pritii* Introd. in lect. N. T. cap. 29, quorum etiam, ut ceterorum apud alios, potestas in iis *Monitis*, quæ § VIII dedimus, continetur.

§ XXVII.

Fundamenta recognitionis meæ, ut spero, firma agnoscent omnes boni: & ex iis quoque fundamentis aliud quidem aliudque de difficilioribus locis judicium, sed constans longe plurimarum varietatum decisio fluit. Namque mutandæ sententiæ libertatem integram mihi reservavi: ut autem mutanda sit, raro accidit. Talia quædam loca (in hac App. editione nova) facile invenient, qui sua interesse existimaverint: plures vero lectiones, pridem nobis placitæ, vindicantur. Ipse textus recognitionis meæ, id quod etiam atque etiam contra falsas suspiciones declarari oportet, in Apocalypsi plurimos optimosque codices, in ceteris N. T. libris etiam editiones probatas, *sine ullius literae exceptione*, sequitur: *sinceræ* autem lectioni, ad hodiernum usque diem indagatæ, sive in textu eam, sive alibi retuli, *Exegesis* recte *superstruitur*. Vicissim vera exegesis docet, non meræ curiositatis esse delectum talis editionis N. T. Græci, quæ textum habeat rite recognitum.

APP. CRIT. P. IV.

N. VIII.

A.

CVRRICVLVM VITAE b. BENGELII

EX AVTOGRAPHO,

SCRIPTO CIRCITER A. CIↃIↃCCXXI VERNO TEMPORE.

§ I.

M. Iohannes Albertus *Bengelius* lucem illam, cui committuntur vitæ vivorum civium, neque ita quærit, ut sua sponte non satis habeat, si Deo sit notus

ac ſibi: neque ita fugit, ut requirenti editori * morem gerere cunctetur. In quo quia neminem juvat illud duntaxat ſcire, quo quiſque loco quove tempore aut cœperit aut viſus ſit, aut deſierit vivere; neque vero in vita quoquo modo exponenda ab ingenii rationibus ſtatus animi ita ſejungendus eſt, ut Chriſtianum obruat literatus: facilius ipſe patitur, aliquid de ſeſe dici, quod nonnulli exiſtiment reticeri potuiſſe, quam nihil commemorari, quod Gloriæ Dei, & unius certe alterius-ve fratris ſaluti, ſalva modeſtia, inſervire poſſit.

§ II.

Natus eſt igitur *Winnendae*, & propter imbecillitatem ſubito baptizatus domi d. 24 Iunii Anno MDCLXXXVII. Patrem habuit M. *Albertum Bengelium*, Diaconum Winnendenſem, piæ, quæ etiamnum in oppido illo viget, memoriæ: matrem, adhuc viventem, Barbaram Sophiam, Ioh. Laurentii *Schmidlini*, Theologi Stutgardiani, filiam, materna ſtirpe *Hafenreſſeriana* & *Brentiana* oriundam. Quum ſex annorum eſſet, patrem, a quo jam tum elementis religionis & rudimentis literarum & numerorum imbutus erat, quadragenario non multo majorem amiſit: eodemque tempore conſumta per incendium bellicum non vulgari bibliotheca aliiſque rebus, quæ maxime educationi ac ſtudiis conducere viderentur, in eum ſtatum redactus eſt, ubi cum matre vidua & cum fratre *Ioſepho Bengelio*, Altenſteigenſium hodie præfecto, ac ſorore pridem mortua, curam & bonitatem Dei clarius perſpiceret. Ipſo invigilante, obtigit puero paternus amicus, David Wendelinus *Spindlerus*: qui apud *Winnendam*, mox apud *Marpacum*, nam combuſta erant oppida, deinde *Schorndorfi* & *Stutgardiae* præceptorem agens, hunc comitem, convictorem diſcipulumque, eximia quadam humanitate complecteretur: neque ſolum in literis, ut erat methodi callentiſſimus, ſed etiam in aſſidua Scripturæ ſacræ tractatione contineret.

§ III.

Stutgardiam ut cum Magiſtro venit, anno 1699 novum quaſi ſtudium ingreſſus, & primum in claſſe V ſub Seb. *Knoerio*, præceptore literatiſſimo, deinde in Gymnaſio ſuperiore, ſub optimis profeſſoribus, ex quibus ſuperſtites veneratur Tob. *Meurerum*, nunc Rectorem & Abbatem, Io. *Schuckardum*, & Matthæum Conradum *Hochſtetterum*, linguis & artibus inſtitutus eſt: donec anno hujus ſeculi tertio ineunte, quum paulo ante vitricum eſſet nactus & curatorem ad ſua ſtudia ſublevanda promtiſſimum, Iohannem Albertum *Gloecklerum*, nunc Conſiliarium Cameræ reditum eccleſiaſticorum, Sereniſſimi Nutritii munificentia *Tubingam* in illuſtre Stipendium transferretur.

§ IV.

Optimum autem & maximum ineuntis ætatis ſuæ magiſtrum habuit Deum: id quod vel hoc loco non modo poſſe ſe prædicare, ſed etiam debere arbitratur. Nam cum omnes ejuſmodi confeſſiones ad unius fidiſſimi Patris laudem pertinent: tum intervalla

* I. I. *Moſero*, Erl. Wirtemb. P.I. p. 211.

tervalla annorum non paucorum alium quemque a se ipso reddunt, ut quæ olim bona malave repetantur, ea sine pudore, sine gloria, in præsentia fortasse aut melior se ipso aut deterior possit eloqui. Deus igitur lubricum ætatis assidua custodia sepsit, & indefatigabili patientia sustinuit. Præter scholam publicam alii labores identidem obvenere, ut semper aut minores pueros doceret, aut imperatis distineretur pensis, quæ animum ab otio revocarent. Quanquam ab æqualibus & natu majoribus diligeretur; tamen semper arduum quiddam ac grave animum clam coquebat: quare seria ludicris, & divina omnibus rebus præoptaret, atque ea potius admiraretur, quæ pie, graviter, modeste, dicta & facta essent, quam, quæ petulanter, vane, improbe, ea æmularetur. Culpas, graviores illas quidem, quam apertiores, præsens intus in animo admonitio premebat: facileque prohibebat, ne corruptelæ extrinsecus afflictæ adhærescerent.

§ V.

Certissimo etiam Dei provisu in ejusmodi libros sacros vel ex propinquorum donatione vel ex puerili mercatu incidit, quos illico ita probaret (quanquam postea demum, quanti ab aliis fierent, cognovit) ut eorum atque adeo scripturæ sacræ lectioni, quicquid fere vacui temporis haberet, impenderet. Vnde odor gratiosus insedit animo, in medio deinceps vanorum & impiorum scriptorum usu duraturus: vicissim profectus in literis ne esset nullus, Dei benignitate & scholæ bonitate perfectum est. Sic præparatus, illo tempore in Stipendium Ducale pervenit, quum Dominus in veteranis illius gregis memorabilem pietatis ardorem excitasset, in plures magno durabilique cum fructu diffusum.

§ VI.

Confecto cursu propædevtico, post magisterium philosophicum, Theologiam capessivit anno MDCCIV, quam tum Iohannes Wolfgangus *Iaegerus*, Michaël *Foertschius*, Christophorus *Reuchlinus*, Iohannes Christophorus *Pfaffius*, & mox, *Foertschio* lenam profecto, Andreas Adamus *Hochstetterus*; deinde *Reuchlino* pie defuncto, Iohannes Christianus *Klemmius* docebant. Primum Theologici studii biennium valde habuit ærumnosum & animo & corpore. Nam priorem annum pæne perdidisse sibi visus est, quum Thesium theologicarum confirmationem eam, quæ expleret animum, ex originali textu quærens, variis N. T. lectionibus (quibus onustum fuerat exemplar, in quod inciderat, quodque terebat) quanquam eadem de re vix sciret quenquam mortalium laborare, misere circumageretur. Atque utinam verecundiam illam, quæ adolescentes opinione plures impedit, quo minus dubitationes suas, quasi indignas virorum prudentum auribus, expromant, primo quoque tempore excussisset. Sed tamen hoc quoque multum ei profuit: quod dum singula rimaretur, textum non potuit non reddere sibi familiarissimum, & attentionem assequi ad multas res perutilem; cognitaque varietatum levitate, didicit, ita vescendum præsenti pane, ut non curaret, qualis fuisset mola libraria, ex qua ille tam sapidus tamen ac mundus evasisset.

§ VII.

Posterioris anni maxima pars in ædibus parentum, qui tum *Maulbronnae* degebant, transacta est vario & ancipiti morbo. Inde vitæ & academiæ restitutus illis præstantissimis doctoribus in Theologia Exegetica, Didactica & Polemica operam dedit: ad quos accesserunt Matthæus *Hillerus* & Godofredus *Hoffmannus*; quorum alter in Hebraico, alter in Homiletico studio peritissimum se ducem præbuit. Atque hi doctores vivi: de scriptoribus, quos coluerit præter ceteros, etsi ita noti sunt, ita probati, ut suum judicium nihil ad eorum existimationem addere, nihil ex ea detrahere putet, tamen aliquid indicandum videtur, ut alii, qui suis ducibus melius sint usi, ad juventutem utiliter admonendam invitentur.

§ VIII.

Methodum Theologiæ cognovit ex *Spenero* de impedimentis studii Theologici: rationem tractandæ Scripturæ sacræ, ex *Frankii* præfatione ad N. T. græcum & Manuductione: pro ipsis testimoniis libriſque divinis enucleandis cum textu primigenio varias contendit metaphrases, tum *Flacium*, *Glassium*, Sebast. *Schmidium* in Collegio, & *Hedingerum*. Theologiam Catecheticam ex *Speneri* Explicatione vernacula hausit. Acroamaticam ex *Koenigio* primum, quippe quem Iohannes Christophorus *Pfaffius* explicabat, tum ex libris Symbolicis, *Chemnitio*, iterumque *Spenero*. Moralem sive practicam ex *Arndio* & *Schomero*: quos ipsos eorumve similes, cum satis evolverit, tamen pro vicenis aliis singulos sæpius a se tunc evolutos mallet.

§ IX.

Post examen illud, quo Stipendiariorum Ducalium profectus Theologici primo explorari in Consistorio *Stutgardiano* solent, Anno 1707 disputavit publice, Præside Iohanne Wolfgango *Iaegero;* ex qua disputatione, de Theologia mystica, tractatus deinde exstitit: eodemque tempore, amplissimæ Facultatis Philosophicæ jussu, Directore Excellentissimo Professore *Roeslero*, præsidium in Dissertatione solenni Candidatis accommodavit.

§ X.

Non multo post vicarias in ecclesia præstitit operas *Metzingae* prope *Vracum*, & primulo dimidii mensis usu didicit, quæ res juveni ab academia ad ecclesiam profecturo maxime essent necessariæ. Eidem Cancellario celeberrimo *Iaegero* illud inprimis debet, quod, cum subinde aliqua ei, vel elaboranda vel elaborationi præstruenda demandasset, perspicuitatem, quæ ipsius viri magna dos erat, severe exegit, eoque effecit, ut eam orationis virtutem posthac justo colendam studio putaret.

§ XI.

Anno MDCCVIII Repetentis munus in illustri Stipendio cepit & in quintum gessit annum: cum quo post vicariatum ecclesiasticum *Nürtingensem*, *Tubingensis*, paucorum

corum menſium, & *Stutgardianus* prope bimus conjunctus fuit. Inter hæc Andreæ Adami *Hochſtetteri*, piæ memoriæ, ſumma eſt uſus ac continua benevolentia. Hunc philoſophiæ moralis profeſſorem & audivit philoſophiæ cultor, & in noviſſima ejus diſſertatione philoſophica, de Pretio redemtionis, præſidem habuit; Theologiæ profeſſorem & Catechetam, ſanctioris diſciplinæ ſtudioſus plurimum auſcultavit; ab hoc, cum pro loco in Facultate Theologica Theſes ſelectas proponeret, reſpondens ultro cooptatus eſt: hunc Paſtorem *Tubingenſem*, Concionatoremque aulicum *Stutgardianum*, Vicarius *Tubingenſis* & *Stutgardianus*, quaſi Lunam igniculus minor, comitatus eſt: hunc in ſtudiis proſequendis auctorem, in ceteris rebus fautorem habuit. De quo unum hoc, in ſe ipſo expertus, non poteſt non referre. quum in juvene conatus aliquis eſſet in quacunque materia bona quamlibet tenuis & immaturus, non eum, ſibi pateſactum, ullo modo contempſit, diſtulit, abſterruit, neque in prima herba ſuffocavit: ſed blande probavit, juſſit urgere cœpta, & velut in beneficii loco, ut ſibi exhiberet, petiit. Quæ ratio ad allieiendas erigendaſque bonas mentes quantum faciat, nemo eſt qui non poſſit exiſtimare.

§ XII.

Anno MDCCXIII quum Sereniſſimo Duci placuiſſet Monaſterium *Denkendorfinum* inſtaurari, ut una eſſet ex officinis quatuor, in quibus alumni ex ſcholis oppidanis delecti ad Theologicum Stipendium *Tubingenſe* præparantur, ipſe ex Vicario *Stutgardiano*, in variis gratiæ divinæ experimentis, illius collegii præceptor juxta atque eccleſiæ miniſter, prævio duplici examine, conſtitutus, peregrinandi facultatem obtinuit, ut tantiſper, dum ædificaretur, celebriores *Germaniae* ſcholas videret, ſolidaſque inſtituendæ juventutis rationes cognoſceret.

§ XIII.

In hoc iter octo meliores anni menſes inſumpſit; *Elvangae*, *Norimbergae*, *Altorfii*, *Hailsbrunnae*, *Erlangae*, *Pabebergae*, *Coburgi*, *Rudolſtadii*, *Ienae*, *Naumburgi*, *Portae*, *Leucopetrae*, *Martiſburgi*, *Halae*, *Lipſiae*, *Cizae*, *Altenburgi*, in reditu, *Vinariae*, *Erfurti*, *Gothae*, *Iſenaci*, *Giſſae*, *Wezlariae*, *Francofurti*, *Hanoviae*, *Heidelbergae*, longiora, breviora commoratus tempora, methodos Evangelicorum, Reformatorum, Ieſuitarum, Scholaſticorum artes, conſilia, deſideria inveſtigavit, ſcholarum œconomiam, bibliothecas percontatus eſt, viros doctos ac bonos luſtravit in academiis aliiſque ſedibus, & nominatim I. E. *Stoltii*, C. *Weidlingii*, Ioachimi *Langii*, H. C. *Crellii*, I. C. *Langii*, hoſpitio ac menſa; ceterorum humanitate ac familiaritate, quos, ſatis notos, delectu habito, nominare anceps foret, omnes enumerare, longum: inprimis autem Pædagogii regii *Halenſis* ſaluberrimo eodemque intimo ac perpetuo aditu gaviſus eſt. In ſalutationibus hoc etiam ſibi faciendum putavit, non modo ut eos homines, qui quam plurimis monumentis honoribusve quam maxime inclaruiſſent, ſed etiam eos, qui laterent, experiretur: ac per hos non minus profici ſenſit, quam per illos; quod alteri, ſi ab iis, quæ prodidiſſent,

discederes, non semper nimium conferrent; alteri sæpenumero ad impertienda quæ haberent propria, ubi lacesserentur, essent alacriores.

§ XIV.

Reversus ante brumam migravit *Denkendorfam:* habitaque oratione auspicali de certissima ad veram eruditionem perveniendi ratione per studium pietatis, utriusque officii partes obire cœpit, quas etiam, constituta familia, hodie obit, præposito Iohanne Eberhardo *Knollio*, Superintendente generali. Collega Andrea Christophoro *Zellero*, post duos alumnorum manipulos nunc instruens tertium. Inter labores scholasticos est ei nata *Ciceronis* epistolarum ad diversos editio, quam post tot alias ut non temere suscipi speraret, amicorum effecerat cohortatio: ac nonnulli, dum neque doctissimis neque imperitissimis aptam judicant, pulchre confirmant editorem, quod in operis præfatione sibi propositum fuisse edixerat, ut medium lectorum genus sublevaret, id esse consecutum. Est etiam, scholis præcipue patriæ monasticis accommodata, & superiorum censura & approbatione jam munita probatissimorum librorum *Chrysostomi* de sacerdotio recognitio, cum interpretatione Latina, notis variorum ac novis, & indicibus: cujus voluminis non magni editione una adhuc moratur exspectatio *Montfauconiani* Chrysostomi.

§ XV.

Præterea subinde quæ in lectionibus sibi occurrerent, literis mandare consuevit: unde complures ortæ sunt ad N. T. Græcum annotationes, ex emphasi maxime & proprietate ipsorum verborum eductæ, eoque nomine ad demonstrandam divinorum eloquiorum admirabilem excellentiam non plane inutiles: tum, si hoc statim subdi licet, (etenim varium quiddam talis præceptor esse cogitur,) scholia ad *Ovidii* Tristium libros V, quibus præstantissima ceteroqui *Verpoortenniana* limantur. In privatis studiis ad publica, ut par est, attemperatis, cum scriptores Lexicorum & idiotismorum Græcæ Latinæque linguæ Supplementis & animadversionibus mactavit, quum usu venit, tum bene multas in Patres aliquot, Græcos maxime, curas contulit: unde non desunt, quæ *Macarium* in *Germania*, *Basilium* Seleuciensem in *Gallia*, *Ephraimum Syrum* in Britannia editum, in ipso sermone Græco, partim ex codicibus, partim ex conjecturis idoneis emendato; inde eundem *Basilium* & *Macarium* in interpretatione Latina, atque hunc etiam in Germania, adspersis explicationibus, præstare possint non solum docto lectori planiores, sed etiam pio efficaciores.

§ XVI.

Observationes de *Sanctitate* & *Gloria Dei*, quæ perpetuo scripturæ sacræ sermone omnino *Deitatem* significat, pridem quidem illas institutas, sed incertum quo tempore expediendas, tamen non addere, mentio illa prohibet publica, quam inscio quidem auctore, sed animo propensissimo, vir summe reverendus fecit in *Corona*

anni

anni 1718 Tubingæ vernaculo ſermone edita. Cetera pleraque cum vix editurus ſit ipſe, ea mente hic commemorantur ſimpliciter, ut, ſi qui fuerint, qui in iiſdem ſcriptoribus adornandis verſentur, illiuſque ſymbolam ſibi nonnihil profuturam ſuſpicentur, iis ſine invidia, gloriæ divinæ & utilitatis communis ſtudio, concedere poſſit.

§. XVII.

Neſas enim ducit, aut non verſari in optimis, quæ cujuſque otium in ſuo ferat choro, aut in his ita verſari, ut aliis minus prodeſſe, quam ipſum paſcere queant: aut denique, quæ prodeſſe poſſint, claudere.

B.

EXC. AVS

E. L. RATHLEFS GESCHICHTE IEZTLEBENDER GELEHRTEN,

6 Th. p. 429 ff. (ed. *Zelle* 1743.)

§ I.

Da ſezte es im innern viele Mühſeeligkeit, die zu erſparen geweſen wäre, und die Sorgfalt im äuſeren gefällig zu ſeyn ward vermindert. Göttliche Treue aber lenkete beides zum beſten, und wirkete ein dauerhaftes Gefühl von der Wichtigkeit der unſichtbaren und ewigen Dinge. Dieſes ward hernach durch die häufige, ſonſt manchem gefährliche Arbeit am Buchſtaben nicht erſtiket, und machte, daſs das Wiſſen, es möchte deſſen mehr oder weniger ſeyn, nicht aufblieſe.

§ II.

Es ward ihm der Anfang des Studii Theologici durch eine Anfechtung ſchwer gemacht. Denn indem er bey der Theſi die Dicta probantia ſorgfältig betrachtete, und ſich eines griechiſchen neuen Teſtaments bediente, welches mit des ſeligen *Franken* ſchöner Vorrede, aber auch mit den Variantibus lectionibus Oxonienſium neu aufgelegt war, ſo gerieth er in groſſe Unruhe, und weil er nicht meynte, daſs ſonſt jemand nach dieſem Dinge fragte, ſo behielt er wiederum ſeinen Kummer bei ſich, und ward deſſen nicht los, bis er ſich an den glatten Text einer andern Auflage gewöhnte. Indeſſen ward er deſto mehr gedrungen zu beten, die heilige Schrift zu forſchen, ſich in ſolcher Dürftigkeit an etliche Hauptſtellen zu halten, die Blödigkeit des Begrifs, durch einen begierig geſamleten Eindruk der chriſtlichen Wahrheit in das Herz, zu überwinden: wobei das Vertrauen auf eigenen Verſtand und auf anderer Menſchen Anſehen mächtig gedämpfet wurde, und die Luſt zu unnöthigen Auſſchweifungen wenig Raum fand.

§ III.

§ III.

An *Andr. Ad. Hochſtetterum* war er gleichſam gebunden. Dann wie er bei deſſen lezten philoſophiſchen Diſputation de pretio redemtionis Reſpondens war, ſo nahm derſelbe ihn hernach bei ſeiner pro Loco in Facultate Theologica gehaltenen Diſputation, die ex theſibus ſelectis beſtunde, von freien Stükken zum Reſpondenten an. Vnter deſſelben Paſtorat ward er Vicarius bei der Stadtkirche zu Tübingen, und ſein Vicariat zu Stuttgard, vom Iahr 1711 bis 1713, fiel in die Zeit, da er Oberhofprediger war. Alſo konnte er ſich dieſes treflichen Theologi zehen Iahr, faſt ununterbrochen, nicht nur als ein Zuhörer, ſondern auch in einem recht beſondern Vmgange bedienen.

§ IV.

Zur lezten Zeit ſeines Aufenthalts auf der Vniverſität zu Tübingen ſchrieb er eine Exercitation de קדש ſive Sanctitate Dei, welche niemalen gedrukt, wol aber der vornehmſte Innhalt derſelben an gelegenen Orten angebracht worden iſt.

§ V.

Vm ſelbige Zeit ward zu Tübingen eine deutſche Bibel aufgeleget, wozu er das Exemplar vorher zu revidieren bekam (wie er ſich denn auch ſonſt nicht gewegert, manche Correctur zu verſehen,) und unter ſolcher Reviſion richtete er die Commata vornemlich vom Buch *Iob* bis auf den *Maleachi* nach den hebräiſchen Accenten ein, ſo viel ſich ohne Aenderung der Veberſezungsworte *Lutheri* thun lieſſe. Die Summarien und die Vorrede machte jeztermeldter Theologus dazu.

§ VI.

Vor dem Winter 1713 trat er ſein Amt zu *Denkendorf* an, und hielt bei dieſem Antrit eine Rede de certiſſima ad veram eruditionem perveniendi ratione per ſtudium pietatis. Da er unter andern die griechiſche Sprache zu lehren bekam, und an Chryſoſtomi dialogo de ſacerdotio ein Belieben fand, ſo ward er Raths, denſelben zum Nuzen der Iugend auflegen zu laſſen: nahm aber inzwiſchen auf eine anderwertige Zurede die Epiſtolas *Ciceronis* ad Familiares vor die Hand, welche denn im Iahr 1719 heraus kamen.

§ VII.

Sothane Arbeit rechnet er unter das, was dahinten iſt, (weswegen er auch einer geſchriebenen deutſchen Veberſezung ſelbiger Briefe nicht gedenket,) und meldet nur, daſs die genaue Reviſion derſelben Briefe (bei denen *Grævius*, durch Verleitung ſeiner Vorgänger, nicht Victorii, wie er meynete, ſondern einen andern Text gekriegt,) wie auch bei denen Scriptis Patrum, deren jezt gedacht werden

werden wird, ingleichen die häufige Correctiones Specimium ſtili, ihm Gelegenheit gegeben, zu bemerken, aus was Vrſachen die alte Copiſten ſo vieles verderbet haben: welches denn manchen Handgriff brachte, mit dem recht güldenen Text des griechiſchen neuen Teſtaments hernach deſto geſchmeidiger umzugehen.

§ VIII.

Als *Ciceronis* epiſtolae fertig waren, ſuchte er *Chryſoſtomum* de ſacerdotio wieder hervor, lies ihn aber nicht ausgehen, bis aus des berühmten P. *Montfaucons* Ausfertigung das dienliche eingetragen werden konnte. Indeſſen fieng er an neben ſeinen Lectionen über das griechiſche neue Teſtament die ihm vorkommende exegetiſche Anmerkungen zu Papier zu bringen: ſtellete auch im Jahr 1722 *Gregorii Neocaeſareenſis Panegyricum ad Origenem* an das Licht, darinn Origenis Lehrart in der Philoſophie und Theologie gar eigentlich beſchrieben wird. In dieſer Auflage wurde das Beſte aus *Voſſii* und *Hoeſchelii* Ausgaben zuſammen genommen, und mit vielen Notis vermehret.

§ IX.

Desgleichen ſchrieb er Anmerkungen über den *Macarium*, darinn der griechiſche Text und die lateiniſche Ueberſezung in vielen, auch wichtigen Stellen, verbeſſert, und in manchen philologiſchen und theologiſchen Punkten erläutert wird. D. *Pritius* wolte ſie in ſeine vorgehabte neue und vermehrte Ausfertigung des von ihm ſo werth gehaltenen *Macarii* eintragen, und nachdem derſelbe darüber entſchlafen, ſo iſt man bereit, ſothane Anmerkungen ad *Macarium*, wie auch ad LXX interpretes, & ad Ephrem Syrum, bey andern tüchtigen Gelegenheiten zum gemeinen Gebrauch zu überlaſſen.

§ X.

Bey den Anmerkungen über das Neue Teſtament lieſen bisweilen Critica mit unter, und unvermerket ereignete ſich von dieſer Gattung ſo vieles, daſs ihm beygieng, es möchte wol eine *Reviſion* des griechiſchen Neuen Teſtaments austragen. Die weitläufige Arbeit, welche aus dieſem Gedanken entſprang, und das Kloſterpräceptorat, brachten einander nicht nur keine Hinderniſs, ſondern waren auch einander ſehr förderlich.

§ XI.

Im Jahr 1722 begunte er die Editiones N. T. Graeci gegen einander zu halten und zu unterſuchen, deren eine Menge durch gute Freunde, durch alumnos aus dem ganzen Lande, und durch etliche Promotiones derſelben nacheinander, zuſammen gebracht ward. Er bewarb ſich aber auch um Manuſcripta, und GOtt lenkete unter denen, die darum erſucht wurden, viele in der Nähe und Ferne, ihm willig

an Hand zu gehen: immittelſt er hingegen auch Herrn *Rittern* zu *Flacii* Lebensbeſchreibung, zweiter Auflage, im Iahr 1724 einigen Beytrag thät.

§ XII.

Vnter der guten Hand GOttes war Criſis & Exegeſis einander behülflich, viel beſſer, als man ſich in eigenem Willen hätte vornehmen kœnnen. Eine varians lectio, Apoc. XXI. 16, gab Anlaſs zum Auffchluſs der prophetiſchen Zahlen und dieſer Weiſſagung ſelbſt: ein Marginale in der hebreiſchen Bibel, 1 Sam. XX. 18, dienete zur wahren Vereinigung der vier Evangeliſten: Aus der Harmonie der Evangeliſten und aus der Erörterung der prophetiſchen Zeiten erhellete die wahre Zeitrechnung der heiligen Schrift von der Schöpfung bis zum Ende aller Dinge. Aber eilen lieſſe ſich nicht.

§ XIII.

Im Iahr 1725, als *Chryſoſtomus de ſacerdotio* ausgieng, wurde ein Prodromus N. T. Græci recte cauteque adornandi zugegeben, * welche Promulgation ſofort auch beſonders gedrukt ward.

§ XIV.

Nicht lange hernach wurde er veranlaſſet, unter dem Namen *Diſcipuli de Temporibus, Monitum de praejudicio hermeneutico, accuratiorem Apocalypſeos explicationem etiamnum impediente*, öffentlich zu ertheilen, als welches der berühmte Herr *Schelhorn* dem ſechſten Tomo *Amoenitatum* einverleibet hat, im Iahr 1727. Doch dieſes Monitum blieb in generalibus ſtehen. Ein anderer Freund nahm eine Abſchrift von einem etwas völligern Entwurf, welcher erſtlich, ohne des Verfaſſers Wiſſen, *Beverleys* verbeſſertem Zeitregiſter im Iahr 1729 angehänget, ſo fort aber etwas ſchiklicher eingerichtet, und unter dem Titul, *Diſcipuli de Temporibus, Grundſätze einer genauen und doch ungezwungenen Erklärung der Offenbahrung IEſu Chriſti*, bey ermeldtem Zeitregiſter gelaſſen ward.

§ XV.

Hierauf entſtund eine Gelegenheit nach der andern, daſs verſchiedene weitere Aufſæze dieſes Innhalts an ihn begehret wurden. Man hat aber nicht nöthig, dieſelbe zu melden, indem ſie nicht gedrukt, und das Nuzbare davon anderwerts eingetragen worden iſt.

§ XVI.

Im Iahr 1731 kam *Notitia N. T. Graeci recte cauteque adornati* zu Tübingen heraus. ** Das war ein Prænumerationsbogen, wovon das vornehmſte auch in dem

* Vid. P. IV n. I.

** Vid. P. IV n. II.

dem 55 Theil der auserlesenen Theologischen Bibliothec befindlich ist. Im Jahr 1734 folgte, mit Approbation des Fürstlichen Consistorii zu Stuttgard und der Theologischen Facultät zu Tübingen, *Novum Testamentum Graecum.*

§ XVII.

Von diesem und andern Büchern mangelt es in gelehrten Nachrichten an Recensionen nicht: der Verfasser aber wird solche nach seiner Idee auf das eigentlichste beschreiben können.

§ XVIII.

In dieser Ausgabe des griechischen Neuen Testaments ist vieles von *Millii* Notis, das bey *Kusterо* unrichtig war, aus Millii eigener Ausfertigung verbessert, und über dasjenige, was diese beede zusammen getragen haben, auch *L. Vallae*, *Iac. Fabri* und anderer ihre Excerpta codicum Graecorum nachgeholet, und sonst aus sieben Manuscriptis solche Lectiones, die zerstreuet gedrukt, aus fünfzehen Manuscriptis aber solche, die noch nie gedrukt waren, beygebracht. Auf die Revision der uralten lateinischen Uebersezung ist ziemlich grosse Sorgfalt gewendet, und viele lateinische Manuscripta oder deren Excerpta eingetragen, auch manche Lectiones anderer alten Uebersezer und Patrum hervor gesuchet worden.

§ XIX.

Wie aus alle dergleichen Vorrath die ächte Lection heraus zu lesen sey, wird theils durch die Vrsachen, woraus die verschiedene Lesarten entstanden, theils durch die Vergleichung der alten Vrkunden unter einander, erörtert: Die Uebereinstimmung des codicis Alexandrini und der lateinischen alten Version wird theils als das Kennzeichen der ächten Lection, theils als eine Bahn zur Entscheidung angegeben, welches für diejenige, die die morgenländische Uebersezung nicht verstehen, eine grosse Erleichterung ist: auch wird die Beschaffenheit der vornehmsten gedrukten Ausgaben des griechischen Neuen Testaments dargeleget.

§ XX.

Secundus locus (nam αὐτὸ reciprocum defendit mecum *Buttigius*, ut dixi § 6.) exſtat 1 Ioh. V. 7. 8, ubi cenſuram meam *nimis duram ex parte* ſibi viſam fuiſſe ait. Habebat margo meus: *Deleatur haec pars* (ἐν τῷ οὐρανῷ uſque ἐν τῇ γῇ) *vel POTIVS*, *trajecto utroque verſu*, *totus locus ſic legatur*, ὅτι τρεῖς κτλ. Penitus expreſſi *meam cenſuram* his voculis, *VEL POTIVS*, quæ demonſtrant, illud, *deleatur*, non ex meo ſenſu eſſe poſitum, ſed per tot veterum perſonam, qui eam partem deleverunt, adeoque initio legerunt. Hoc ſi cui non ſatisfacit, ſubſtituat velim: *Delevere multi*: *ſed potius &c.* Hiatum eſſe, in homœoteleuto admiſſum, cenſet *Buttigius*; ac frequentiſſimam hanc equidem hiatuum cauſam egomet paſſim inculco: ſed aliam hoc loco cauſam prætermiſi ſubeſſe verſiculi, multa ſunt indicia,

cia, de quibus agit App. P. II. ad 1 Ioh. V. 7. 8 § XXV & Gnomon Ed. I, p. 1060, Ed. II. p. 1183. Fulgidiſſimum hoc Dictum, quod tota anima amplector, non peſſime per me vindicatum & explicatum eſſe, agnoſcunt alii, maxime *Wolfius* T. IV Curar. p. 298. & multa docet genuinus ordo duorum verſiculorum, quem, reſtitutum per me, adhuc pauci curant.

§ XLIX.

Reſtant loca duo. Luc. XVII. 34 edidi εἷς· ut habet editio prima *Stephani*, *Hagero* cariſſima: *Buttigius*, ὁ εἷς. Ap. XIII. 2 ἄρκου edidi: *Buttigius*, ἄρκτου. Illud nativum eſt: hoc librariis elegantius viſum. Sed hæc minutula ſunt. Ceterum in Apocalyptica mea recenſione nihil deſideravit *Buttigius*.

§ L.

Nil diſſimulavi de tota *Buttigii* opera: quem tamen nonnulla in textu meo *correxiſſe*, Recenſio quædam ait. Tali pacto quodvis opus, cui ſcriptor multos annos invigilaverit, ternis diebus horiſve correxeris, & fructum, quem ille ipſe haud quærit, ad alterum redegeris. Vtinam aliorum correctionibus omnes mei defectus farciantur; id mihi maximæ fuerit lætitiæ: ſed tamen videndum erit, ne ea, quæ recte ſint per me exhibita, alius perperam commutet. nam innumeræ aberrationes admitti poſſunt, etiam ubi minime putares. Ipſe quidem *Buttigius* meam editionem ſua correctiorem candide fatetur. Qui utramque ſimul adſpexerit, judicabit. Certe nequicquam *Hagerus Buttigium* adverſus me allegavit.

§ LI.

Locus, quem *Hagerus* ſumſit, Act. IX. 5, dupliciter in *editionibus* eſt exhibitus. Longius quidem ſic, Ἐγώ εἰμι ἰησοῦς, ὃν σὺ διώκεις· σκληρόν σοι πρὸς κέντρα λακτίζειν. Τρέμων τε καὶ θαμβῶν εἶπε, Κύριε, τί με θέλεις ποιῆσαι; καὶ ὁ κύριος πρὸς αὐτὸν, Ἀνάστηθι κτλ. Antea vero brevius, Ἐγώ εἰμι ἰησοῦς, ὃν σὺ διώκεις· ἀλλὰ ἀνάστηθι κτλ. Illam lectionem, compendii gratia, *paraphraſin* dicemus; hanc, *textum*. Textum ego defendo: paraphraſin, *Hagerus*.

§ LII.

Provocat is I ad Verſiones, *Lat. Syr. Arab. Æthiop.* § *IV.* Reſp. In ipſam *Latinam* verſionem *paraphraſis* irrepſit, longiſſimo poſt *Hieronymum*, non longo intervallo ante *Lyranum*, qui plura ejuſmodi loca in Actis ſuo tempore notavit. Etenim cum hic locus in feſto *converſionis Pauli* lectitaretur, locus parallelus ex Act. XXVI. 14, quo plenior eſſet pericopa, attextus fuit, ut infra teſtatum fiet.

§ LIII.

Ex latinis codicibus paraphraſis in *Æthiopicam* haud pridem & *Arabicam* addo, in *Armenam* verſionem, per editores, ut conſtat, *Vulgato* addictos, non tamen ſine varie-

tatibus, eſt propagata. *Syriaca*, & altera *Arabica*, hoc tantummodo, *Durum*, ſine illo, *Tremens*, admittunt; neque id verſu 5, ſed verſu 4, uti verſu 5 medio alii, *Eraſmo* teſte, Latini, inſerunt. Sententia *tribus* hîc locis diverſis inſerta plane ex paralleliſmo ſe immigraſſe clamat. Diſcrepantias harum verſionum *Hagerus*, verbis earum *ſparſim exhibitis*, ac Latinæ, quæ ſola illud *Tremens* habet, etiam *abruptis*, quam maxime celat: iiſdem tamen verſionibus non plurimum tribuit *§ V.* Recte ille quidem h. l. ob diſcrepantias illas *fonticas*. Sic cauſam ipſe ſuam, nullo firmiore ſubſidio fultam, *perimit*.

§ LIV.

Vulgatum interpretem ſequuntur etiam metaphraſtæ *Germanici*, Luthero antiquiores. nam, pro *ſtimulo*, alius vertit, *den Garten*, id eſt, *gaerte*, baculum; alius, *die Anfechtung des Fleiſches*, id eſt, libidinem. Minus negotii Hagerus p. 34 habuiſſet, ſi cogitaſſet, germanicas illas verſiones, coll. p. 14, natales debere latinæ.

§ LV.

II. Provocat ad *editiones*. Reſp. Ex latinis codicibus *paraphraſis* in editionem *Eraſmi* græcam, ipſo Eraſmo primum dormitante, deinde non valde reclamante, eſt illata. Hoc deprehendent, qui annotationes ejus, & Prolegomena N. T. Amſtelædami A. 1730 edita, p. 58. 140. vel etiam *Nova literaria Tubingenſia* germanica A. 1739. num. 17. 18. 19. contulerint. *Eraſmum* ſequuntur *Stephani*, *Elzevirii*, *Curcellæus*, alii multi. Sed *myriades* talium exemplarium non plus valent h. l. quam *notula* marginalis in uno illo codice, quam ad *Frobenii* prelum *Eraſmus* dedit, & *Baſilea* hodienum cuſtodit. Etiam profanam illam *Græco-Anglicam* editionem Londinenſem A. 1729, quia *paraphraſin* retinet, commendat Hagerus, quanquam ibi *audaciam* & *negligentiam* invicem certare, inter peritos conſtat.

§ LVI.

Provocat III ad *Oecumenium*. Reſp. Is, Lutetiæ excuſus, ad Vulgatum hîc quidem refictus eſt, ut paulo poſt videbimus.

§ LVII.

IV. Objicit, illud, quod audivit Saulus, *Durum*, ad *narrationem Lucae* pertinere. Reſp. Pertinet capite XXVI. 14. ſed *non* idcirco *pertinet* capite IX. 5. Vi ratiocinii *Hageriani* pertineret etiam capite XXII. 7. Imo iſta Lege verba Domini ad Saulum, & Sauli ad Dominum, apud Lucam ter memorata, atque omnes ſermones, qui ab Evangeliſtis bis, ter, quater memorantur, totidem ubique ac plane iiſdem verbis memorari debuiſſent. Porro ſi id *ad narrationem Lucae* h. l. *pertineret*, illi, qui hoc Dictum poſt verſum 4 repræſentant, præferendi forent his, qui verſui 5 ſubjungunt. Illi enim cum cap. XXVI. 14 congruunt: hi orationem perturbant.

turbant. Non enim Saulo, cum jam dixiſſet, *Quis es, Domine?* Dominus illud demum intentavit, *Durum tibi &c.* Hac autem interpoſitione ſemota, *ſynchyſis* demum, & reliquæ difficultates, ſane inſuperabiles, quas Hagerus *§ VI* collegit, lucrifactæ ſunt.

§ LVIII.

Textum meum habet editio *Complutenſis*, *manuſcripti* codices græci *OMNES*, *plus quadraginta*, (vid. omnino Appar. P. II ad Act. IX. 5.) *Chryſoſtomus*, *Euthalius*, *Oecumenius* (in mſ. Auguſtano,) *Theophylactus*, verſio *Latina* ſincera, & Ægyptiaca, tam *Coptica*, quam *Sahidica*. Itaque me teſtium *numerus*, *diverſitas*, *antiquitas*, de quibus § 43 egi, ita defendunt, ut nil amplius poſtulari poſſit. Hæc qui *lubrica* appellant *fundamenta*, videant, ne ipſi unius noctis *glaciem*, ut eſt in proverbio, pro fundo habeant.

§ LIX.

Namque *Hagero* quid remanet? *Latina appendix*, haud pridem concreta. Tantum. Piget operæ in re manifeſta: ſed lectorum etiam tardiorum habenda eſt ratio.

§ LX.

Quo apertius occurratur omnibus exceptionibus, quæ etiamnum produci h. l. poſſint, adjiciemus Monita quædam, aliis paſſim locis utiliter applicanda.

§ LXI.

Primo, *Circuli* in textu *Complutenſium*, etiam h. l. adhibiti, græcas latinaſque exæquant lineas, non ſunt ſigna critica: rectius *obelis*, quibus *Arias Montanus* hanc paraphraſin configit, ea vis adſcribitur.

§ LXII.

Secundo, *Eraſmi* codices *pleroſque* quum Hagerus ſibi adverſari audit, in rem id ſuam vertit, quaſi non *omnes* adverſentur. *Omnium* Eraſmus, longis temporibus diſtractus, recordari non poterat: itaque ancipiti formula, ut ſæpe, uti coactus eſt. Huc confugiens *Hagerus*, defertum ſe confitetur.

§. LXIII.

Tertio, Litera ϖ, in margine *Stephani*, πάντας *omnes* MSS. (mihi ſuffragantes) innuit. Si quis etiamnum dubitare poteſt, eum convincent annotationes *Bezae* majores ad N. T. & ipſius *Stephani* ad Biblia Latina. Id *Hagerus* valde ſibi obeſſe ſentit, nec tamen enervare valet. Nimis quidem *Stephanus* in præfationibus hos laudat codices, quos poſtmodum penitius cognorunt eruditi: ſed tamen, quo plus ei præconio tribuit *Hagerus*, hoc magis *unanimi* talium codicum conſenſione refutatur. Neque jam is *Millii* me *fide deceptum* dicet: ipſum *Stephani* exemplar fidem

mihi fecit. Duo argumenta, si quis mihi non credit, affero: habet Stephanus literam ϖ, non π· & habet parte I, folio 226.

§. LXIV.

Quarto, Codices quosdam *MSS. Hagerus*, Apparatu meo non rite inspecto, *suos* esse putat, & idcirco ex *Halleto* eos impense laudat. *Cui licet*, inquit, *Ios. Hallet indicem inspicere, ille observabit, sex praestantissimos codices a nostris stare partibus.* &c. Dextre hoc accipi debet. *Sex praestantissimos* esse codices docet *Halletus:* ab Hageri *partibus* eos *stare*, non ait. Imo vero *mei* sunt: contra *Hagerum* me defendit *Hagerus*, quum *testes* eos vocat *omni exceptione majores*, quanquam *Petavianum* 2, quem in illis numerat, mancum h. l. esse docui.

§ LXV.

Quinto, *Nonnullos* mihi codices favere, ait; cum sint *omnes*, qui quidem h. l. collati fuerint.

§ LXVI.

Sexto, Si forte graecum aliquando producetur exemplar hac paraphrasi auctum, videndum erit, ne concilio *Florentino* recentius sit, & latinissimo tinctum, neve ex *Erasmi* tenore aliquid trahat.

§ LXVII.

Septimo, Nemo *patrum* graecorum, latinorum, qui hoc additamentum habeat, reperietur.

§ LXVIII.

Octavo, *Latina* versio (cujus originem literati ad initium seculi II referunt,) hanc olim paraphrasin ignoravit. Nam tantummodo illud, *Durum tibi*, cod. *vervetus Laud. 3*, *graecolatinus*, exhibet, idque versu 4. Ne ibi quidem illud, *Durum tibi*, primitus lectum fuisse, patet ex *Iren.* l. 3. c. 15. Tota paraphrasi caret *Breviarius* (sic enim librarius appellat) manuscriptus: unde non mirum, eam in *Glossa ordinaria* non attingi.

§ LXIX.

Nono, Versionem *Goth. Pers.* &c. nemo desideraverit: quia ultra Evangelistas non habentur.

§ LXX.

Quicquid dubiorum *in toto* negotio critico vel subacti homines movent ac removent, vel inexercitati succinunt, id pro paraphrasi inculcat *Hagerus.* Saepe seorsum aberrat *Alexandrinus*, de quo ille *§ IV.* Sua item seorsum errata *Com-*

plu-

plutenſis habet editio : habet vero item *Eraſmus*, habet *Stephanus*, (eas ob cauſas, de quibus agitur in Prolegomenis N. T. Amſt. 1730 editis, cap. XI ſeq.) quamvis plus noſtrum aliqui Stephano tribuunt, quam Sixto V Clemens VIII. *Singulorum* codicum proprias recitare culpas, quotieſcunque de varietate aliqua deciendda agitur, ut Act. IX, non modo *alienum* eſt : nam h. l. *Alex. Comp.* non ſeorſum aberrant, ſed & inter ſe, & cum ceteris documentis conſentiunt, *irrefragabili* ſanitatis indicio : ſed etiam *plane nocivum*. Sic enim illa duo monumenta, etiam ubi incomparabilem uſum præbent, exauctorantur : ſic *Eraſmus* quoque, qui pariter nævos ſuos habuit, & *Stephanus*, qui *Eraſmum* recudit, abdicantur : imo *ſic* cuncta exemplaria, atque adeo *totam lectionem N. T.* revera convellit *Hagerus*. Laborent ſingula : conjuncta, v.gr. hoc loco, invictum robur habent. Vbi unus liber *Alex.* aut unus *Comp.* aut unus de ceteris, declinat, alter & cum eo ceteri illum coarguunt & in ordinem redigunt : ubi congruunt, vis unita fortior eſt. *Si quiſpiam prævaluerit contraunum, duo reſiſtunt ei : funiculus triplex difficile rumpitur.* Eccleſ. IV. 12. Quamlibet ſæpe ſeorſum *Alex. Comp.* errent, ægre unum, in *Actis*, ſi placet, locum oſtendet *Hagerus*, ubi in errando conſpirent.

§ LXXI.

In *Prooemio* prædicat incrementa philologiæ : in *tractatione* Eraſmo, Stephano tribuit, quod ipſi ſuſtinere recuſant ; quicquid poſt *Eraſmi*, *Stephani* rudimenta, ea enim tempus ferebat, alii vere profecerunt, extenuat. *§ III.*

§ LXXII.

Sub ſpecie zeli ad ſcepticiſmum in hoc genere vergit : &, mihi quod gratias agat, orthodoxus habet ; illi, empæcta. Nam *incaute ſæpius* a doctis viris *conſarcinata* dicit eſſe *ſerinia* : *Millii* errores amplificat : *me* negligentiæ accuſat. Cetera, quæ in me jecit, prætereo : veritatem, non me, defendo : patientiam, amorem, ſtilum novo teſtamento dignum ſervo. Id mihi apud ſanctos, illuminatos, prudentes, quibus maxime inſervitum per me cupio, nulli fraudi erit. Quod ad *allegationes* attinet, in tanta earum copia non mirum eſt, ſidos & diligentes, ſed tamen homines, interdum dormitare : id autem *Eraſmo Stephano*que, quamvis minus multa haberent excutienda ſubſidia, tamen non minus accidiſſe, conſtat. Ad *Millium* res fere tota recidit. Sed qui juſtam cum documentis veteribus familiaritatem contraxit, & ex uſu non exiguo morem eorum callet, tenorem textûs, quem ſequuntur, noſcit, etiamſi non in ſingulas allegationes *Millio* niti poſſit : ipſique Millio nimium certe derogatur a quibuſdam, ut ſuam ſcilicet operam magis commendent. *Defectus & errores in opere Milliano obvios feliciter a* Whitbio *pluribus demonſtratos* ait Hagerus. Plus *Whitbius* erravit, pro exiguitate *Examinis* ſui, ut hoc quoque loco Act. IX. 5 apparet, quam *Millius*, pro tanta mole. Ego & *Millii* demonſtratos a *Whitbio* & *Whitbii* a me deprehenſos errores vitavi. Nil quidem minus in me deliderant, quos adhuc quidquam a me emiſſum attigiſſe ſciam, quam *fidem & curam ;*

ram : & mea conſcientia, maxime quod ad ſacras literas attinet, plane tranquilla eſt. *Complutenſium* hiatus, quos prætermiſi, ita abſoni ſunt *omnes*, ut ſtatim pateat, me ſcientem eos prætermiſiſſe. In Apparatu meo illud notat: *Multorum locorum fides eſt penes Millium : quis enim omnia patrum loca ab eo allegata evolverit?* Epil. § I ap. I Par Except. Sed omittit, quod continuo ſequitur, &, ut arbitror, nemini non ſatisfacit: *ea certe, quae Millio ſuperaddidi, praeſtabo. Saepe varia lectio minoris eſt momenti, vel ſcriptoris ſuffragium non valde pertinet ad deciſionem :* & paucis interjectis, *Vbi maxime opus eſſe intelleximus, loca patrum accurate indicavimus, uti ſaepe fecit etiam Millius. &c.* Aut hæc non debuit omittere, aut ne illud quidem proferre. *Multis me in locis* Millium *emendaſſe & ſuppleviſſe*, judicat cel. *Hofmann.* in Introd. in lect. N. T. pag. 4. Quod ſi, quæ patrum loca a Millio citata evolverim ego vel non evolverim, indicandum fuit, nullus finis fuiſſet. Præclare vero *Hagerus* fecerit, ſi & meos, & *Whitbii*, & *Millii*, ſi vero etiam *Eraſmi Stephani*que errores, omnibus codicibus & patribus denuo excuſſis, quoad publici muneris ratio patitur, dextre liquidoque correxerit. Tunc fructuoſis aliorum laboribus, quos antehac diſturbarat, Colophonem addet.

§ LXXIII.

Sed quorſum hæc omnia? Locus noſter, Act. IX. 5, *planiſſimus* eſt. Teſtimonia & excerpta *Vallae*, *Complutenſium*, *Eraſmi*, *Stephanorum*, *Caryophili*, *Curcellaei*, *Waltoni*, *Felli*, *Battierii*, G. *a Maſtricht*, *Millii*, *Kuſteri*, mea denique, ita ſeſe mutuo conſenſu corroborant, ut omnis dubitatio excludatur. Voluit *Hagerus* hoc in loco oſtendere, qualem me in *toto* N. T. geſſiſſem: non recuſo, quin omnes ex hoc loco, in quo tota criſeos meæ compages cietur, de *tota mea criſi* exiſtiment.

§ LXXIV.

Quo tenaciores divinorum verborum, ad apicem uſque, nos eſſe oportere judicamus, eo cautiores, ſeveriores, acriores nos iidem eſſe debemus, in ſecernendis divinis verbis, & humanis interpolationibus. Nam humana præ divinis, ac pro divinis amplecti, ſuperſtitio eſt, non ſincera religio.

§ LXXV.

Textus hodierno die receptiſſimus, *quatenus* ab antiquitate diſcrepat, quid eſt? Etiam atque etiam ut dicamus, res cogit. Eſt *eatenus* confluxus eorum, quæ *Eraſmus*, *Stephanus*, *Beza*, alii ſuper alios, depravarunt. *Eraſmus* textum dedit pro illo tempore ſatis probum, & facile perpoliendum. Sed quæ apud *Eraſmum* ſequiora ſunt, non emendavit *Stephanus :* quæ ſana erant, interdum deteriora fecit. Conjecturas ſubinde *Beza* in annotatis majoribus dedit, quas in ipſum textum produxit *Henr. Stephani* prelum. Henricum *Stephanum* ſecutæ ſunt editiones *Elzevirianae*, & in iis *Curcellaeana*, mater omnium, quæ hodie vigent. Poſcuntur exempla? exempla dantur.

§ LXXVI.

§ LXXVI.

Luc. X. 6 ſcriptum eſt, καὶ ἐὰν ᾖ ἐκεῖ υἱὸς εἰρήνης κτλ. Ante υἱὸς in ed. *Complut.* inſerta eſt o literula latina, ab articulo eo minus dignoſcenda, quia editio illa ſpiritu levi aſperoque non utitur. Haud ſcio an aliunde exſtiterit lectio ὁ υἱὸς, quæ paſſim excuſa philologos exercet.

§ LXXVII.

Ioh. XVIII. 20: ὅπου πάντες οἱ Ἰουδαῖοι συνέρχονται. Loco πάντες, e proximo repetitum eſt, a quibuſdam, πάντοτε. *Ego vero EXISTIMO*, inquit Beza, *vel legendum* πάντες, *vel* πάντοθεν, *quod facile potuit a librariis mutari in* πάντοτε. παντες, genuinum eſt: mera conjectura, παντοθεν, certatim recuditur hodie.

§ LXXVIII.

1 Petr. III. 20 ἀπεξεδέχετο, genuinum eſt: ipſe primum *Eraſmus* nil aliud norat. Librarii αξ & εξ affini pictura exprimere ſolebant: unde alii, ἅπαξ ἐδέχετο. Mera Eraſmi *ſuſpicio*, ex annotationibus ejus noſcenda, fecit ἅπαξ ἐξεδέχετο. Illud ἅπαξ *ſemel* nullo verſionum veterum, nullo patrum veſtigio nititur. Vnus ſic habet *Oecumenius*, excuſus, puta, id eſt, ad *Eraſmum* refictus. nam in mſ. *Auguſtano* habet Oecumenius ἀπεξεδέχετο. Et tamen *Eraſmi* conjecturam pro *Petri* mente omnes editores repetunt.

§ LXXIX.

Eraſmus in Apocalypſi uno codice veteri, *Reuchliniano* illo, partim adjutus, partim præpeditus, cap. XVII. 4 finxit, ἀκαθαρτητος. Nemo unquam Græcus dixit, ἀκαθάρτης· ἀκαθαρσια dicitur, vel, ut hoc loco, τὰ ἀκαθαρτα. Et tamen ἀκαθάρτητος lectionem vel recentiſſima mihi cognita fovet editio.

§ LXXX.

Sequuntur graviora. Rom. XII. 11 τῷ κυρίῳ δουλεύοντες habet hortatio Pauli, cum tractatione ſuperiore proprie conveniens. Illud, κυρίῳ, legit olim aliquis, ut ſi eſſet καιρῷ. Vtrumque innotuit *Hilario* Diacono. *Tempori*, inquit, *ſervientes: in Graeco dicitur ſic habere: Deo (Domino) ſervientes.* Refertur apud Hilarium *ſic* ad id, quod ſequitur: at Eraſmus retulit ad id, quod præcedit, & hoc potiſſimum errore inductus, κυρίῳ mutavit in καιρῷ. Eum hodienum ſequuntur multi.

§ LXXXI.

Rom. VII. 6. Νυνὶ δὲ κατηργήθημεν ἀπὸ τοῦ νόμου, ἀποθανόντες, ἐν ᾧ κατειχόμεθα. Pro ἀποθανοντες, *Chryſoſtomus* Eraſmo & Bezæ viſus eſt legiſſe ἀποθανόντος· ſed non recte perpenderunt ſermonem Chryſoſtomi. Et tamen id *Beza* admiſit in textum. Apud *Millium* αποθανόντος dicitur eſſe in cod. *Vien.* At hoc valde

de dubium eſt : nam *Ger. à Maſtricht*, qui codicem illum evolvit, ipſe in ſuis notis tacet. Nuſquam Legi, ubique homini, Paulus in talibus dictis mortem adſcribit : & ἀποθανόντες, etiam *Eraſmo* & *Beza* fatentibus, Græca habet antiquitas. ἀποθνόιτος tamen per editiones quaſdam celebres adhuc propagatur.

§ LXXXII.

Apoc. III. 12 pro ναῷ apud *Bezam* λαῷ per ſphalma irrepſit. Id, a *Beza* correctum, tamen retinuere multi, hodieque negotium quibuſdam faceſſit hæc menda.

§ LXXXIII.

Ibid. cap. XIV. 1 inæſtimabilis lectio eſt, totius antiquitatis teſtimonio ſulta, ἔχουσαι τὸ ὄνομα αὐτοῦ καὶ τὸ ὄνομα τοῦ πατρὸς αὐτοῦ γεγραμμένον ἐπὶ τῶν μετώπων αὐτῶν. Hîc in veteri codice omiſſum erat, τὸ ὄνομα αὐτοῦ καὶ, ut fit, recurrente eodem verbo : ſed cum id ipſum deinde ſubtiliore pictura ſuppletum eſſet, efflictum eſt in margine, καιόμενον, & inſertum loco vocis γεγραμμένον, ut ex prioribus *Eraſmi* editionibus patet. *Agni nomen* legendum agnoſcit *Wolfius:* ſed editores ad hunc uſque diem prætermittunt.

§ LXXXIV.

Si plura non eſſent, tamen hæc pauca, quæ tam diu tamque late ſerpſerunt, evincerent, propagationem textus ea quoque ex parte, qua ſanus eſt, quicquid interdum editores venditent, parum conſultam, parum oculatam fuiſſe.

§ LXXXV.

Atqui multo plura collegi in Apparatu, P. I § XXXVIII. XXXIX n. 8. cujuſmodi *paleam* in canone N. T. per tot generationes diffundi, imo religioſe defendi, non ſane decuit. Nec tamen finis cernitur indignitatis iſtius. Qui talia fovent, in quadrigis & equitibus Iſraelis habentur : qui medicinam, divino munere, nacti ſunt, eamque vel cum clamore hominibus commendant, plectuntur.

§ LXXXVI.

Vtinam evigilent in hac parte, qui dormiunt, & auſcultent : utinam videant, qui aut ſanabili aut nullo tenentur faſcino. Revera *uni prelo Elzeviriano*, quod textum ex antegreſſis editionibus collectum, in ſubſequentes diffuſum dedit, plerique zelotæ plus tribuunt inſcii, quam textui illi, quo Commune eccleſiæ quindecim ante ſeculis uſum eſt, quemque ſeſquiſecularis poſtea profectus, ſevero examine inſtituto, & ſuperſtitione typographica pulſa, reſtitui poſtulat.

§ LXXXVII.

Teſtes oportebat *audiri (Zeugen verhoeren)* eo modo, quem pando in Apparatu, P. II. ad init. *Matth. Marc. Luc.* &c. Hoc erat *primum :* cetera ſe facile darent.

rent. Quos autem quidvis potius, quam methodus adeo ſtricta juvat, hos alii demum gregatim ſequuntur, non modo lectores, quibus venia debetur, ſed etiam critici, eo ipſo *temerarii*, ad quos, quod *Hagerus* pag. 7 monet, pertinet. Pleriſque, ſententiam dicere, quam cognoſcere rem, commodius eſt, præſertim ubi & applauſus multitudinis, & opinio obſequii DEO præſtiti, animos eorum acuunt.

§ LXXXVIII.

In ea Defenſione, quam § 34 memoravi, & in præſenti, nil fere occurrit, quod non occuparit *Apparatus* meus, quem etiam atque etiam *ab iis, qui poſthac objici quidpiam viderint, reſpici velim.* Nam quia multi, ubi veritatem videntur penſi habere, potius, quod cupiunt, aliis perſuadere conantur, credulitas procul eſſe debet.

DIE III ABTHEILVNG,

DA DEM ANSTOS, WELCHEN MAN AN DIESEM WIDERSPRVCH NEHMEN MOECHTE, ABGEHOLFEN WIRD.

§ LXXXIX.

Die jezt-erläuterte *Diſputation* hat an dem Ort ſelbſt, wo ſie gehalten wurde, dazu gedienet, daſs die Richtigkeit meiner Principiorum deſto mehr heraus kam. Man hat aber ſolche Blätter ſonſt weit aufgebreitet, und die *Frühaufgeleſene Früchten* (deren Vorgeben der berühmte Herr *Lilienthal* wiederholet,) werden ſtreng geleſen. Das hat bey dem groſſen Hauffen (welcher in der gelehrten Welt ſo ſchnell, als in der Policey, Ap. Geſch. XIX. 29, aufgebracht wird,) etwas nach ſich ziehen müſſen.

§ XC.

Ja es brach dieſer zweyfache Angriff, (indem die *Diſputation* am 24 Sept. 1738 gehalten worden, und der Articul in den *Frühaufgeleſenen Früchten* bald hernach gefolget iſt,) eben in den Tagen aus, als wegen der *Deutſchen Originalbibel* das erſte *Avertiſſement am 1 Oct.* an das Licht trat, und in demſelben zum griechiſchen Neuen Teſtament meine Recenſion vorgeſchlagen wurde. Da iſt leicht zu erachten, wo das Miſsfallen hergekommen ſey, welches unwiſſende Menſchen gegen ſolchen Vorſchlag bezeugten: und da iſt denn geſchehen, was der berühmte Herr D. *Benner* ſchreibt: *Cauſſae fuerunt viris optimis, qui haud pridem ſacrum codicem in lucem emiſerunt, cur editum Bengelii exemplum, quod exſcribere coeperant, mox abdicarent.* Lerna Zinz. p. 42.

§ XCI.

Was anfangs widrig ſcheinet, muſs oft zum guten ausſchlagen: und das erfuhr ich auch in dieſem Fall. Dann als man bey ſothaner feinen Ausfertigung der heiligen Schrift den *üblichſten griechiſchen Drucktext* des N. T. genommen hat, iſt deſſelben Mangel durch eine von mir verfaſste, und bey ſelbigem Werk befindliche *Tabelle* erſtattet worden. (Siehe oben N. VI.) Da ſiehet man denn, wie jener von der Veberſetzung *Lutheri*, wo ſie einem ältern und richtigern Text folget, und ich es mit *Luthero* halte, ſo weit abgehe: und ſolches trägt zu meiner Rechtfertigung nicht wenig bey.

§ XCII.

Wer überdas Herrn *Muthmanns* Vorrede, und Herrn *Steinbarts* Vorbericht bey dem Werk lieſet, wird finden, daſs ſie beede ſelbſt, nebſt andern Gelehrten, meine gute Sache für ſich gründlich erkannt, und nur aus Glimpf nachgegeben haben, und daſs dieſes *Nachgeben* bey einer griechiſch-deutſchen Auflage meinen pur-griechiſchen Aufgaben nicht præjudicire.

§ XCIII.

Wo dieſe meine Antwort in ihren erſtern Aufgaben bekannt worden iſt, da hat ſie eine gute Wirkung gehabt, und vielen die Augen aufgethan. Man hat auch an gewiſen Orten bedauret, daſs ſie nicht bälder gekommen ſey, damit man ſie unwiſſenden Eiferern hätte vorzeigen können.

§ XCIV.

Etliche gibt es, die ſich in die Sache noch nicht ganz finden, aber doch alle löbliche Moderation beweiſen. So ſtehet in den Supplementis ad *Nova Acta Erud.* T. V. ſect. VI eine Recenſion von meiner *Erklärten Offenbarung*, da meine Erklärung, und ſamt der Veberſetzung mein griechiſcher apocalyptiſcher Text, nicht ungeandet ausgeht. Die Erklärung wird in dem *Bekr ftigten Zeugniſs der Wahrheit* freundlich gerettet erſcheinen: aber die Rettung der Textſtellen wird ſich am beſten hieher ſchicken.

SECTIO IV.

VINDICATIO ALIQVOT LOCORVM N. T. QVORVM SINCERA LECTIO IN NOVIS ACTIS ERVDITORVM SOLLICITATVR.

§ XCV.

Hinc *inde ea in Metaphraſin fuerunt*, inquiunt Acta, *ex textu autoris graeco inſerta, quae ſuam autoritatem non poſſunt tueri.* Dantur ibi *ſpecimina*: ea expendam.

§ XCVI.

§ XCVI.

Tertia equidem Defenſione ulla N. T. græci me facile uſurum, negavi antea: ſed *ſecunda* hæc etiamnum eſt, cum iis agere perſeverans, qui receptiſſimo & recentiſſimo textui plus juſto addicti ſant.

§ XCVII.

Acta: *Inciſum viceſimum capitis ſecundi autor ſic ediderat in Graeco: ὅτι ἀφεῖς τὴν γυναῖκα ἰεζάβελ, ἡ λέγουσα ἑαυτὴν προφῆτιν, καὶ διδάσκει καὶ πλανᾷ τοὺς ἐμοὺς δούλους. Nec ab hiſce diſceſſit in vernacula verſione. At ἀφεῖς Graece haud dicitur, ſed ἀφίης, quod etiam ibi Aretas habet. Conf. I. C. Wolfii Curas criticas & philologicas in Apoc. II, 20, pag. 466.* Reſp. Vtrum ἀφεῖς, ἀφίης an ἐᾷς legatur, ad *metaphraſin* nil intereſt: atque ἀφεῖς analogia grammatica & LXX interpretes firmant in Gnomone, p. 1102 (Ed. II. p. 1228) ubi etiam reliqua hujus loci verba vindicantur.

§ XCVIII.

Acta: *Autor Alexandrinum codicem in VI, 11, ſecutus fuit, cujus tamen lectionem merito notaverat Ioannes Millius in Prolegom.* § 1003. Reſp. Non modo cod. *Alex.* quem ſolum *Wolfius*, & cum eo Acta Eruditorum citant, ſed etiam alii multi in Apparatu laudati, habent αὐτοῖς ἑκάστῳ. Accedit cod. *Seidelianus*, cujus lectiones bene multas, apud *Kuſterum* haud obvias, manuu cel. *Weſtermanni*, & Io. Chriſtophori *Schmidlini*, V. D. M. (nunc apud *Boeblingenſes* Superintendentis Specialis) propinqui mei, qui *Francofurti* ad Viadrum commoratus eſt, in acceptis refero. Ceteri codices non multo aliter habent. Sic cap. II. 23, ὑμῖν ἑκάστῳ. Plura talia notavi in Gnomone, p. 1111 (ed. II. p. 1238.) *Millium* in Prolegomenis ἑκάστῳ expungere, mirum non eſt. nam is omnes fere omiſſiones, ut conſtat, defendit, & verba textûs ſæpe pro expoſitionibus habet. Nec video, quo merito aſſentiantur ei h. l. viri eruditi. Cum *Aretha* tantummodo quatuor codices, iique inter ſe propinqui, ἑκάστῳ omittunt, quibus longe prævalet cod. *Io. Mori* (qui hoc loco hiatum editionis *Complut.* farcit, tanquam ei gemellus alias,) & teſtes antiquiſſimi, *Clemens Al. Cyprian. Syr. &c.* ἑκάστῳ legentes.

§ XCIX.

Acta: *Ad VIII, 7, conſer I. C. Wolfii cogitata pag. 511 ſeq.* Reſp. Conſer etiam Gnom. p. 1116 (ed. II p. 1243) ubi *Wolfii* cogitata expediuntur, & culpa omiſſi inciſi, καὶ τὸ τρίτον τῆς γῆς κατεκαη, in codicem *Capnioneum* confertur, quo uſus eſt *Eraſmus*. In prima *Eraſmi* editione inciſum reſtituit Latinus textus, & in quinta id e Græcis reponit annotatio. quare in græco textu id videtur excidiſſe *Eraſmo* demum ejuſve ſociis. Sane inciſum illud neceſſarium omnis habet antiquitas, quanquam editionum multitudo eo caret.

§ C.

Acta : *Aquilam exclamantem & dicentem autor denuo exhibuit in VIII, 13, cum tamen vox ἀετοῦ pro ἀγγέλου merito sit suspecta, eo quod Deus aquila haud dicitur alias unquam pro interprete suo usus, nec aquilae alibi angelis interpretibus miscentur. Conf. Wolfium eundem pag. 513 seq.* Resp. Ad h. l. ait Wolfius : *Conferes Bengelium in Apparatu p. 812.* Quod si *Wolfio* tantum tribuitur, morem ei, par est, in hoc quoque geri, ut *Apparatus conferatur* meus, quem amplius vindicat Gnomon, p. 1117 (ed. II p. 1245.) *Aquilam* vetustas fere omnis habet. Multa in Scripturis semel tantummodo occurrunt, & tamen scripta exstant, ibique, ubi exstant, eo magis observanda sunt. Veruntamen *aquila* habetur etiam Apoc. VI. 7. coll. c. IV. 7. *Leo* clamabat, etiam semel, Ies. XXI. 8.

§ CI.

Acta : *Omittimus alia.* Resp. Quum lectiones eorum locorum, quæ modo expendimus, auctoritatem suam, ut spero, tuentur, etiam *aliorum* locorum examen sustinuero.

§ CII.

Merito *Wolfii* memoriæ faveo : ubivis eum adhiberi facile patior, dummodo, ut altera pars, ego quoque audiar. Quovis controverso loco, velim, primum, *Apparatum* meum, deinde Wolfii *Curas* (quæ, ubi mecum agunt, festinationem redolent,) ac rursus meum *Gnomonem* (aut ipsum nunc *Apparatum* denuo) evolvi. Excellit *Wolfius* lectionis copia : ego nervos potissimum & succum quæro.

§ CIII.

Eadem *Acta* A. 1741 pag. 493, postquam notarunt, Hebr. IX. 1 in editione mea omitti σκηνὴ, hoc subnectunt : *Si de lectione profani alicujus autoris ageretur, non dubium esset, quin e legibus criticis aut σκηνὴ omitti, aut ἐκείνη reponi, deberet : nunc, cum de libris divinis agatur, & ii quoque aliquas rationes afferant, qui σκηνὴ retinendum censent, res, ut in aliis locis, tutius in medio relinquitur.* Non probo illud ἐκείνη, in uno codice recentiori vel ex cap. VIII. 7, vel ex σκηνὴ, affini pictura, deductum : sed σκηνὴ quoque utrum genuinum sit, nec ne, facile dijudicatur. Glossa est antiquissimis testibus omnibus ignota, a Græcis recentioribus illata, & quidem inepte. nam τὸ ἅγιον κοσμικὸν erat Totum, idque *habebat*, ceu Partes suas, & σκηνὴν priorem, (non hæc illud, ut glossa putat,) & sanctum sanctorum. Plane διαθήκη subaudienda est, & a quibusdam æque inseritur. Videatur iterum *Apparatus* & *Gnomon.* Plerumque *tutior*, contra ac multi censent, ea lectio est, quæ rem in medio relinquit, tanquam brevior. nam quæ sensus divini vel sunt vel esse videntur, tamen subaudiri, ex contextu, ex parallelismo, possunt, ut h. l. aut διαθήκη aut σκηνή· at quæ sensus humanus & græcula haud pridem sedulitas allevit, sinceritati adversantur, ut σκηνὴ h. l. Quilibet farinæ aut liquori salubri particulam

lam libentius finit detrahi, quam furfuris aut fæcis quidquam admiſceri. Hoc loco σκνὺ demum per *Stephanos* late eſt propagatum, ut hîc quoque comprobetur, quod diximus § 75. Non habet *Eraſmus* σκνὺ, neque *Lutherus*, quem hoc ipſo in loco nonnulli, *Stephanis* nimium auſcultantes, immerito reprehendunt.

§ CIV.

Hæc puro veritatis ſtudio dicta ſunto. Nam *Acta Eruditorum* ita mecum agere ſunt ſolita, ut humanitatem mihi præſtitam lubens agnoſcam.

DIE
V ABTHEILVNG,
DEN NEVESTEN VERLAVF BETREFFEND.

§ CV.

In die Strittigkeit über des in geiſtlichen Dingen ſo ungemein geſchæftigen Herrn Grafen von *Zinzendorf* neuer Ueberſezung des N. T. bin ich nach und nach eingeflochten worden. Herr Graf bezog ſich anfænglich, ſeiner *ganzen* Arbeit halben, auf meine griechiſche Edition, wiewol er nicht ſelten davon abgieng, welches ihm auch frey ſtund, wann nur der Gebrauch dieſer Freyheit zugleich angezeigt worden wære.

§ CVI.

Da kam denn bey *Theophilo a Veritate* in ſeinem Zinzendorfiſchen Bibelærgerniſs, und bey andern, welche des Herrn Grafen Ueberſetzung recht kræftig widerlegen wolten, meine griechiſche Ausgabe von neuem in das Gedrænge.

§ CVII.

Herr Graf *geſtehet*, ſo ſagen die *Frühaufgeleſene Früchten*, *daſs er bey der ganzen Arbeit die Edition - - - - Bengelii gebrauchet; wiewohl reine Theologi ſchon vieles an dieſer Edition auszuſetzen finden.* V Beytrag auf das Iahr 1741. ſ. 220.

§ CVIII.

In dieſen lezten Worten iſt viel gefæhrliches auf einmal geſagt: und nachdem ich eine geraume Zeit ſehr gerne geſchwiegen habe, ſo muſs nunmehr wegen der neuen dazu ſchlagenden Vmſtænde wiederum etwas gemeldet werden. Ermeldte Worte ſind ohne allen Beweis, und nur überhaupt geſezet.

§ CIX.

Durchgehends habe ich mich an die ælteſte, bekannte, bewæhrte Vrkunden der morgen- und abendlændiſchen Kirche gehalten, dieſelbe getreulich angezogen, und nur die zu neuern Zeiten eingeſchlichene Lesarten beyſeit gethan, und alſo kan unmœglich etwas unterloffen ſeyn, das wider die *reine Theologie* wære, welche man dem ganzen chriſtlichen Alterthum nicht wird abſprechen wollen.

§. CX.

Doch was ſie von *reinen Theologen* ſagen, das kommt auf einen *einigen jungen Arbeiter* an, deſſen oben gedacht worden, § XLII, der ſich nicht beſchæmet achten wird, wann man ihm zutrauet, daſs er jezt einen richtigern Begriff von der Sache habe, als damals. Immittelſt laſſen *die Frühaufgeleſene Früchten* ihre Leſer nichts von dem Innhalt meiner Antwort, und zutheuerſt nichts von deren Daſeyn wiſſen, und wiederholen nur die ſchwere Beſchuldigung.

§ CXI.

Bey ihrem Eifer für die Ehre GOttes, und bey ihrer Wachſamkeit für die himmliſche Beylage, ſolten ſie nicht zuſehen, ob man über dasjenige, was man *ſchon* (ja in vielen Jahren endlich) gefunden haben ſoll, noch etwas weiter finden werde, ſondern eine ungeſæumte, durchgængige Prüfung für nœthiger achten, als noch ſo viele *Sammlungen* anderer *Früchten*, aber auch bey ſolcher Prüfung nicht dieſe und jene Auflage zur freybeliebigen Richtſchnur nehmen, ſondern eben dieſe mit in die Prüfung ziehen, und das Mark des Alterthums, deſſen jüngſte und ringſte Vota um viele Jahrhunderte ælter ſind, als Frobenii und Stephani Preſſe, den Ausſchlag geben laſſen.

§ CXII.

Mit einer bloſen Anklage iſt es nicht ausgemacht, und wann ſie dieſelbe künftighin wider Verhoffen wiederholen ſolten, ſo wird ihnen, als meinen Gegnern, niemand beypflichten kœnnen, bis ſie es beweiſen, und *von einer Stelle zu der andern* auf das pünctlichſte zeigen, wo dann reine Theologi ſchon ſo vieles an meiner Edition auszuſezen gefunden haben ſollen.

§ CXIII.

Aber dazu wird es nicht kommen, und dabey laſſe ich vielmehr die Hoffnung des rechtſchaffenen Herrn D. *Haubers*, die er vorhin wegen dieſer meiner Antwort geſchœpfet, bey gegenwærtiger noch vergnüglichern Vorſtellung auch meine Hoffnung ſeyn, da dieſer reine Theologus ſchreibt: *Es werden die beyde Herrn Cenſores* (oder der Herr Cenſor und ſeine Mitarbeiter) *ſelbſt, nebſt allen redlichen und verſtaen-*

verſtaendigen Maennern, von meiner guten Sache nothwendig gaenzlich überzeuget vverden müſſen. u. ſ. w. Betrachtung über die Handſchrift, ſo wider uns war, S. 302.

§ CXIV.

Diejenige, die nach ihren Vorurtheilen das meiſte an meiner Edition auſſezen, ſind die Antitrinitarii, welches je kein bœſes Zeichen iſt.

§ CXV.

Wann ich nicht dafür hielte, daſs verſtændige Leute für ſich auf den Grund ſehen, ſo kœnnte ich viel wichtige, mündliche, geſchriebene und gedruckte Zeugniſſe rechtſchaffener Lehrer und Gelehrten, welche zuſammen eine anſehnliche Societæt ausmachten, darlegen, da ſie an meiner Arbeit nichts auszuſezen gefunden haben, vielmehr aber meine Retenüe und Beſcheidenheit erkennen, und bezeugen, daſs der tægliche Gebrauch meiner Edition ihnen und ihren Auditoribus je længer je beſſer zuſchlage.

§ CXVI.

Eine einzele Stelle wird in demſelben Beytrag S. 201 angezogen, indem ich Offenb. XIV. 13 *die Punctation ohne Noth geaendert*, und das *von nun an* (ἀπαρτι) mit dem *nachfolgenden verbunden* haben ſoll.

§ CXVII.

Die vvahre *Punctation* habe ich an vielen, und theils vvichtigen Stellen des N. T. vvieder hervor geſucht, und ungeſchickten Neuerungen, die mancher begierig und unvorſichtig annimmt und ausbreitet, vorgebogen, auch die vvahre *Parentheſes* (ohne das neue und ſo vvenig dem griechiſchen als dem hebræiſchen Text anſtændige Zeichen, deſſen ich mich eben jezt bey dieſer deutſchen *Parentheſi* bediene) durch cola bemerket. Viele Stellen, vvornach man meine, und andere, auch neuere Auflagen, desfalls gegeneinander prüfen kan, vverden angezeiget in der Vorrede meiner Manualedition des griechiſchen N. T. (S. oben N. III. § VI.) denen ich nun aus gevviſen Vrſachen beyfuge Ioh. I. 5 ſeqq. 2 Cor. V. 7. 8. 11. Hebr. V. 8. 1 Ioh. II. 12 ſeqq. &c. Etliche Verbeſſerungen ſtehen in Gnom. ad 2 Cor. XIII. 5. Col. II. 13. Hebr. II. 9. Man mœchte dieſes für einen ziemlichen Theil meiner ganzen Recenſion halten, ob ſchon vvenig darauf geachtet vvird.

§ CXVIII.

Von der vvichtigen Stelle *Offenb. XIV. 13* vvollen vvir ſorgfæltig handeln. Es ſind da dreyerley Lesarten, ἀπάρτι λέγει ναὶ, ἀπάρτι ναὶ λέγει, ἀπαρτι λεγει· und nach der Lesart richtet ſich erſt die *Punctation*. Die *erſte* Lesart findet man in den meiſten griechiſchen Exemplarien, auch in dem *Seideliano*, die *zvvo* andere

andere aber in den ælteſten Vrkunden. Die *zvveyte* gefællet den *Frühaufgeleſenen Früchten*, und die *dritte* habe ich angenommen. Es bleibt andern, und mir noch ſelbſten, die Wahl, ob die zvveyte oder die dritte Lesart die rechte ſey. Bey der zvveyten kan man, und bey der dritten muſs man das *von nun an* mit den nachfolgenden Worten verbinden: und ſolches thun die meiſte von den Alten. vid. *Apparat.* P. II. ad Apoc. l. c. In der Hauptſache lauſt es auf eines hinaus. Die Stimme vom Himmel ſagt: *Selig ſind die Todten, die in dem Herrn ſterben, daſs ſie ruhen* u. ſ. f. Auf das Sterben in dem Herrn folget die Seligkeit unmittelbar: das erkenne ich von ganzem Herzen. Diſs bekræftiget der Geiſt: daher heiſſet es, durch einen Zvviſchenſaz: *Der Geiſt ſagt* es, oder, er *bejahet* es. Da bleibt die Frage übrig, ob das *von nun an* zu der *Stimme vom Himmel*, oder zu der *Rede des Geiſtes* gehöre? Nun heiſſet es in dieſem Buch ſo oft: *Selig iſt, ſelig ſind* u. ſ. vv. und niemal ſteht dabey, *von nun an*, vvievvohl die *Seligkeit* für ſich allemal unmittelbar mit derjenigen Sache verbunden iſt, die dabey gemeldet vvird, als vvie hier mit der *Ruhe* u. ſ. vv. Darum gehöret dieſes *von nun an* ohne Zvveifel andersvvohin, nemlich zu gemeldtem Zvviſchenſaz; aber nicht in dem Verſtand, den mir die Frühaufgeleſene Früchten zuſchreiben: *von nun an ſpricht der Geiſt*: ſondern in dieſem Sinn: *Von nun an* ſind ſie ſelig, nach des Geiſtes Auſſage, als durch vvelche das, vvas die Stimme vom Himmel ſagt, verſtärket vvird. Ich ſeze beſtændig: *Von nun an, ſpricht der Geiſt.* Es ſteht allemal ein comma dazvviſchen: aber das comma iſt in den *Frühaufgeleſenen Früchten*, vveiſs nicht, vvarum, auſſen gelaſſen.

§ CXIX.

Von denen oben angezogenen Worten § 107 iſt noch der erſtere Theil zurücke. Zvviſchen Herrn Grafens Veberſetzung und meinem Griechiſchen haben andere denjenigen Vnterſcheid befunden, von vvelchem nur die *Frühaufgeleſene Früchten* nichts melden.

§ CXX.

Wo die Veberſetzung von meinem Griechiſchen abgehet, da iſt auf meiner Seite 1) Herr *Graf* ſelbſt, ſo oft ſeines Sinnes im Abſchreiben oder Abdrucken verfehlet iſt: 2) ſein Apologete, Herr *Polycarpus Müller*, mehrmal: 3) beeder ihre Gegner, *Theophilus a Veritate* und Herr D. *Benner*, NB. allemal. Diſs leztere gibt eine unvviderſprechliche Probe von der Lauterkeit meiner Arbeit, und ein Vrtheil vvider die *Frühaufgeleſene Früchten*, von vvelchen (obige Diſputation ihres Mitarbeiters mit eingeſchloſſen) alle gegenvværtige Blicke vvider mein griechiſches N. T. *einig und allein* herrühren.

§ CXXI.

Wo aber der Herr Graf mein Griechiſches verdeutſchet, das trage ich billig und vvillig, vvenn man nur die Zeugen in meinem Apparatu zu hören nicht vergiſſet.

§ CXXII.

§ CXXII.

Wo etvvas bedenkliches vorfællet, und vvo ich auch in das künftige von der einen oder andern Seiten her in dieſe Sache vveiter eingemenget, oder ſonſten angegriffen vverden ſolte, da ſehe man doch immer nur meine Arbeit ſelbſt an. Was ich in Gnomone, præf. § VIII, und in Herrn *Rathlefs* Gelehrten Geſchichten Th. 6. S. 440 gemeldet habe, das kan noch ein Licht von der ganzen Sache geben. Daſs ich mich ſo oft auf meine vorige Schriften beziehe, das halte man mir zu gut, und erkenne die Standhaftigkeit meiner Sæze, mit vvelchen die ſo *vielfoermige* Beſchuldigungen *gleichfoermig* abgelehnet vverden. Meine beede Ausgaben vom griechiſchen N. T. ſind nun zehen bis eilf Jahr alt: in dieſer Zeit ſind etliche Lesarten durch eine beſſere Application meiner Principiorum anders geſchæzet, aber die Principia ſelbſt ſind vielmehr beſtærket vvorden. Ich vveiſs nichts neues zu ſagen.

DIE
VI ABTHEILVNG:
WAS KVNFTIGHIN DIESER SACHE WEGEN ZV BEDENKEN SEY.

§ CXXIII.

Das heutige Rühmen von einer hell ſcheinenden Literatur iſt groſs, und doch herrſchet hin und vvieder manches Vorurtheil, welches der Wahrheit ſehr hinderlich fället. Es erfordert keine durchdringende Witze, der Sache auf den Grund zu ſehen: es iſt ſich nur zu vervvundern, daſs man es ſo ſchvver nimmt. Ich vvill einen Vorſchlag thun, welchen alle unparteyiſche Gelehrten leicht faſſen, und gern billigen werden.

§ CXXIV.

So bald man wieder etwas von alten, bisher unbekannten griechiſchen und lateiniſchen Manuſcripten, von andern alten Ueberſetzungen, und von den Schriften der Kirchenlehrer aufbringt, ſo halte man beedes, die Lesarten, die in dem heutigen üblichſten Drucktexte ſtehen, und diejenige, die ich für æcht halte, dagegen, bey allen, und inſonderheit eben bey denen Stellen, die ich in dieſer Antwort erwogen, oder nur remiſſive berühret habe. Wem ſolche Vrkunden auf die eine oder auf die andere Seite öfter beyſtimmen, der ſolle Recht haben.

§ CXXV.

Es iſt, zum Exempel, eine geraume Zeit nach meinem griechiſchen N. T. an das Licht geſtellet Io. *Lamii* de eruditione apoſtolorum liber ſingularis, A. 1738.

Da wird eine Menge von griechiſchen, lateiniſchen und ſyriſchen Manuſcripten zu Florenz beſchrieben: mir ſolte nicht bange darauf ſeyn, wann die Lesarten derſelben heraus gegeben würden. Oben iſt dergleichen etwas an dem codice *Seideliano* zu ſpüren geweſen: und im Jahr 1741 kam heraus *Syrus* interpres cum fonte N. T. Græco collatus, auctore Io. Guil. *Reuſch.* Solche Syriſche Excerpta ſtimmen mit meinen griechiſchen Lesarten häufig überein. Es wird gewis noch mehr ſolche Proben geben.

§ CXXVI.

Ia wann man die alten Vrkunden, die bereits mit einem ziemlichen Fleiſs durchſuchet ſind, nacheinander vor die Hand nimmt, ſo wird ſich zeigen, was für einen Ausſpruch dieſelbe zwiſchen meinem und dem üblichern Drucktexte thun.

§ CXXVII.

Indeſſen drucket man das griechiſche N. T. einmal über das andere, und, wiewohl es dabey allerhand annehmliche Schminke gibt, ſo läſſet man es doch an dem weſentlichſten, nemlich an einer gründlichen Reviſion der *Worte* des Textes ſelbſt fehlen. Vngebührlich iſt es, wie etliche mit der heiligen Schrift umgehen, es mag die Auslegung oder die Critique, in prophetiſchen oder andern, in kleinern oder gröſſern Stücken betreffen.

§ CXXVIII.

Gerardus a *Maſtricht* war ein Liebhaber der heiligen Schrift: aber die Manieren, womit ſeine Vorgænger die Lesarten des Randes aufgezeichnet, und er ſeine Criſin perpetuam darauf geſtellet hat, ſind mit einer ſolchen *Laxität* behaftet, daſs bey denſelben ein jeder anderer Text eben ſo wohl es durchgehends gewonnen hætte, als der Elzeviriſche, welcher dem Herrn von Maſtricht unter die Hand gekommen iſt. Dieſes habe ich durch alle ſeine Canones erwieſen, in Gnom. præf. § IX. (S. oben N. VII.) und viele, auch von ſeinen Freunden, erkennen ſolches. Mich freuet nicht, daſs ich es wiederholen muſs: es gibt gleichwol noch Leute, die an ſolcher Criſi hangen bleiben, und dem üblichſten Drucktext allemal zu viel von den alten Vrkunden, den æchten Lesarten aber allemal zu wenig beymeſſen, oder überhaupt in dieſer Sache vom rechten Begriff entfernet ſind, ob ſie in andern Wiſſenſchaften noch ſo ſehr excelliren.

§ CXXIX.

Bey einzelen *Ueberſetzungen* kan man die Liebe zum Frieden bisweilen mehr gelten laſſen, als die Accurateſſe. Denn jene führen doch allezeit die Summa der heilſamen Lehre mit ſich, und ein ſcharfſichtiger getreuer Lehrer kan die pünctliche Richtigkeit des Verſtandes ſeinen Zuhörern oder Leſern allemal in ſeiner Auslegung, unvermerkt oder ausdrücklich, beybringen, wann man nur den Grund-

Grundtext in Acht nimmt. Die Apoſtel konnten nach ihrer Weisheit die griechiſche Ueberſetzung des alten Teſtaments auch darum ſo frey anführen, weil man den hebræiſchen Text dabey behielt, wie er ſint der Propheten Zeiten geweſen war. Aber für den *Grundtext*, auf den man immer und überall zurücke ſehen muſs, kan keine Sorgfæltigkeit zu ſcharf ſeyn: und weil nicht ein jeder weit nachſuchen kan, ſo muſs man denen, die etwas anders zu thun, und keine Zeit zu critiſcher Weitläuffigkeit haben, die rechte Lesarten nicht verſtecket, ſondern, wie man im gemeinen Leben ſagt, *gebutzet und geſchelet*, vorlegen, doch ohne Maasgabe, und mit einer ſolchen Ausführung, daſs ſie es nicht blindlings annehmen dörfen, ſondern die Vrkunden und Vrſachen, ſo oft ſie es gut befinden, erwegen können. Daſs ein einiger Arbeiter bey weitem nicht für alles ſtehen könne, deſſen habe ich mich allezeit zu beſcheiden gewuſst.

§ CXXX.

Man pfleget in den Auslegungen, mündlich und ſchriftlich, bey einzelen Wörtlein und ihrem Nachdruck auf das äuſſerſte hinaus zu gehen, aber auch, ohne einen genauern Grundtext, wie ich ſehen muſs, oft in die Luft zu ſtreichen.

§ CXXXI.

Es iſt die Sache, allermeiſt zu dieſer unſerer Zeit, von einer *gar groſſen Folge*, da nicht nur die vorige in der *Chriſtenheit* übliche Ueberſetzungen nun und wieder einmal über das andere revidiret und häuflig gedrucket werden, ſondern auch die Millionarii die heilige Schrift in ſo vielerley, allermeiſt *indianiſche* Sprachen, erſtmals überſetzen.

§ CXXXII.

Ein merkwürdiges Exempel haben wir, nur bey einem Pronomine, da es das Wörtlein *wir* oder *ihr* gilt. 1 Petr. IV. 3, ἀρκετὸς γὰρ ὁ παρεληλυθὼς χρόνος τοῦ βίου, τὸ θέλημα τῶν ἐθνῶν κτλ. Nach γὰρ haben etliche ἡμῖν, etliche aber ὑμῖν hineingeſetzet. Diſs leztere ſtehet in einem *Vſſenbachiſchen* und in andern Manuſcripten, wie auch in zerſchiedenen Editionen, und ſo legt es *Oecumenius* aus, *ihr*. Der uralte Vulgatus gibt es in tertia perſona, und las alſo weder das eine, noch das andere Pronomen. Die kürzere Lesart iſt recht: § 103. wie ſie ſich denn auch in den beſten griechiſchen Vrkunden befindet. *Caſſiodorius* deutet es ſo: *Sufficere, dicit, MVNDO.* Es ſchicket ſich nicht, daſs man den Apoſtel ſchreiben heiſſet: *da WIR wandelten in Vnzucht* u. ſ. w. *und in unerlaubten Gottzendienſten.* Hingegen dieſes, *Es iſt genug, daſs ihr die vergangene Zeit*, oder, wie der Herr Graf von *Zinzendorf* es fein gibt, *daſs man* u. ſ. w. dieſes, ſage ich, gehet jeztbekehrten *Indianern* gerad auf das Herz.

§ CXXXIII.

Es iſt einer nicht darum tüchtig, daſs er ſich ſelbſt lobet, ſondern daſs ihn der Herr lobet. Ich mache alſo, ohne Eigenliebe, GOtt zu Ehren, dieſen Beſchluſs: *Wer auf den Vnterſcheid zwiſchen den Worten des lebendigen GOttes, und den Aenderungen, welche durch der Copiſten Vnfleiſs oder unzeitigen Fleiſs damit vermenget ſind, keinen Spott legen, vielmehr aber bey ſeinem Ueberſetzen, Revidiren, Erklaeren u. ſ. w. ſicher gehen will, der muſs, nicht nach menſchlichem Anſehen und Vorgeben, ſondern nach jezt beſchriebenem Grunde, in einem heitern Gewiſſen, ein Vrtheil abfaſſen, welche Ausgabe des griechiſchen neuen Teſtaments den güldenen Text auf das lauterſte mit ſich führe?*

APP. CRIT. P. IV.

N. X.

A.

EXC. AVS

DER NACHLESE

zu DER 58, 59 VND 60 REDE

VEBER DIE OFFENB. IOH. p. 1301 ff. ED. 1748.

§ I.

VII. 52. *Ephr. persecuti sunt patres vestri & interfecerunt*, pressius quam editt. *persecuti sunt & interfecerunt patres vestri*, posterioribus vocibus transpositis: 8) p. 438. Luc. I. 75. *Ephraem*, *in rectitudine & in justitia*, editt. *in rectitudine*, omissa vocum posteriore. Sive igitur hæc, sive illa exempla spectes, adparebit, posse quidem impressas Syriacæ N. Testamenti versionis editiones heic illic ex operibus Syriacis *Ephraemi* emendari; & tamen versionem illam Syriacam, qua Ephræmus jam sua ætate usus fuit, cum illa in nostris editionibus in substantia unam esse, nec magis differre invicem, quam differunt diversæ editiones versionis vernaculæ Lutheranæ, aut MSta exemplaria versionis Latinæ vulgatæ ab impressis. Rem omnem, puto, confecit *Io. Simon Assemanus*, gente Syrus Maronita, Bibliothecæ Orientalis, quæ Romæ A. 1719. IV Voluminibus in fol. prodiit, Tomo III. Parte I. p. 61. Iam si reputemus, *Ephraemum Syrum* florere cœpisse sub Constantino Imperatore A. C. 338, mortuumque fuisse A. C. 372, quorum illud *Baronius* in Annalibus sub isto & sequentibus annis, hoc vero *Io. Simon Assemanus*, Tomo I. Bibliothecæ Orientalis p. 25. demonstravit: adparebit, eam N. Testamenti versionem Syriacam, quam, saltem in plerosque N. T. libros, vetustissimis temporibus pro canonicis agnitos, habemus, antiquitate & pretio nihil cedere Latinæ Vulgatæ.

(b) Vltro conceditur, versionem N. T. Syriacam non unius ejusdemque esse auctoris, nec eodem tempore factam. Posterioris ævi & auctoris est illa, quam in IV Epistolas, alteram Petri, alteramque & tertiam Ioannis, & unicam Iudæ, ex MSto primus edidit *Eduard. Pokokius*, & quam in Apocalypsin Ioanneam produxit *Lud. de Dieu*, quarum tum hæc tum illa fuerat omissa in Simplice, hoc est, in antiquissima Syrorum versione; indeque & omissa in prima omnium editione N. Test. Syriaci, quam *ex idmanstadii* curæ debemus. Ejusdem quoque commatis est versio Syriaca in Epistolam ad Ebræos. Nec mirum, cum isti libri ab Orientali ecclesia serius, quam ab Occidentali, in canonem sacrum recepti fuerint. Hinc factum, ut differat versio Syriaca in libris, de quorum canonica auctoritate nullus unquam fuit scrupulus, & in illis contra libris, de quorum auctoritate canonica initio dubitatum fuit. Illa generatim multo adstrictior est textui originali Græco, hæc laxior liberiorque: illic item το χαιρειν *salvere*, redditur *pax*, heic *gaude*; illic ἀΐδιος, *aeterna*, heic *incognita*; illic ο Αντιχριστος, *Christus mendax*, heic servata voce Græca *Antichristus*; illic ἡ κυριακὴ ἡμέρα, *dies Domini nostri*, heic *dies dominicus*; illic μετανοειν & μετάνοια, *converti* & *conversio*, heic *resipiscere*; illic φωτισθηναι *illuminatum esse*, heic *baptismum suscepisse*; illic μακαριοι, *beatitudines illorum*, heic *beati*; illic Διαβολος, *Accusator*, vel *Satanas*, heic (in Apocalypsi)

ſtoriam ſacræ Syrorum literaturæ illuſtrat *Thomae de Charkel* (qui Meſopotamiæ pagus erat) relatio in codice IV Evangeliſtarum Syriaco, quem ſua is manu deſcripſit. *Collatus eſt*, inquit, *Codex iſte cum duobus codicibus authenticis.* Converſus *eſt autem liber iſte quatuor ſanctorum Evangeliſtarum ex lingua* Græca *in* Syriacam *perexacte & magno cum labore;* primum *quidem in urbe Mabug in diebus domini mei* Philoxeni *epiſcopi ejuſdem urbis.* Collatus *eſt* poſthæc *magna cum diligentia a me* Thoma *paupere cum tribus codicibus* Græcis *probatis & authenticis in Anton Alexandriae magnae civitatis, ſancti Monaſterii Antonii, ubi etiam illum* ſcripſi *mihi ad utilitatem animae meae peccatricis, & plurimorum eorum, qui diligunt & quaerunt ſinceritatem & αὐθεντίαν illam utilem divinorum librorum ſcire & ſervare.* Scriptus *eſt autem & collatus in praedicto loco* anno 927 *Alexandri* (h. e. Chriſti 617.) Exſtat relatio in Io. *Lami* libro de eruditione apoſtolorum p. 300. Floruit *Philoxenus* ſive *Xenaias* circ. A. 500. (c) Multo autem recentiorem Syriacam hodie uſitatam nonnulli exiſtimant.

calypſi) *impoſtor*, vel (ut *Caſtellus* expoſuit) *ſuſurro;* illic ὁ Πέτρος, *Cephas*, heic *Petrus;* illic ὁ ἄρτος τῆς προθέσεως, *panis menſae Domini*, heic *panis faciei;* illic ἐντεῦθεν καὶ ἐντεῦθεν, *hinc & hinc*, heic *hinc & illinc:* Eadem vero opera, qua oſtendi, verſionem Syriacam in epiſtolas ad Ebræos, alteram Petri, poſteriores Ioanneas, Iudæque, & Apocalypſin, noviorem & alius auctoris eſſe, quam in reliquos N. T. libros, ſimul confit, eam, quæ nobis in reliquos N. T. libros ſupereſt, verſionem Syriacam, eſſe antiquiſſimam, hoc eſt, illo jam tempore factam, quo canonica prædictarum Epiſtolarum & Apocalypſeos auctoritas apud Orientales eccleſias adhuc dubia erat: quia illa Ephræmo non ſolum coæva, ſed etiam ſuperior, & ſibi ipſi ubique ſimilis eſt. Suſpicionem quidem contra obmovit *Pet. Kirſtenius* in Notis ſuis ad Evangelium Matthæi ad Matth. XXIV, 12: ubi cum obſervaviſſet, metaphraſten Arabicum illud ψυγήσεται reddidiſſe *diminuetur*, in margine vero antiqui MSti exemplaris verſionis Arabicæ, quod bibliotheca Cæſarea Vindobonenſis ſervat, loco ejus idem verbum ab Syro expoſitum fuiſſe *frigeſcet*, *Ex hoc loco*, inquit, *praeter alia clare patet, Syriacum textum, cujus varias lectiones ad MStum Arabicum adnotarunt Arabes, alium fuiſſe, quam ſunt impreſſi. Hi enim, ceu diximus, conveniunt cum Arabicis hoc in loco: ſed ille, ut nota ad marginem MSti probat, legit cum Graecis* frigeſcet. Nempe Syrus in noſtris editionibus id reddidit tali verbo, quod *Kirſtenio* idem ſignificare viſum fuit, ac Arab. *diminuetur:* ſed falſus vir bonus, fallit lectores ſuos; cum utique Syr. illud non *diminui*, ſed ψυγῆναι *refrigeſcere* notet, v. g. in verſione Syr. V. T. Cant. II, 17. C. IV, 6.

(c) Laudat quoque *Io. Sim. Aſſemanus* Bibliothecæ Orientalis Tomo II. p. 23 *Verſionem* Syriacam *ſacrorum Evangeliorum*, quam e Græco ediderit *Xenaias Magulenſis*, ſeu, ut alias vocatur, *Philoxenus Hierapolitanus*, (hunc autem anno poſt C. N. 485 epiſcopum Hierapolis factum eſſe, *Aſſemanus* ibid. p. 13. 14 probarat)

mant. (d) *Copticam* verſionem in confinio ſeculi II & III confectam cenſet editor N. T. Coptici *David Wilkins:* ſed oppido frequentes ſunt Copticæ lectionis varieta-

barat) idque itidem teſte *Thoma Heracleenſi (de Charkel);* utpote qui in nota ad calcem codicis Evangeliorum, exarati anno Græcorum 927. h. e. poſt C. N. 616. exſtantiſque in bibliotheca Angelica S. Auguſtini de Vrbe, ex Aſſemani interpretatione Latina, de Verſione iſta ſic ſcripſerit: *Translatus fuit liber hic IV Evangeliſtarum primum quidem in Mabugo diebus religioſiſſimi Mar Philoxeni confeſſoris, ejuſdem urbis epiſcopi.* De tempore autem factæ hujus verſionis idem *Aſſemanus* allegat ſubſcriptionem in calce codicis MS. bibliothecæ regiæ Pariſienſis Syriaci membranacei, continentis Evangelia IV, elegantiſſime ſcripta anno Alexandri 1503. Chriſti 1192. in qua apud *Renaudotium* Tomo II. Liturg. Orient. p. 389 ita legitur: *Hic eſt liber IV Evangeliorum ſanctorum, qui translatus eſt ex Graeca lingua in Syriacam ſtudio exactiſſimo maximoque labore, primo quidem in urbe Mabug ſive Hierapoli anno 819 Alexandri Macedonis, (hoc eſt, Chriſti 508.) tempore S. Philoxeni, confeſſoris & epiſcopi ejuſdem civitatis.* Allegat item *Aſſemanus* auctorem ἀνώνυμον Iacobitam, qui in Profeſſione fidei, MSto codice Arabico bibliothecæ Maronitarum de urbe f. 414 de hac Philoxeni verſione ſcripſerit: *Philoxenus Magubenſis, qui Evangelium in Syriacam linguam convertit. Ejus verſione utuntur, quotquot Evangelium Syriace legunt: Melchitae, inquam, Iacobitae, Neſtoriani, & Maronitae. Nos vero Syri habemus editionem Heracleenſem, a Thoma Heracleenſi elaboratam.* Quibus tamen verbis hæcce *Aſſemanus* ſubdit: *Mentitur Iacobita: nam quatuor laudatae nationes non Philoxeniana verſione, ſed ea, quam* ſimplicem *appellant, quaeque ab Apoſtolorum temporibus in eccleſia Syriaca publicata eſt, utuntur: ſoli Iacobitae editam primum a Philoxeno, deinde ab Heracleenſi correctam verſionem in eccleſia legunt.* Adparet igitur, antiquam ſatis eſſe verſionem Syriacam a *Thoma Heracleenſi* reformatam anno poſt C. N. 616, antiquiorem vero *Philoxenianam*, utpote factam anno poſt C. N. 508: ſed antiquiſſimam eam, quæ *ſimplex* adpellatur, utpote *Ephraemo* Syro jam uſurpatam, & Apoſtolica tempora quam proxime attingentem, hoc eſt, eam, qua hodienum in impreſſis utimur editionibus.

(d) Contrarium, puto, elucebit, tum ex collatione illa verſionis Syriacæ, qua in editionibus hodienum utimur, cum dictis N. Teſtamenti ab *Ephraemo* Syro allegatis, quam inſtitui adnotatione b), tum ex narratione *Aſſemani*, quam proxime antegreſſa adnotatione c) dedi. Confirmatur quod dixi ex eo, quod idem *Aſſemanus* in Indice codicum MStorum Syriacorum, quem Bibliothecæ ſuæ orientali ejuſque Tomo I ſubjunxit, p. 486, adtulit adnotationem Amanuenſis ad calcem codicis Evangeliorum ab Achæo deſcripti, his verbis conceptam: *De quodam pervetuſto Evangelio, quod exſtabat in ſacra eccleſia aedium Romaeorum in urbe Bagdado. Erat quoddam Evangelium Edeſſenum,* (hoc eſt, Syriacum Edeſſæ exaratum) *pervetuſtum quidem, ſed clarum ac dilucidum, ex quo ne Iota quidem*

varietates. Atque hic jam deficiunt orientales eæ verſiones, quas ſine dubio ex Græcis unice codicibus deductas affirmemus.

4) *Armena* facta eſt circ. A. 410. *Res nota eſt*, inquit Gregorius ſcholiaſtes Syrus Pſ. XV, *Armenios, quamvis e Graeco transtulerint, tamen cum* Syriaco *poſtea exemplar contuliſſe ſuum, & illud ſingulis in locis concordans feciſſe.* vid. *Walton.* Proleg. XIII. Etenim *Armenii* Athenas, Byzantium, Edeſſam & Alexandriam dociles miſerunt juvenes, qui multum profecerunt. Eo in numero erant *Moyſes* & *David.* Hi Scripturam ſacram alioſque libros ex Græca & *Syriaca* lingua in Haicanam, ſive Armenam antiquam, transtulerunt. Docet hoc Io. Ioachimus *Schroederus* in Theſauro linguæ Armenæ, in Diſſert. pag. 34. Multis poſt ſeculis ad *Latinam* quoque verſionem *Armena* eſt revocata, ut oſtenditur in Apparatu, P. II ad 1 Ioh. V. 7 ſ. § XXII. Quod ſi *Uſcanus*, Bibliorum Armenorum editor, Latinæ verſioni, ut nonnulli ſuſpicantur, interdum eſt obſecutus; ſi vero etiam ipſa Latina verſio in Armenam linguam A. 1316 translata eſt, uti quidam apud *Iacobum le Long* perhibent: quis Armenam verſionem ſeculi V a citerioribus lectionibus internoſcet? Quis porro ſpondebit, *Maronitas* ſedi Romanæ expeditionum cruciatarum tempore ſubjectos nihil in Syriacos codices, Armeniorum exemplo, ex Latinis traduxiſſe? (e)

5) *Aethio-*

quidem unum delectum fuerat; legebatur autem clarius, quam libri recens exarati, & unus duntaxat prior quinternio prae antiquitate ex eo exciderat. Ad ejus vero calcem ita ſcriptum erat: Abſolutus eſt ſanctus iſte liber feria quinta, die 18 Canun prioris (hoc eſt, Decembris) *anno Graecorum 389.* (Chriſti 78.) *propria manu Achaei Apoſtoli, ſocii Mar Maraei, diſcipuli Mar Adaei Apoſtoli, cujus oratio nobiſcum ſit! Amen.* Omnino probabile eſt, eccleſiam Syriacam, in qua vel nomen Chriſtianorum primum auditum Act. XI. 26, & ex qua evangelium Chriſti quaquaverſum propagatum fuit, Evangeliſtarum & Apoſtolorum ſcripta, quorum canonica auctoritas extra controverſiam fuit, in linguam ſuam converſa jam a primordiis ſuis habuiſſe: & hunc theſaurum nobis ſervari in *ſimplice* illa plerorumque librorum N. T. verſione, quæ hodienum nobis ſupereſt, cui tamen, utut ſatis antiqua, gradu ætatis cedit *Philoxeniana* in epiſtolas ad Ebræos, alteram Petri, poſteriores Ioannis, Iudæque & S. Apocalypſin.

(e) Hanc ſuſpicionem non puto admittendam eſſe. Nam primo *Maronitae*, utut ſedi Romanæ expeditionum cruciatarum tempore ſubjecti, tamen ut verſionem ſuam Latinæ conformarent, vix unquam a clero Romano compulſi ſunt, aut compelli potuerunt; cum & lingua illorum Romanenſibus pro temporum illorum ruditate eſſet ignota, & verſio ipſa Syriaca ante inventam typographiam non typis, multoque minus Romæ, (quod Armenæ & Arabicæ verſioni contigit,) deſcripta, ſed manu, nec niſi ab Syris ipſis, idque in patria re-

5) *Aethiopicam* verſionem ex *Coptica Euſebius Renaudotius*, alii ex Syriaca repetierunt. Romana editio partim ex MS. Aethiopico Græcis congruente, partim, quum id Acta Apoſtolorum mutilata haberet, ex Latinis eſt derivata. (f)

6) *Ara-*

gione exarata fuerit. Deinde Maronitæ particulam tantummodo eccleſiæ *Syriacae*, non vero totam confecerunt. Diffuſa hæc fuit per omnem non modo Syriam, ſed etiam Meſopotamiam, Perſiamque, ad Indiam uſque, quo cruciatæ expeditiones nunquam penetrarunt. Igitur ſi vel maxime *Maronitae* verſionem ſuam ad Latinam caſtigaviſſent, (quod tamen ab illis non eſt factum;) putabimuſne, reliquos *Syros* omnes in gratiam ſedis Romanæ idem facturos fuiſſe? Voluiſſentne aut potuiſſent & Perſæ & Arabes, illi verſionem Perſicam IV Evangeliorum, quæ *Polyglottis Anglicanis* inſerta eſt, hi vero Arabicam in Actus Epiſtolasque Apoſtolorum, quam *Erpenius* edidit, quarum tum hæc tum illa ex Syriaca deductæ ſunt, ad caſtigatam illam interpolatamve reformare? Tum vero mirum foret, cur Syri, ſi quidem Romanenſibus placere voluiſſent, in verſione ſua, quam *Simplicem* vocant, minoris momenti lectiones mutaviſſent, non vero æque & quam maxime reſtituiſſent pericopam illam de muliere peccatrice Ioh. VII, 53 uſque ad c. VIII, 11: dictumque illud de tribus cœleſtibus teſtibus 1 Ioh. V, 7. Atqui de priore loco *Angli* ipſi in Polyglottis notarunt: *Tota haec pericope ſequens, in omnibus exemplaribus Syriacis adhuc editis* (ipſis illis, quæ Viennæ Auſtriæ Widmanſtadii cura, Antwerpiæ per Guid. Fabricium a 1567, a Plantino item a. 1575, & in Opere Regio Hiſp. a. 1620, Pariſiiſque a. 1584, in 4to, & in Opere Heptaglotto *Guid. Mich. le Jay* a. 1645 prodierunt, locis & editoribus Romanenſibus) *deeſt: quam ex inſtructiſſima reverendiſſimi praeſulis* Ia. VſſerI, *archiepiſc. Armachani, bibliotheca depromtam exhibemus.* Quin iidem Angli ex illo ipſo *VſſerI* codice ejuſque margine notam præmiſerunt: *Lectio quae eſt de illa muliere peccatrice, quae* lectio *non eſt in Simplici*, id eſt, in antiquiſſima verſione N. T. Syriaca. Quod vero ad alterum locorum 1 Ioh. V, 7 dictum illud non ab Syris ipſis, multoque minus a Maronitis, in gratiam Romanenſium, ſed a *Tremellio* primum Syriace verſum notis ſuis, deinde vero a *Gutbierio* & *Schaafio* ipſi textui Syriaco illatum eſt: ac adeo de cetero ſinceritati verſionis *Syriacae*, ejuſque *ſimplicis*, præjudicium facit omnino nullum.

(f) *Aethiopicam* N. T. verſionem neque ex *Coptica*, ut vult *Renaudotius*, neque ex *Syriaca*, quod viſum eſt aliis, ſed (ſola ſi excipias Acta Apoſtolorum, ob mutilatum exemplar Aethiopicum ex Latina verſione heic illic ſuppleta) ex originali textu Græco deductam eſſe, non ſolum in Romana editione, verum etiam in Polyglottis Anglicanis; videor mihi eviciſſe in Tractatione critica §. 24-26 plura forte daturus in præfatione ad Cl. M. *Chriſt. Aug. Bodii* verſionem Aethiopicam Evangelii Matthæi collatam cum textu Græco, quæ propediem prodibit.

(g) Se-

6) *Arabicas* editiones ſex commemorat Ven. *Michaëlis;* in his duas *Romanas*, quarum antiquiorem cum *Mareſchallo* non *ſemel* citavi in Apparatu. Ad duas eæ ſex a *D. Michaëlis* revocantur, ita quidem, ut unam cenſeat in editione Romana, in Heptaglottis Pariſienſibus, in Polyglottis Londinenſibus, ex Græcis fluxiſſe; & in *Erpeniana* editione Arabicæ verſionis (quæ A. 1271, non 1171, (g) deſcripta eſt, & in clauſula codicis manuſcripti & menſem & epiſcopum a *Cophtitis* habet, Evangeliſtas item ex *Graecis*, Acta & Epiſtolas ex *Syriacis*, Apocalypſin fortaſſe ex *Copticis*. Et Arabes quidem interpretes, Græca non curantes aut neſcientes, ſequebantur Syros aut Coptos, (h) ſicut Proteſtantium complures ex Germanica potius verſione Lutheri, quam ex fonte Hebræo & Græco libros ſacros transtulere. Romanam Arabicæ editionem quibuſdam in locis ad *Vulgatum* conformatam facile cognoſci, ait Rich. *Simonius*: exempla autem affert *Caſaubonus* in Exx. ad Baron. p. 242. 279, & Ludovicus *de Dieu* ad Ioh. V. 2. (i) Multitudinem verſionum

(g) Secutus fueram computum *Briani Waltoni* in Prolegom. XIV. p. 97, ſed agnoſco errorem calculi, in quem ille me abduxit, & cum Ven. *Bengelio* pro A. C. 1171 repono A. C. 1271: niſi malit quis A. C. 1273 ſecundum ea, quæ *Petavius* tradidit lib. XI. de Doctrina temporum c. 31-34.

(h) Si illud, *Graeca non curantes aut neſcientes*, reſtrictive ſeu determinative capiatur, & ſermo ſit de Interpretum Arabicorum aliquibus tantum, v. g. de Erpeniano, qui Acta & Epiſtolas Apoſtolorum ex Syriaco, Apocalypſin vero ex Coptico textu vertit, nihil habeo quod reponam; utpote quod in Tractatione critica § 74 perſpicuis argumentis demonſtravi: ſin illud, *Graeca non curantes aut neſcientes*, cauſſam dicat, ob quam Arabes interpretes, iique in univerſum omnes, Syros Coptoſve ſecuti fuerint, equidem diſſentio, cum in Tract. crit. § 29 evicerim, Arabicam N. T. verſionem ex editionibus prima Romana, Pariſina & Anglicana, ipſamque Erpenianam in IV Evangelia, ex fonte Græco deductam eſſe, indeque § 31 oſtenderim, in colligendis variis lectionibus invicem diſtingui debuiſſe diverſas verſiones Arabicas; pluresque unius linguæ verſiones non pro una, ſed pro diverſis cenſeri; nec illas conjunctim ſimplicis, ſed unam quamque ſeorſim, ac adeo gemini ternive ſuffragii jus habere.

(i) Cum verſionis Arabicæ editio Romana gemina ſit, una a. 1591 ſeu, quod idem eſt, 1619, altera vero a. 1671, vellem, Ven. *Bengelius* locum adpoſuiſſet, ubi *Simonius* ſcripſerit, *Romanam Arabicae* verſionis *editionem quibuſdam in locis ad Vulgatam conformatam fuiſſe;* ut, num *Simonio* de priore, an de poſteriore editione ſermo ſit, diſpici poſſet. Equidem de poſteriore *Simonium* iſta dixiſſe ſuſpicor, idque ex loco, quem ex ejus Hiſt. crit. N. T. p. 215. in Tractatione mea crit. § 27 adduxi: hanc vero poſteriorem edit. Romanam nullibi pro Variis lectionibus inde colligendis commendavi, immo l. c. diſer-

num Arabicarum ex Græco, ac potius ex Syriaco & Coptico poſt ſermonem Arabicum per Saracenos diffuſum, demonſtrat *Iacobus Le Long*, qui pleraque omnia ad verſiones orientales earumque inter ſe cognationem pertinentia congeſſit, & hanc obſervationem perutilem a *Renaudotio* ad ipſum ſcriptam exhibuit: *Verſiones hujusmodi, quae totam Scripturam continent, non ſunt ab eadem manu, ſed collectae a librariis, qui diverſas ſaepe conjunxerunt, & valde interpolarunt.* (k)

7) *Copticae* & *Arabicae* verſionis cognationem in Apocalypſi recte probat D. *Michaëlis* p. 39 ex eo, quod hæc illam proprie referat. Sic vero etiam conveniunt Luc. XI. 1, ubi pro ἐν τόπῳ τινὶ utraque habet ἐν ἐρήμῳ τόπῳ. Parique ratione aliarum verſionum cognatio perſpicitur.

Syr.

te improbavi. Quodſi vel maxime ſumamus, priorem editionem Rom. ab *Simonio* notatam eſſe, quæritur tamen, quibus exemplis accuſatio ſtabiliri poſſit? Ven. *Bengelius* provocat ad *Caſaubonum* in Exercitatt. ad Baron. p. 242 & 279, qui exempla attulerit: hunc vero evolvens ex edit. Genev. a. 1654, nihil omnino exemplorum ab illo adlatum reperio. Provocat item ad *Lud. de Dieu*, qui in Comm. ad Ioh. V. 2 obſervat, pro *Βηθεσδὰ* in Romana verſionis Arabicæ editione legi *Bethſaida*, *procul dubio* (ſic ait) *in gratiam Vulgati.* Verum hocce exemplum primo eſt ſolitarium, aliis iiſque ſimilibus nullis ſtipatum ab auctore. Ponamus, ſuſpicionem circa hoc unicum exemplum eſſe fundatam, indene tuto argumentabimur, etiam pluribus in locis id attentatum fuiſſe? An concidet indè ſuffragii jus pro variis lectionibus ex Arabica verſione colligendis? Quid vero ſic futurum eſſet de auctoritate codicis Alexandrini, cujus cum Vulgata verſione conſenſum Ven. *Bengelius* arbitrum & normam verarum lectionum fecit? Eum enim non ſemel verſioni Latinæ ſtudioſe conformatum eſſe, in Tract. mea crit. § 100 oſtendi. Caſu potius, quam conſilio, fieri potuit, ut editores Romani *Bethſaida* pro *Betheſda*, notius pro ignotiore, repoſuerint, cum forte MSto exemplari uterentur, in quo nomen illud minus dilucide erat exaratum. Immo quid prohibet, derivare nomen hoc deformatum in ipſum textum Græcum, unde verterat Arabs, cum ſint MSti libri, & ex metaphraſtis Coptus & Aeth. itemque Græcus tractator Theophylactus, qui eandem nomini formam dederunt?

(k) Ipſe *Le Long* ſi inſpiciatur Biblioth. S. Tomo I. p. 111, loquitur ibi *Renaudotius* de verſionibus Arabicis *totius Scripturae* non in toto ambitu ſuo, quatenus ipſum quoque N. Teſtamentum complectitur, ſed determinatiore ſignificatu de tota Scriptura V. Teſtamenti: id quod ex antecedentibus patet, ubi in Alexandrina eccleſia ait legi LXX interpretes, & privatim Arabicam ſecundum eoſdem factam, in Antiochena vero verſionem Syriacam, & privatim Arabicam, quæ ad eam atque ad Ebræum textum, ex quo facta ſit, magis accedat. Igitur ad verſiones Arabicas N. T. trahi non debent *Renaudotii* verba.

(l) Diſpi-

Syr. Armen. Matth. XXVIII, 18. fin. addunt, καθὼς ἀπέσταλκέ με ὁ πατὴρ, κἀγὼ πέμπω ὑμᾶς. Luc. XXIII, 15. ὑμᾶς πρὸς αὐτὸν) αὐτὸν πρὸς αὐτόν.

Syr. Aeth. Exempla ex Matthæo dat *Michaëlis* p. 12. 15.

Syr. Arab. Idem, p. 10.

Copt. Armen. Luc. V, 17. κώμης. v. 39. εὐθέως. Gal. IV, 7. διὰ χριστοῦ. Omittunt his locis ambæ.

Copt. Aeth. Marc. VII, 15. εἰς αὐτὸν) εἰς τὸ στόμα.

Aeth. Arab. Luc. V, 28. ἅπαντας omittunt. Add. Appar. in P. II. Fundam. Crif. Apoc. § XV.

Denique magna conjunctio verfionum eft Luc. XXIV: ubi verfui 36 *Syr. Lat. Copt. Aeth. Arm. Arab. Perf.* addunt, ἐγώ εἰμι, μὴ φοβεῖσθε. Et verfui 43 *Lat. Copt. Aeth. Arab.* nec non *Armen.* annectunt, καὶ τὰ ἐπίλοιπα ἀπέδωκεν αὐτοῖς.

Plura comportare hoc loco non eft neceffe. *Mixtura* verfionum, vt hodie in manufcriptis & in excufis libris fefe habent, fatis perfpicitur. (l)

8) Vtrum fimilitudo major inter eas, an diffimilitudo intercedat, non facile conftitueris: ac *fimilitudo* modo declarata tantam fubinde propinquitatem indicat, ut duarum verfionum altera mater, altera filia, (fic loqui liceat,) vel ambæ forores, vel faltem cognatæ effe videantur; neque *diffimilitudo* duarum verfionum, in locis quamlibet multis, ejufmodi cognationem refutat. Nam interpolationes utrivis fortaffe citra alteram acciderunt, aut una aliqua Verfio in alia aliaque parte N. T. aut Græcum textum, aut Syriacum aut Copticum eft fecuta. Nos confufionem non facimus, fed pridem obortam confufionem circumfpecte notamus, quum dicimus, ægre internofci fæpe numero, quid interpretum quifque ex Græco fonte hauferit, quid ex verfione quapiam trahat.

9) Ad fummam, fi quis ftatueret, *orientales verfiones*, quarum fæpe plures inter fe contra lectionem Græcam hodie in manufcriptis & editionibus remanentem confpirant, primis ætatibus eccleſiæ, feorfum a fe invicem *ex diverfis Græcis codicibus totas effe* deductas, & fine interpolatione ad hodiernum ufque diem propagatas,

(l) Difpiciendum ante omnia, fitne verfio aliqua ex originali textu Græco, an ex alia verfione deducta: fi poſterius; cognatio ambarum verfionum, hoc eft, matris & filiæ, eft manifefta, aut ubi ambæ differunt, collatio utriusque, tum fecum invicem, tum cum textu Græco, diverfitatis cauffam vel in una vel in altera refidentem haud difficulter utplurimum deteget: fin vero prius; ordinarie quidem, & nifi contrarium valide probari queat, præfumitur, cognationem unius cum altera repetendam effe ex fimilibus codicibus Græcis, aut ex locis parallelis potius, quam ex mixtura unius verfionis cum altera.

(m) Argu-

tas, unamque Perſicarum tantummodo, unam Arabicarum pro mediatis haberet: is *lectionem N. T. primis mox temporibus in multis codicibus Graecis ſua ſinceritate orbatam* fuiſſe, neceſſario agnoſcere cogeretur. Id quod *integritati* Scripturæ ſacræ vehementer officeret. (m)

10) Nulla adhuc quidem præcepta generalia de orientalibus verſionibus, quod ad teſtimonia earum invicem ponderanda pertinet, confici poſſunt: quolibet tantummodo ſingulatim loco diſpiciendum eſt, quam vim aut ſingulæ aut binæ habeant &c.

11) Quiſquis autem vel totam verſionem quamcunque vel partem ejus, ex Græco unice fonte manaviſſe, poſthac demonſtraverit, ei gratia erit habenda.

12) Iam huc multa confert Ven. *Michaëlis:* nec me pœnitet, complures verſiones orientales, quaſi *mixtas*, rudiore, neque tamen inconſulto impetu, in unam maſſam confuſam conjeciſſe. Feci id equidem, quo minus erroris in ipſas varietatum Græcarum deciſiones irreperet; (quod me certe conſecutum eſſe intelligo, quum tota tractatio a D. *Michaelis* concinnata ne de unius quidem varietatis majori aut minori pondere ſententiam mutavit meam:) nunc altera accedit utilitas, quod viro huic polyglotto cauſam dedi, negotii, uti publico ejus munere dignum eſt, ulterius in ſua exquiſita tractatione evolvendi. Atque utinam, quemadmodum Syriacam verſionem ſeorſum excuſſit *Io. Guil. Reuſch*; ſic ſingulæ verſiones orientales, id quod in Epilogo Apparatus ſupra citato optavi, a ſingulis hominibus eruditis ita excuterentur, ut (ex deſiderio D. *Michaelis* p. 28 ſcite expreſſo,) *ubi una tantum aut altera verſionum teſtis variae lectionis citatur, reliquas putes pro lectione recepta ſtare, ſecundum illud, Qui tacet, conſentire videtur.* Carptim præclara multa repræſentavit tractatio ejus, innumerarum varietatum per cauſas ſuas oſtenſa inanitate: ſed ad eam demonſtrationem *levioris momenti* diſcrepantiæ præ ceteris accommodatæ reperiuntur. Vtinam idem a ſyntheſi ad analyſin progrediens perpetuam aliquam textuum collationem exhiberet. Me quidem magnopere juvaret, lectionibus Millii, vel mei Apparatus, vel marginis certe mei, varietatem, ut arbitror, *momentoſiorem* complexi, verſionum ſuffragia, ipſa quoque in exemplaribus multum diverſa, & pro textu & pro varietatibus, adjecta videre, ut, quicquid erratum hactenus & prætermiſſum ſit, nunc demum correctum & ſuppletum eſſe conſtaret. Sane quo magis Cel. *Michaëlis*, ſive Pater in *Fridericiana* Academia, ſive Filius in *Georgia*

(m) Argumentum ab invidia ductum, quod diſpuli in Tract. crit. § 1 & 2. Enim vero ſi verſio Latina primis jam ſæculis ſcribarum errore heic illic variari potuit, de qua ſuo tempore *Hieronymus* Præf. in IV Evangelia, Si *Latinis exemplaribus*, inquiebat, *fides eſt adhibenda, reſpondeat, quibus: tot enim ſunt exemplaria paene, quot codices.* quidni & in ipſos Græcos codices potuiſſent irrepere, indeque in verſiones transfundi aliquæ lectionum varietates, ſalva textus ſinceritate?

(n) Ven.

gia Auguſta, quo magis etiam alii literati, verſionibus orientalibus *mixturae* notam abſtergent, eo melius de ſacris literis, me in anteceſſum applaudente, merebuntur. (n)

13) Interim res univerſa in tuto eſt. Deciſio variantium lectionum in eo conſiſtit, ut differentia codicum Græcorum dirimatur: & eam rem conficere in loco poteſt juxta cum patribus vere antiquum vel unius verſionis cujuſpiam ſuffragium. Tum non multum intereſt, utrum verſio v. gr. Perſica, aut Arabica, Novi Teſtamenti aut partis alicujus aut periochæ, cum aliis codicibus orientalibus, aut Latinis, ipſisque Græcis, hinc an illinc olim deducta reputetur, & textum Græcum vel immediate, per congruentiam ſuam cum Græcis, vel mediate, per congruentiam ſuam cum verſionibus immediatis corroboret.

14) Nullus me favor erga conjunctionem verſionis Latinæ cum codice Alexandrino impulit ad pondus verſionis ullius orientalis, ſive plus ſive minus in ea valeam, imminuendum. Iuſtam cauſſam Latinæ potiſſimum verſionis adhibendæ commemorabo in extremo. Orientalibus quoque verſionibus, quod debetur, tribuo in Apparatu P. I, § XXXII, Obſ. XX, Conſid. IV. V &c. quanquam eos codices Græcos, quos & Latinus & orientales interpretes in manibus habuere, multo magis, ſi exſtarent, amplecterer, interpreteſque, qui ex neceſſitate ſurrogantur, ultro dimitterem.

§ VII.

In eodem Apparatu *multa* me *praeteriiſſe*, *nonnulla falſo allegaſſe*, ait Ven. *Michaëlis* p. 28. Reſpondeo: Collationem verſionum omnium neque plenam ac perpetuam promiſi, neque talem, quæ mendis Millii omnibus mederetur. Immo fide illius, aperte, varietates *Aethiopicas*, *Arabicas*, *Armenas*, *Copticas*, nulla ſponſione adhibita repoſui, uti a laude, ſic a reprehenſione in hac parte immunis: nec quæſivi, utrum ex ipſis eas verſionibus, an ex Latinis translationibus deſumtas haberet. (o)

§ VIII.

(n) Ven. Auctori gratam teſtor mentem pro hac ſuæ benignioris de me opinionis ſignificatione. Haud inficior, me inter continuas in N. T. prælectiones ad marginem Millianæ editionis plurima, maximeque ex diligenter a me collatis verſionibus Orientalibus, adnotaviſſe, quæ dijudicandis, illuſtrandis, emendandis, augendis minuendiſve variis lectionibus a Millio adnotatis, inſervire poſſint: num vero & quando, vel ipſe vel Filius meus, deſiderio Ven. *Bengelii* ſatis facturi ſimus, Deo & futuris rationibus noſtris in totum committimus. Ceterum Filius meus in Introductione in libros N. T. quæ ſub prelo adhuc ſudat, § 12 ſeqq. de variis lectionibus aliquam multa, quanquam generaliora, adfert, quæ Ven. *Bengelio*, ſi quando leget, haud diſplicitura eſſe ſpero.

(o) Excuſationem hanc lubenter admitto, quatenus fide aliorum variantes lectiones ex verſionibus Orientalibus adlatæ ſunt: & tamen agnoſcet, ut ſpero,

§ VIII.

Veruntamen *parciorem* me in notandis orientalium verſionum lectionibus fuiſſe, quam Millium, recte ait Ven. *Michaëlis* pag. 43. Fui parcior, (1) quia eas duntaxat lectiones indicandas ex tanto acervo delegi, quæ nonnihil momenti haberent; quo pacto multa verſionum ſeorſum ambulantium putamina præterii: (2) quia variationes grammaticas & idiomata interpretum ac linguarum, quæ S. R. *Michaëlis* p. 45-51. 62. perpulcre digeſſit, fere prætermiſi. *Diligentior* rurſum fui, quemadmodum idem loqui dignatur pag. 43, (1) quia egomet verſionem Syriacam, Latinam, Gothicam, Angloſaxonicam, non perfunctorie excuſſi: (2) quia egregias ex verſione *Coptica* & *Armena* ſuppetias a *Maturino Veyſſiére La Croze* miſſas adjeci; & quidem in iis præcipue libris N. T. vbi hæ duæ verſiones apud Millium in pauſa ſunt: (3) quia *Ludovici De Dieu*, *Thomae Mareſchalli* & aliorum monumenta multorum mihi locorum lectiones orientales ſuggeſſerunt. Neque ulla, ut arbitror, lectio verſionibus orientalibus falſo attributa in meas rationes a Cel. *Michaelis* refertur, quæ non aut apud Millium exſtet, aut mox § 9 aliis præſtanda relinquatur. Vtitur Millius exemplaribus talium verſionum excuſis: alii autem, quos adhibui, manuſcriptos conſuluere codices, qui diſſentire ab excuſis, & tamen bonæ frugis aliquid afferre poterant. Vellem, primo quoque tempore inter opus faciendum diſtincte notaviſſem, quas editionum, patrum, verſionum allegationes quovis loco ex Millio, Millii fide, referrem: quid Ludovicus De Dieu aliique ſat firmi teſtes (quorum ſimilis eſt *Michaelis* ſuppeditaſſent: quid ego per me obſervaſſem. Sed novo id feciſſem exemplo, neque omnia ſimul in mentem veniunt ante experientiam. Sic nullo negotio poſſet ſignificari, per punctula, v. gr. *Aeth.* (ſubaudi, apud Millium:) *Aeth*: (apud Michaelis:) item, *Syr.* (in polyglottis:) *Syr:* (apud Erpen.) Multum profecerint, qui poſthac fideli huic admonitioni auſcultaverint.

§ IX.

Puſillas de SINGVLARIBVS RATIONIBVS ATQVE TEXTIBVS obſervationes in medium huncce conjiciam locum, ad ſeriem paginarum, quas habet Ven. *Michaelis* tractatio.

Pag. 7-17. Eleganter cauſſas explicat variarum lectionum. Voculam aut ſyllabam, *bis legendam*, *ſemel ſcriptam* compluribus locis, *conſilio* potius quam caſui a me tribui dicit p. 8. 10. *Caſui* quoque adſcribo in Appar. P. I, § XIV. At Luc. IX, 49 in ἐκβαλλοντα δαιμονια ſyllabam τα ſemel tantum lego. (p)

Pag. 8.

Ven. Auctor, me nihil iniquitatis commiſiſſe, quod aliquas harum variationum falſitatis argui, ſi verſiones ipſæ, non vero Latinæ illarum verſiones inſpiciantur, Tract. crit. § 21 & 35: etſi concedam, quod ille mox § 9 regerit, ſe fidem aliorum eſſe ſecutum.

(p) Vide tamen, quæ in Tract. crit. p. 10. § 6. b) attuli.

(q) Si

Pag. 8. Pro *βηθφαγή*, *βηθσφαγή* ſcribi ait *ob θ adſpiratum*. Tali ſibilo diceretur potius *βησφαγή*· neque pro ת facile reperias in tam multis nominibus propriis Hebraicis σ ſcriptum. Alluſionem arbitror eſſe ad ſonum Græcum *σφαγή*. Sed hoc leviculum eſt. (q)

Pag. 28 aliquot mihi loca ſeorſum a Millio adſcribit, ubi verſionibus tribuerim lectiones, quæ non exſiſtant. Sed in his loca Matth. XXVIII, 28. Ioh. XIV, 9. Apoc. XIX, 3 Milliana ſunt. Matth. XIX, 16 præeuntem habui *Saubertum*: eundemque citavi ad c. XXVI, 70: quanquam typothetam ejus hallucinatum ſuſpicor. Matth. XVIII, 7. Marc. VI, 23. c. X, 21. c. XII, 4 eos, quos ſupra memoravi, ſum ſecutus.

Pag. 30. Luc. XV, 30 illud *σοῦ τὸν βίον* in *Latino* factum eſt *ſubſtantiam ſuam*, ubi *ſuam* (pro *tuam*) ex allitteratione ad *ſub* in verbo *ſubſtantiam* per feſtinationem interpretis aut pervetuſti librarii exſtitiſſe, vix dubitari poteſt. Sic vero habet etiam *Copt.* (r) Aliis quoque locis cum *Latinis* cod. congruunt *Coptici*, aliqui certe. Vid. Appar. ad Matth. XX, 7.

Pag. ead. Act. VIII, 12. quanquam, pro *καὶ ἐν*, *in* habent *Lat.* aliqui & *Syr.* tamen, hoc non a *Latino* ad *Syrum* perveniſſe, aſſentior. Apud Syros alibi quoque commutatur ἐν cum *in*, uti apud Latinos.

Pag. 34. Apoc. XVII, 8 verbum *παρέσται Lat.* non legit, certe non ſeorſum ab ὧδε expreſſit: & quum *Aethiops* illud omittit, *Latinum* ſecutus cenſeri poteſt, uti Matth. XI, 23 *μὴ* pro *οὐ*. (s)

Pag. 44. Matth. XV, 3 negavi in *Aeth.* reperiri *καὶ* ante *ὑμεῖς*. Sed idem *Grabium* ducem citavi. (t)

Pag. 46.

(q) Si Ven. Auctor audiviſſet natos Græcos pronunciantes τὸ Θ in voce Βηθφαγή, credo, non adeo improbabilem habuiſſet conjecturam meam de voce hac in Βηθσφαγὴ ex ore dictitantis errore auditus converſa. Hybrida vox eſſet, ſi ex Ebr. בֵּית & Gr. *σφαγή* componeretur. Sic *Erpenius* Gramm. Arab. p. 2. quartam Arabum litteram, quæ τῷ Θ & *Thau* Ebræorum raphato ex aſſe reſpondet, per *Thſe* expreſſit. Nec tamen abnuo, leviculum hoc eſſe.

(r) Potius illud *ſubſtantiam ſuam*, pro *tuam*, eſt ex v. 13.

(s) Generatim Aethiopia, cum nunquam Romanis ſubjecta, ab imperii vero Romani finibus remota ſatis fuerit, Latinæ linguæ ignara, non præſumitur verſionem ſuam vel adornaſſe ex Latina, vel ei conformaſſe.

(t) Et hunc tamen ignarum Aethiopiſmi, falſum ab interprete Lat. viciſſimque fallentem.

Pag. 46. Marc. VIII, 25 πάντα habet *Cant.* ἅπαντα alii cod. Gr. Vtri lectioni hanc illamve verſionem adjicerem, nil referebat, quanquam non ſine ulla cauſſa eas diremi. Sic ſolutum erit, quod Cel. *Michaëlis* hoc loco quæſivit. (u)

Pag. 50. Apoc. XVIII, 20: *Exulta -- coelum.* Hoc *Syrus* non niſi plurali numero exprimere potuit: neque inter variantes, ut puto, retuliſſem, niſi *Latini* quidam haberent, *Exultate -- coeli.* (x)

Pag. 57. Ioh. VII, 8 non diſſimili ratione *Chryſoſtomo*, qui non ὄυπω, ſed οὐ πῶ habet, *Syrum* & *Arabem* adjunxi, quos ὄυπω æque legere potuiſſe, Ven. *Michaëlis* perite monet.

Pag. 66. Omittunt aliquid, in Matthæo, c. II. 18, verſiones ſex, cum duobus tribuſve codicibus Græcis, ſed latinizantibus: c. XV. 31, verſiones ſex, ſine Græcis: c. XXIII. 4, quatuor (& Itala, ſi Prolegomena Millii probanda ſunt,) ſine Græcis. Cauſſam omiſſionis, quæ in interpretationes, ac non in Græcos codices conveniret, eſſe cenſui *difficultatem interpretandi ex minore verborum copia* ortam. Alienam hanc eſſe cauſſam cenſet Ven. *Michaëlis.* Qui veriorem, omnibus hiſce locis congruentem, attulerit, ei aſſurgam. (y) Luc. XVII, 10. ἀχρεῖοι omiſit *Aethiops: difficultate*, inquam in Apparatu, *interpretandi.* Inſtat Cel. *Michaëlis: Vix crediderim, quum Matth. XXV, 30 idem* Aeth. τον ἀχρειον δουλον *verterit*, malum ſervum. Reſp. Apud Lucam ſic vertere haud ſcio an potuerit, ubi notantur *inutiles ſibi*, quales per ſe ſunt omnes ſervi. (z)

Pag. 77. *Hoc ſe vix capere* ait Ven. *Michaëlis*, *quod aſſeram*, *Perſicas lectiones, a Syriacis differentes, excellentem redolere antiquitatem.* Sermo meus non erat univerſalis, ſed indefinitus: ac preſſe loquebar ns de lectionibus, ubi Perſa, Syriacæ alioqui interpretationis interpres, a ſolo Syro, cetera hodie documenta relinquente,

(u) Hanc ſolutionem dubii a me moti non capio.

(x) Et tamen, cum Latini non omnes, ſed tantum aliqui pluraliter legant, *Exultate-coeli*, Syri vero ex idiomate linguæ ſuæ non poſſint aliter quam plurali Numero efferre, ſi vel maxime vellent; exemplo hoc condocemur, cavendum eſſe, ne, ubi Syro cum Latinis, & multo magis cum horum tantummodo aliquibus conveniunt, inde Syriacam verſionem Latinæ conformatam eſſe ſubſumamus.

(y) Atqui cauſſam omiſſionis non eſſe penuriam linguarum, in Tract. mea critica l. c. ſatis clare oſtendi. Sed & veriorem contra ſubſtitui, ſaltem in primo locorum quæſtionis Matth. II. 18, repetens omiſſionem ex parallelo Ier. XXXI, 15. Idem dicendum habeo de altero locorum Matth. XV, 31: coll. eum c. XI, 5: nec non de tertio Matth. XXIII, 4. coll. cum Luc. XI, 46.

(z) Reſpondeo: Si Aethiops Luc. XVII, 10 ἀχρεῖοι non potuiſſet vertere *malos*, ut Matth. XXV, 30: vertere tamen potuiſſe: *qui non utiles ſunt*, ut Philem. v. 11 ex Græco ἄχρηστος, & Tit. III, 9 ex ἀνωφελὴς, vel: *in quibus nulla eſt utilitas*, ut Ebr. VII, 18.

te, differt. Talibus in locis germanam antiqui Syri, non interpolatam lectionem, Persa habuit olim atque reddidit.

Pag. 98. *Velesianas* lectiones penitus latinizare, copiose demonstravi in Apparatu P. I. § XXXIX, n. 4: eumque dixi, *oppido rara esse exempla, quae* POSSINT VIDERI *dissimilia*, (*similia* recusum est, alieno sensu, in tract. *Mich.*) *quae non neglexerim:* eo consilio Notas ad 1 Cor. XV, 29 (ubi lectionem Velesianam ex N. T. Oxon. A. 1675 retuli,) & ad 1 Petr. III, 8 pro *exemplo* allegavi, ne quid iis, qui antehac *Velesianam* illam farraginem aliquid esse putabant, *neglexisse* viderer. Nil dicam de aliqua duntaxat etiam Venerandi *Michaelis* in Velesium indulgentia § 88 in extremo.

§. X.

Reliqua est codicis ALEXANDRINI Græci & versionis LATINAE vulgatæ consideratio. *Patrum* allegata promiscua cedunt versionibus, immediatis præsertim; versionibus autem codices mere Græci longe præstant, ubi tria hæc documentorum genera separatim spectantur: id quod præclare demonstrat Cel. *Michaelis.* Sed ubi ipsi codices Græci aliud, etiam utrinque liquidis versionum patrumque suffragiis stipati, exhibent, ibi criterium veræ decisionis, in quo acquiescamus, nondum habetur expeditum. In Apparatu critico P. I. § XXXII Observatio V hæc est: *Alexandrini codicis & Latinae versionis collatio, unam brevissimam, certissimam, facillimam decidendi rationem partim per se ministrat, partim ad eam deducit.* Hic *scrupulos fatetur* Ven. *Michaelis* p. 110 *adhuc superesse, qui plenarium ipsius adsensum quodam modo suspendant.* Ego autem observationi illi continuo subjunxi declarationem: *Ex omni monumentorum genere, unde variae lectiones petuntur, duo quaedam juverit desumsisse, videlicet Graecum* ALIQVEM *codicem excellentem, & versionem* ALIQVAM *insignem: & codicem quidem*, Alexandrinum *potissimum; versionem*, Latinam &c. Non recusavi, quin & pro *Alexandrino* alius codex mere Græcus sumeretur, (quod ipsum iis in partibus, ubi Alexandrinus mutilatus est, facere cogimur;) & loco versionis *Latinae* alia versio, vere antiqua, adhiberetur: quanquam etiam *Rich. Bentleius* summam desideratissimæ suæ editionis Novi Testamenti in concentu Latinæ versionis cum Græcis codicibus, atque adeo cum *Alexandrino* potissimum, repositam habuit. Qui breviorem, certiorem, faciliorem decidendi rationem, aut aliud par testium ad eam rationem aptius eruerit, is rem valde utilem & valde optandam præstiterit. Equidem de *Alexandrino* & *Latino* non solum causas sententiæ meæ indicavi, sed etiam limitationem exceptionemque legitimam adjunxi. INSTRVMENTVM, inquam, *ad* INITIA *discussionis aptissimum, & quasi discerniculum perpetuum erit* Alexandrini *codicis*, & Latinæ, *praesisine, versionis* COLLATIO. Appar. P. I. § XXXII. *Antiquitatem Codicis Alexandrini B. Io. Henr. Schulzius dissertatione Halae 1739 in lucem emissa vindicavit, & novo argumento comprobavit*, ut Cel. *Michaelis* tractatio narrat in extremo. De comparatione ejus cum Romano sive Vaticano agit Appar. P. II. ad Apoc. XXII, 21. Non tamen desunt loca, ubi *cod. Alex.* seorsum ab interprete *Latino* erret, ex optimis codicibus minus accurate descriptus; quemadmodum etiam *Latinus* interpres seorsum a *cod. Alex.* sæpe errat.

rat. Sed talia loca nihil impediunt: neque a vitiis, quæ ſinguli codices habent, ad fidem duobus, pluribus, univerſis adimendam IVSTA ET INNOXIA eſſet conſequentia. Menda v. gr. utrivis illorum duorum teſtium propria poſt diſceſſionem a communi ſtirpe demum exorta ſunt: ubi conſentiunt, propior eſt cum ſtirpe communi conjunctio, major antiquitas, auctoritas ponderoſior. Eas fere lectiones conjunctim ignorant *Al.* & *Lat.* quæ per rationes a Cel. *Michaelis* pag. 7 ſeqq. deductas repulſam ferunt.

§ XI.

Opus omnino fuerit circumſpectione, ut ne, ubi Vulg. & Alex. *ſoli incedunt, illorum lectionem pro genuina temere adſumamus.* Sic concludit tract. pag. ult. Reſp. Eadem eſt mea ſententia. *Collatio*, inquam, non *conſenſio*, decidendi rationem partim *per ſe miniſtrat*, ubi conſentiant; partim *ad eam deducit*, ubi inter ſe diſſonant: utrumque videlicet, aliis documentis idoneis vel ad utrumque vel ad utrumvis eorum adjectis. Rem ſatis gravem repetam, cum diſtinctiore explicatione.

Obſervatio I. *Lat. in textu excuſo & Alexandrinus valde inter ſe congruunt.* Id totus utrinque tenor confirmat.

Obſ. II. *Saepe etiam cum cod. Alex. congruunt MSS. Latini.* Exempla in Apparatu critico multa occurrunt, quippe qui recognitionem totius propemodum Vulgatæ in tranſitu exhibet. Porro in præſenti, dum hanc ipſam diatriben ſub manu habebam, duos codices Latinos MS. membranaceos Vir Celeberrimus, *Io. Georgius Schelhornius*, ultro ad me miſit, quorum alter Evangeliſtas, alter, longe præſtantiſſimus, ceteros libros N. T. complectitur. Multa ſunt loca N. T. ubi hi duo MSS. juxta cum aliis, vel etiam præ aliis, ab excuſo textu Latino abeunt, & ad codicem Alexandrinum Græcum ſe recipiunt. Exempla affero.

Matth. XXV, 44. ἀποκριθήσονται habet *Alex.* ſine αὐτῷ· & , *reſpondebunt*, MS. ſine *ei*, quod additur in excuſis.

Ioh. VIII, 54. ὅτι Θεὸς ἡμῶν ἐστι refert *Alex.* inde, *quia Deus noſter eſt*, MS. ſed, *quia Deus veſter eſt*, edd. uſitatæ.

Act. XXIV, 6. 7. 8. Tertulli ſermo contractior eſt in *Alex.* & in MS. Lat. quam in edd.

Rom. IX, 32. γὰρ omittit *Alex.* & MS. Lat. ſed *enim* habent edd.

1 Cor. VII, 39. γυνὴ δέδεται *Alex.* & ſic, *mulier alligata eſt*, MS. ſed *legi* addunt edd.

Philem. v. 2. ἀδελφῇ *Alex.* unde *ſorori* MS. *ſorori chariſſimae* edd.

Hebr. II, 14. αἵματος καὶ σαρκὸς *Alex.* inde, *ſanguini & carni* MS. manu prima: *carni & ſanguini* edd.

1 Petr. I,

1 Petr. I, 23. εἰς τὸν αἰῶνα non habet *Alex.* neque MS. *Lat.* Habent autem edd. *in aeternum.*

Apoc. XVIII, 17. ὁ ἐπὶ τόπον πλέων, *Alex.* & sic, *qui in locum navigat*, MS. manu prima : *qui in lacum nav.* edd.

Hæc sufficiant pro instituto nostro : nam specimen damus, non recensionem. Neque hic decernimus, quæ sit horum locorum genuina lectio : tantummodo probamus, *Lat.* & *Al.* inter se congruere, etiam ubi id nondum apparuerit.

Obs. III. *Al. & Lat. raro soli incedunt.* Hoc patet, si excerpta codicis Alex. a litteratis singulari studio producta, & Latinæ vel editionum vel manuscriptorum lectiones quælibet evolvantur.

Obs. IV. *Vbi soli incedunt, a genuina lectione aberrare videntur.* Nullo autem, quod meminerim, in loco, ubi soli incedunt, lectionem eorum pro genuina adsumsi.

Obs. V. *Sed tamen, ubicunque inter se congruunt, perantiquam lectionem, sive sincera sive aliena sit, referunt.* Consensio hujusmodi docet, neque cod. Alexandrinum propria quadam hallucinatione laborare, neque Latini interpretis lectionem citerioribus demum temporibus esse invectam.

Obs. VI. *Cod. Alexandrinus ad Latinam quidem lectionem alicubi conformatus deprehenditur : sed hujus generis loca neque multa sunt, neque nobis officiunt.* Præcipua D. *Michaelis* exceptio hæc est : *Suspicione non caret*, codicem Alex. *alicubi, ubi a reliquis codicibus Graecis abit, & e contrario* Latinæ versioni aut *Latino-Graecis consonat, veteri Latinae (cujus magna jam olim fuit auctoritas, eo quod occidentales ecclesiae illa uterentur) adcommodatum esse.* pag. 110. At exempla, quæ collegit, ejusmodi sunt, ut prima mutatio *plerumque* in Græcis fuerit proclivior, *aut* æque proclivis ; *raro* autem in Latinis proclivior. Tertii generis exemplum adjiciam ex Ap. V, 6. τὰ ἀπεσταλμένα· Lat. *missi (Spiritus:)* & Alex. ἀπεσταλμ. οι. Secundi, 2 Cor. III, 13. τέλος· Alex. πρόσωπον· Lat. *faciem* : ex allitteratione ad præcedentia. Primi, 2 Cor. XII, 19. πάλιν· pro quo Al. παλαι, & porro Lat. *olim.* Meum quoque animum pridem hæc suspicio tetigit, Alexandrinum ex Latino aliquid trahere : sed in eo genere satis parcum esse, comparatio cum Græcis certo latinizantibus evincit.

Obs. VII. *Vbi reliquae codicum Graecorum, patrum, metaphrastarum copiae divisae sunt, ea pars vincit, cui consensio Al. Lat. palmam antiquitatis tribuit.* Ibi enim alia documenta, Græca præsertim, evincunt, codicem Alex. non latinizare ; & vicissim codicis Alex. antiquitas documenta illa ceteroqui minus antiqua fulcit.

Obs. VIII. Quod si *Copticam* versionem, antiquitate insignem, cum suis varietatibus tam plene & copiose & liquido discussam haberemus, ea cum alio Græco idoneo codice Asiatico, mea pace, in locum versionis Latinæ & codicis Alexandrini substitui posset, similique ratione adhiberi.

Obs.

Obſ. IX. *Veruntamen ad cauſſas, cur Latinam potiſſimum verſionem cum Graeco aliquo codice primario conjungendam arbitrarer, hanc adjeci, quod Latina verſio ſola in occidente a pleriſque omnibus intelligeretur.* Pertinet hoc unice ad ANIMAS lectorum imbecillas & ſuſpicaces obvio parabilique ſubſidio PACANDAS, qui orientales verſiones conſulere non poſſunt. *Eraſmus* (ut de *Complutenſibus* & *Stephanis* nil dicam) nullos niſi Græcos Latinoſque codd. N. T. & patres in promtu habuit: & tamen partim Græcum textum commode recenſuit, partim in annotationibus ſilvam ei limando utilem congeſſit. Poſtea paullatim acceſſerunt orientalium verſionum ſuffragia: quibus verum pretium libenter ſtatuimus, quum eæ genuinam lectionem Græcam ſuo conſenſu firmant, diſſenſu non frangunt.

Obſ. X. *Ab iis locis, ubi Al. & Lat. conſentiunt, progreſſus fit ad reliqua, ubi inter ſe diſſonant;* eaque rurſus lectio palmam obtinet, in qua aut *Latinum* alii codices Græci præ Alexandrino, aut *Alexandrinum* aliæ verſiones præ Latina, & utrumvis alii teſtes idonei defendunt. (aa)

§ XII.

Quæ cum ita ſint, facile conſtabit, haud temere conſenſui codicis Alexandrini & verſionis Latinæ, in perveſtiganda genuina lectione N. T. non omnia, ſed tamen multa tribui: neque egomet video, ecquid ſolidius alii, qui ipſas deciſiones meas prætereunt, (nam Cel. *Michaelis* hac in parte intactum me relinquit,) producere queant, quo genuinam lectionem textui per typographos propagato vel propitiam vel adverſam vindicent. Hac de re obiter, nec tamen inepte, aliquid dicam. Paucis abhinc annis *Gottfridus Chriſtianus Rothius*, qui Homilias D. *Franc. Iulii Lütkenii* in Epiſtolam S. Iudæ ſuis obſervationibus ſtipatas edidit, criſin meam ad

(aa) Declaratio hæc Ven. *Bengelii* de collatione interpretis Latini & codicis Alexandrini, ad genuinam N. T. Græci lectionem firmandam, ulterius expendi meretur. Placet in præſenti, primo, quod Ven. A. non recuſat, quin & alius codex mere Græcus pro Alexandrino, & alia verſio vere antiqua pro Latina, adhibeantur: quare enim ex codicibus Græcis *Vaticanus*, & ex verſionibus *Syriaca ſimplex*, a ſuffragii jure excluderentur? Placet item, quod mecum conſentit, ut ne, ubi Latinus interpres & codex Alexandrinus ſoli incedunt, illorum lectionem pro genuina temere adſumamus, ſed alia inſuper documenta idonea vel ad utrumque vel ad utrumvis eorum adhibeamus. Tum vero placet, quod, ubi Latinus interpres & codex Alexandrinus ſoli incedunt, a genuina lectione aberrare illos judicat. Denique placet, quod Ven. Auctor ipſe mecum ſuſpicatur, codicem Alexandrinum aliquid (quanquam parcius, quam codices Græcos latinizantes) ex Latino traxiſſe. Atque ſic finem his adnotatiunculis impono, gratulaturus mihi, ſi Ven. *Bengelio* candorem meum probavero, & ad tuendam N. T. Græci ſinceritatem, quæ utrique noſtrum curæ eſt, nonnihil contuliſſe viſus fuero.

ad illam epiſtolam non ſemel perſtrinxit. Nuper Cel. D. *Heumannus* in præfatione ad partem alteram N. T. ſui Germanici *cenſuit cum B. Wolfio*, (cui tamen in *Gnomone* ſatisfeceram,) *pleraſque mutationes in Apocalypſi a me factas, haud eſſe neceſſarias.* Et *Annales Theologici* ad A. 1738 ſummam eorum, quæ antehac (*in den Früh-aufgeleſenen Früchten*) contra N. T. Gr. cura mea recognitum prolata fuerant, ſine mentione Reſponſionis meæ repetierunt. Omnibus locis me defendunt *Al. Lat.* cum reliqua antiquitate: uberioremque defenſionem adornatam habeo, vernaculo ſermone, quo utuntur diſſentientes; ſed haud ſcio, an eam emitti opus ſit. Ea eſt jam annorum curarumque mearum ratio, ut tales diſquiſitiones, per ſe non aſpernandas, aliis relinqui oportere exiſtimem.

§ XIII.

Alexandrino codice & interprete *Vulgato* cum aliis textibus ita, ut dixi, conjuncto, obtinetur DECISIO, tanquam finis, cujus cauſſa omnis labor codicum, interpretum, patrum excutiendorum ſuſcipitur, ut non ſolum cumulatiſſima inanium varietatum *palea* diſpellatur, ſed etiam pretioſiſſimæ genuinarum lectionum *gemmæ*, a diuturno ſitu liberatæ, nitori ſuo reſtituantur, & in uſum eccleſiæ producantur.

§ XIV.

Quapropter a doctrina & candore Ven. D. *Michaelis* aut meliorem decidendarum variantium lectionum methodum mihi, aut *plenarium* jam *aſſenſum* methodo meæ, cujus limites apertius impulſu illius deſignavi, polliceor: ac, ſive hoc, ſive illud a viro exercitatiſſimo impetrabitur, copiarum noſtrarum conjunctionem ſpero utilem fore ad tuendam N. T. Græci, quæ utrique noſtrum curæ eſt, ſinceritatem.

TANTVM.

APP. CRIT. P. IV.

N. XII.

ADMONITIO

EDITIONI MINORI N. T. GR.

A. MDCCLIII ADIECTA.

SVMMARIVM.

In exemplaribus N. T. Gr. *internus* potiſſimum nitor ſpectandus. § 1.

Meta laboris critici. § 2.

Idea fructuoſæ recenſionis. § 3.

Editionis *hujus* ratio. § 4.

Differentia ejus a præcedentibus, ac potius *convenientia* cum illis; ſpeciatim, in *diſtinctionibus* majoribus ac minoribus, in relativo & reciproco ΑΥΤΟΥ, in *lectionibus* marginalibus, in locis *parallelis*, in ipſis *textus* verbis. § 5.

Mentio *Clavicularum* N. T. § 6.

§ I.

Abundat ætas noſtra, divino, *utinam* diutino ac perpetuo beneficio, editionibus Scripturæ, præſertim Novi Teſtamenti, etiam Græci. Summa omnium utique exemplariûm non poteſt non eadem eſſe: ſed *acceſſoria*, quæ ſuum quoque pondus habent, non ſunt eadem. *Editores* multum paſſim, quod videlicet ipſis placitum eſt, & quod placiturum aliis putant, pollicentur; ſed prudentes, quid revera abs quovis eorum præſtetur, diſpiciunt: *emtores* elegantes ſpecie libri externa capiuntur, quæ, quoad poteſt, ab honeſtis editoribus curatur: *lectores* veri, interiorem nitorem multo magis requirunt. Ac talem te, *Lector*, mihi propono.

§ II.

Meta totius laboris mei critici eſt hæc, non ut alius fiat textus, quem non nulli ſperare aut timere videbantur, ſed ut obvii textûs ſanitas firmitudoque, pauculis gemmis, quæ obrutæ jacuerant, poſtliminio reſtitutis, quam exploratiſſima tibi præſtetur.

§ III.

Minutiſſima quæque excutere in Apparatu critico dignati ſemel ſuimus. Eo enim magis iis, qui ſua intereſſe putant, probamus, nil ponderoſius nos fugiſſe. In præſenti autem, quid editio N. T. Græci, quotidianis omnium uſibus apta, habere debeat, exponam.

1. *Non debet merum unius cujuſpiam editionis priſtinae textum referre, ſed omnium veterum codicum exhibere* frugem, ſine palea.

2. Sine palea, *inquam. Pleno enim volumine totam farraginem variantium lectionum, etiam in minutiſſimis, contineri expedit, in uſum criticorum: ſed communia exemplaria multitudinem lectorum fas non eſt iis turbare diſcrepantiis*, quæ a codicibus nil auctoritatis, nil momenti a re ipſa habent.

3. Frugem *vero omnem repraeſentare debet, ita, ut quaſvis lectiones, quae ſaltem aliquid in receſſu habere* poſſint, *aut in textu aut in margine referat, judiciumque lectori & expeditum offerat, & liberum reſervet.*

4. Sectiones majores, *quas legitima diſcernit analyſis, conſpicuis quibuſdam intervallis dirimi, ſed* periodos, cola, commata *inter ſe connecti decet, ut ſententiae tenor quam commodiſſime percipiatur.*

5. Inter-

5. Interpunctiones, accentus & ſpiritus, *in quibus magnum perſaepe pondus ineſt, ita conſtitui debent, ut ipſi verborum ſenſui reſpondeant: ab aliis numerorum, literarum, aſteriſcorum notulis textum quam maxime immunem relinqui*, & abbreviaturas, *quas vocant, intricatiores arceri convenit.*

6. *Textus requiritur quam* emendatiſſimus, & Errata, *ſi quae ſunt, ita indicanda ſunt, ut ne tirones quidem quidquam impediat.*

Iuſtas eſſe has atque ſufficientes leges, facile agnoveris. Ad eas quilibet, quem deligendi exemplaris cura tangit, quamlibet editionem ſibi oblatam, vel per ſe vel per alios, ſi ſapit, examinabit. Aliena non vitupero; mea non oſtento.

§ IV.

Tertia duntaxat haec eſt editio N. T. Graeci, quae me approbante pro mea ex toto habenda ſit. Nam *prima* quidem exiit Tubingae A. 1734, cum illo, quem dixi, Apparatu; & *ſecundam* poſtea, minori volumine, ſine Apparatu, Stutgardia tulit: quae autem aliis locis excuſae me reſpiciunt editiones, eae partim ad duas haſce vel in textu, vel in ſectionibus, vel in criſi, ſunt conformatae, partim in alia omnia iverunt.

§ V.

Cum duabus illis noſtris majorem haec *tertia* convenientiam habet, quam differentiam: quare priſtina praefatio nunc quoque proderit. Librorum epiſtolarumque in partes majores & minores diviſionem ad tabellas *Gnomonis* interim emiſſi ſynopticas propius conformavi. Majorem ſubinde partem deſignat ſpatium lineas dirimens; minorem, ſpatium in ipſa linea: cum aliqua imitatione illarum diviſionum, in Pentateucho hebraico, quarum alia *Paraſcha* ſive ſectio dicitur *pethucha*, aperta, alia *Sethuma*, clauſa. apud *Buxt.* de abbrev. hebr. p. 163.

Accentus, ſpiritus, interrogationes, interpunctiones, & in his parentheſes, raro mutare neceſſum habui: neque enim cupidiores quorundam mutationes ſecutus ſum. Magnum hodie quidem ſtudium a literatis hominibus in parentheſes impenditur: neque mediocris earum eſt utilitas, ſi veros ſententiarum limites deſignent: ſed eaedem, alienis locis intruſae, multa turbant. Porro parentheſes per commata, & magis per cola (ſine novo ſigno, Graecum textum non melius, quam Hebraeum decente, quod praeſentem hanc interpoſitionem Latinam ſibi incluſam habet,) notari poſſunt: id quod mihi quidem curae fuit.

Relativum αὐτοῦ, αὐτῆς, & reciprocum ἑαυτοῦ, ἑαυτῆς κτλ. ſunt, qui accentu leni aſperoque diſtingui oportere dictitent. At reputare debebant, reciproca ſuffixa apud Hebraeos non alia eſſe atque relativa, & inde ſcriptores N. T. Graeci conſtantiſſime ſenſu reciproco ſcribere ἀπ' αὐτοῦ (vel ἀφ' ἑαυτοῦ, nunquam ἀφ' αὐτου) & ſic ἀπ' αὐτῶν, ἐπ' αὐτῆς, ἐπ' αὐτῷ, ἐπ' αὐτῇ, ἐπ' αὐτὸν, ἐπ' αὐτοὺς, μετ' αὐτοῦ, μετ' αὐτὸν, μετ' αὐτῶν· neque ullum exemplum diſſimile in

toto N. T. exſtare. In pronunciatione apoſtolicum morem præ recenti fas eſt imitari : ſed quia in αὐτοῦ reciproco non modo tirones, ſed etiam viri valde docti adhæreſcunt, ἀυτοῦ iis fere locis, ubi Stephanorum editiones ſic habent, excudendum curavi ; idque cordatiores non pro norma pronunciationis, ſed pro adjumento interpretationis, velim, habendum meminerint.

Marginis lectiones religioſe retractavi, aliis deletis, aliis ſuppletis, aliis aliter æſtimatis. Nam quæ interjecti bene longi temporis ſuppeditavit uſus, ea haud plane ſupprimi, ſed ante obitum promulgari oportere cenſui. Qui priori editioni minori aſſuevit, is differentias hujus, nullo negotio, proprio fructu, in illa notabit. Nolim, aſſiduitatem meam criticam, in exactiore regularum mearum applicatione occupatam, pro putida haberi. In translationibus faciliores eſſe poſſumus, ſed inveſtigationi fontis Græci, ad quem perfugium datur ultimum, non poteſt cura nimium religioſa impendi. Commodum ſit pleriſque, obvio quovis typographo niti : ego antiquiſſimum quidque pro vero & neceſſario amplector & exhibeo.

Loca parallela, præ ceteris evolvi ſolita, id eſt, quæ ad Evangeliſtarum mutuum, & Novi Teſtamenti cum Veteri concentum pertinent, ex majori editione repetiimus. *Textus* verba, quod præcipuum eſt, eadem plane ſunt in hac editione, quæ in duabus ſuperioribus.

§ VI.

Quemadmodum illas ſtipavit Apparatus criticus, & ſubſecutæ Defenſiones, hinc *timiditatis*, inde *temeritatis* crimine depulſo, idoneos talium rerum arbitros conciliarunt : ſic tertiæ huic prælidium quoddam ſive ſatellitium, ſi quid adverſi etiam nunc immineret, deberi viſum eſt. Seorſum videlicet excudetur typis, calamo jam cuſa, *Clavicula N. T. Gr. ex iterata* hacce recognitione *editi* : quæ & *generalia* fundamenta criſeos N. T. ita repetit, ut noviſſimæ exceptiones præcidantur, & ad multa *ſingulatim* loca N. T. reſiduis unius alteriuſve eruditi viri oppoſitionibus ſatisfacit, alienaſque correctiones, meaſque curas ulteriores adjicit. * Quo pacto & libertati, quam mihi ſemper reſervavi, & firmitudini tale ſcrutinium decenti conſulitur. Vale, &, ſi e re tua eſſe intelligis, utere.

* Vide mox num. XIII. Quæ ad multa *ſingulatim* loca N. T. in *Clavicula* poſuerat b. Auctor, ea nos in hac *Apparatûs critici* nova editione ad ſingula loca, in P. II Appar. illico retulimus.

APP.

APP. CRIT. P. IV.

N. XIII.

D. IOHANNIS ALBERTI BENGELII

CLAVICVLA

NOVI TESTAMENTI GRAECI

EX

ITERATA RECOGNITIONE

NVPER EDITI.

LIBELLVS POSTHVMVS.

1754.

§ I.

Non Clavem Novi Teſtamenti univerſe ſpectati, quæ longe prolixior eſſet commentatio, ſed *Clavicvlam* editionis noſtræ ejuſque iteratæ pollicetur hujus libelli titulus.

§ II.

Priſtinæ Præfationi ad editionem N. T. græci minorem jam adſperſi nonnulla, ſed complura inſuper alia monere neceſſum habeo.

§ III.

Curæ meæ, non ſane mediocres, quas in N. T. græcum impendi, varie, ut fit, acceptæ ſunt. Alia judicia fuere propitia, alia infenſa. Hæc majorem ſtrepitum dederunt: illa longe frequentiora & ponderoſiora fuiſſe, demonſtrari poſſet, ſi oſtentatio valeret. Adverſariis, qui ipſi inter ſe ſciſſi me partim timiditatis, partim temeritatis accuſabant, non ſemel reſpondi. Exſtat Defenſio N.

T. primum cum Harmonia Evangeliſtarum A. 1736 Germanica, deinde Latine ſeorſum edita 1737. Exſtat altera apologia, A. 1739 bis, tertium Vlmæ A. 1745 hoc adornata titulo: *Noethige Antwort auf dasjenige, was etliche Gelehrten wider das von ihm revidirte, griechiſche Neue Teſtament vorgebracht haben. Der heil. Wahrheit zu Steuer abgefaſſet.* Recentiores Declarationes acceſſere, quas exhibet Gnomon Præf. § 8. 9. 10 & pag. 1202. 1340 ſeqq. Ed. II. *Nachleſe bey den Sechzig erbaulichen Reden über die Off. Io. p. 1301. Bekräfftigtes Zeugniſs der Wahrheit* pag. 32. 47. 153. 194. & demum *Tr. de Sinceritate textus N. T. Graeci tuenda.*

§ IV.

Tantam criſeos in N. T. occupatæ neceſſitatem agnoſco, ut neque ætas ingraveſcens neque alia ulla cauſſa me ab hocce ſcrutinio penitus deterrere debeat. Nam quo plures eruditi & ſtudioſi in criſi ſacra aliquid ſibi elaborandum ſumunt, eo pejor fere ab omnibus confuſio invehitur, dum alii recepta omnia nimis obnixe retinent, aliis id demum placet, quod a communi ſenſu diſcrepat. Quid ego operæ in hoc genere pridem collocarim, jactare nolo: neque eam quicquam profuiſſe, negaverim: ſed tamen plus utilitatis inde percipi potuiſſet, ſi nonnulli, ex quibus multi pendent, vel peritiam vel æquitatem majorem præſtitiſſent.

§ V.

Omnes, quibus Scriptura Sacra curæ eſt, oro, ut vigilanter caveant, ne hac tempeſtate, tametſi magna lux literarum prædicatur, tamen ſinceritas græci textus, qualis vel duobus abhinc ſeculis vigebat, magis magiſque deſeratur. Etenim *Eraſmum*, qui poſtea N. T. Græco adornando operam dederunt, ii non tam emendarunt, ubi emendationis egebat, quam interpolarunt, ubi recte ſe habebat. Talia in *Elzevirianam* editionem A. 1624 commigrarunt: & exinde in omnes fere Græcas editiones hactenus tritas, immo etiam in verſiones germanicas recentiores propagata ſunt.

§ VI.

Omnino de ſingulis variantibus lectionibus, iis præſertim, quas ego delegi, in utramque partem diſputare nemo non poteſt, ſed ea firma eſt deciſio, quæ non editionibus recentioribus pro arbitrio nititur; quid? ne ea quidem ſemper, pro qua major numerus codicum mſſ. militat, ſed hæc demum, quæ per teſtes idoneos ſeculis climatibuſque diverſos antiquiſſima declaratur. Quamdiu hæc methodus, aperte legitima, prætermittitur, opinione magis, quam ſcientia, criſis exercetur. Veruntamen claviculam in præſenti ſcribo, non defenſionem.

§ VII.

Annus agitur XIX, ex quo N. T. Græcum emiſi cum Apparatu critico. Interea multi vel de toto meo labore vel de ſingularibus locis ſententiam dixerunt. qui

qui ſi vigilantiam in tota mea criſi cognoſcenda, æquitatem & candorem in iis, quæ recte explanavi, approbandis, dexteritatem ad ea, in quibus mihi ipſe non ſatisfeci, & aliorum ſuppetias requiſivi, corrigenda & ſupplenda, majori conſenſione præſtitiſſent, permultum jam profectum eſſet ad communem utilitatem. Sed vera criſis non eſt omnium, qui criſin pollicentur. Poteſt aliquis pro excellenti lumine haberi, & tamen innumeros errores, nemine animadvertente, venditare.

§ VIII.

Fieri poteſt, ut unus interdum cum ratione erret, ubi vera principia non optime applicat: & ut alter, pleroſque recte ſentientes, temere ſequatur. Hic tutus eſt a reprehenſione, & ſapiens videtur: ille tamen facilius in viam ſe recipit. Ego in alios, cum reprehendere poſſem, æquitate ſum uſus: alii me ſine cauſa ſeveriſſime inceſſunt. Quid eos moverit, ipſi viderint. *Schoettgenius*, Horis hebraicis adornatis, bene meritus eſt de ſacris literis: ſed in editione N. T. Græci alieniſſimas perſæpe ſectiones & parentheſes ſtatuit.

§ IX.

Cauſſæ ſunt, quæ firmam & popularem deciſionem variarum lectionum N. T. Græci impediunt. Prima eſt collatio varietatum græcarum imperfecta, egena, confuſa.

§ X.

Sequuntur juſtæ dubitationes de verſionibus antiquis.

I. Non eadem verſionis v. gr. *Syriacae* per omnes partes eſt antiquitas, & ex ea pendens auctoritas. Vetuſta ſane eſt in libris pleriſque N. T. ſed minus vetuſta in epiſtola II Petri, II & III Iohannis, & Iudæ, recentior etiam in Apocalypſi.

II. Sæpe ignotum aut incertum eſt, quid habeat ipſa Verſio, quum v. gr. *Aethiopicae* hiatus ab editoribus in Actis ſuppleti ex Vulgata: aut quum variæ lectiones non ex ipſis verſionibus orientalibus, ſed ex latinis earum verſionibus deſumtæ ſunt: aut quum verſio ad utramvis lectionem Græcam congruit: aut quum interpres idiotiſmo linguæ ſuæ obſequi neceſſe habuit.

III. Ipſi codices orientales valde rari aut raro collati ſunt, ut minus firmiter conſtet, quid habuerit Græcus textus, quem interpres ſequebatur.

IV. Verſiones vetuſtiſſimas longis variiſque intervallis ſecutæ ſunt aut aliæ verſiones in iiſdem linguis, aut variæ recognitiones & retractationes, ut hodie lectio Græca, primo cuique interpreti probata, internoſci non poſſit.

V. Ver-

V. Verſiones orientales, *Arabicae* præſertim, paſſim derivatæ ſunt ex aliis verſionibus, Græco textu aut adhibito item, aut plane ſepoſito.

VI. Vbi exemplaria unius verſionis alicujus inter ſe differunt, nulla eſt copia doctorum eccleſiaſticorum, quorum ſuffragiis antiquitas lectionis unius præ altera dignoſcatur.

VII. Difficultatibus hiſce quo uberius poſthac medebuntur eruditi, eo major ratio verſionum orientalium habenda erit: Spondeant fautores verſionum orientalium, quid primitus in Græcis legerit *Syrus*, quid *Coptus*, quid *Aethiops*, quid *Armenus*, aut illarum lectionum doctores eccleſiaſtici &c. confeſtim quovis loco tribuam cuilibet horum interpretum, quicquid tribui poteſt.

§ XI.

Sed unum reſtat lectoribus N. T. in occidente. *Latinam* quippe omnes literati intelligunt, Linguæ orientales a paucis intelliguntur: adeoque conſcientiis eorum conſulitur, vero Latinæ verſionis pretio uſuque oſtenſo. *Gothicam* verſionem doctiſſimi hodie viri pro *Francica* habere maluerunt. Me quidem præter vocum multarum cum ſeptentrionalibus linguis convenientiam (v. gr. *malm*, arena, unde *zermalmen*) dualis retinet numerus, quem, in codice argenteo obvium, haud ſcio an *Franci* unquam adhibuerint. Sed ſive *Gothica* eſt verſio, ſive *Francica*; vetuſta eſt verſio IV Evangeliſtarum, & ex Græco fonte, certe utplurimum, deducta, & juſti in decidenda lectione variante ponderis.

§ XII.

Vtinam *Slavonicam* verſionem, a *Methodio & Cyrillo* ſeculo nono adornatam & a *Io. Petro Kohlio* diligenter deſcriptam, aliquis conferret, ex *Oſtrovienſi* potiſſimum editione.

§ XIII.

Tertia cauſſa commemoranda venit, quæ eſt difficultas & prolixitas hujuſce ſcrutinii. Magna non ſolum patientia, ſed etiam longanimitate opus eſt in ſtudio critico religioſe conſtanterque tractando. Nam & labor ipſe gravis eſt, multorumque annorum uſum requirit, & multi, qui in hac re ſola ingenii perſpicacia freti, ſibi omnia ſumunt, judicii perverſitate fructum laboris illius apud credulam turbam intervertunt.

§ XIV.

Poteſtas genuinæ lectionis quærendæ nemini debet adimi: ſed nimis multi ſunt, qui, quamlibet imperiti & inexercitati, & fortaſſe vix triduo in criſin ſacram guſtandam impenſo, de quovis loco, in quem ex tranſverſo inciderint, ſuo arbitrio vel aliena auctoritate freti, judicium ferunt profectui veritatis infeſtum: nimis pauci, qui totum cauſſæ ſtatum cognoſcant, & tunc demum deciſionem promant.

§ XV.

§ XV.

Copioſum tractatum adornare non licet : ſed tamen aliquid dicendum eſt. Lectiones receptæ, notabiles, rejiculæ probe diſtinguendæ ſunt. Sæpe ego β pono, modeſtiæ cauſa, quanquam α in animo præfero. Multis in locis ſit, ut breviorem lectionem ego defenderim, pleniorem defendat alius. Qui ſingula ſeorſum loca, in quæ incurrunt, adſpiciunt, pleniori lectioni non poſſunt non favere: qui vero totam lectionis varietatem, ut res poſtulat, animo complexus eſt, hic demum indolem utriuſvis textus, brevioris & plenioris, certius dignoſcit. Non univerſam nationem librariorum ex noſtra indole metiri licet nobis, neque hodie quisquam ita cogitare debet : hoc ego non inſererem textui : ergo nemo alius inſeruit. Immo vero librarii nonnulli, Græci præſertim, circa *Chryſoſtomi* fere tempora, textus dilucidandi opinione, perbreves ſtricturas, ex paralleliſmo præſertim verbali, alleverunt : *Millii* proleg. 872. 929. (quod etiam apud *Syros* pridem accidiſſe, ex oppoſita laude verſionis Syriacæ *ſimplicis* colligas:) textus autem primævam ſimplicitatem, ab ejuſmodi ſtricturis immunem, teſtes multo antiquiores ſummo & ponderoſiſſimo inter ſe conſenſu retinent. Singulis in locis oſcitantiam in omiſſione voculæ alicujus valde proclivem fuiſſe, concedo : ſed univerſis ejusmodi locis priſci tot climatum, ætatum, linguarum teſtes, tot hiatus, ſalva ſermonis intelligentia, neutiquam admiſerunt. Hoc ſemel a me declaratum, animo ſemper velim præcipi. Sic multis in locis expeditius iter habebimus.

§ XVI.

Porro difficilis eſt deciſio, ubi ab una parte ſtant codices Græci plerique, ab altera verſiones orientales complures.

§ XVII.

Tandem quarto negotium faceſſunt opiniones de lectione recepta partim ſuſpicioſæ, partim ſuperſtitioſæ. Non malim pro moroſo aut arrogante, quam pro imperito haberi : ſed tamen gravitas rei poſtulat, ut querelæ nonnihil promam. Prædicatur paſſim hodierno die flos & lux literarum : ſed hæc gloria certe in criſi ſacra fere inanis eſt. Nam poſt tot codices græcos ex oriente in occidentem importatos, poſt tantam linguarum orientalium culturam, poſt tot patres, Græcos Latinoſque præcipue, recognitos & erutos, multi de eccleſia quam optime ſe mereri putant, ſi omni vi hæc ſubſidia ad textum, quem *Eraſmus* ex pauculis monumentis Græcis & Latinis *Frobenii* prelo ſubjecit, defendendum adigant, & vim ſubſidiorum, ubi aliud quiddam ea ſuggerunt, extenuent. Si tirones, ſpecimina ſtudiorum concinnantes, id ſoli facerent, venia iis dari poſſet : ſed viri inſignes, ſola ingenii perſpicacia freti, quamvis multorum etiam annorum uſum criſis poſtulet, idem factitant, majore ſobrietatis poſt *Glaſſium Caloviumque* decremento, quam profectu.

§ XVIII.

Magno dolore ſæpe me afficit ventoſiſſima illa vanitas, quæ hodierno die lucem & florem literarum jactans multos ita vexat & projicit, ut, poſtquam in una quadam diſciplina vix aliquid profecerunt, mox in qualibet ſcientia, ex pluribus diſciplinis opem poſtulante, omnes anteceſſores ſuperare poſtulent. Sic fit, ut vera eruditio non modo non amplificetur, ſed etiam imminuatur, & quæ doctiſſimi ſuperiorum ætatum homines expedita dederunt, ſcitamentis inanibus antiquentur. Et tamen per ſemeſtria cumulantur libri; ephemerides non ea, quæ ſolida, utilia, memoratu digna erant, diſcernunt, ſed partim trita quæque centies recoquunt, partim paradoxa imperitis obtrudunt; numeri ſuffragiorum pro opinione affirmante aut negante augentur; paginæ allegationibus teguntur; veritas in platea, ubi planum habere curſum poterat, deſerta & peſſundata cadit. Hæc ii, qui civilibus tantummodo rationibus ducuntur, cum riſu aſpernari poſſunt: nam commercia per omnes chartas ſuſtentantur, & per libros phaleratos, quamlibet inanes & fallaces, auctores & librarii famam & lucrum nanciſcuntur. Sed cui gloria DEI, quæ per omnes labores noſtros, etiam literarios, quærenda, cordi eſt, is hanc PESTEM non poteſt non lugere.

§ XIX.

Operam meam N. T. Græco recognoſcendo dicatam, ſæpenumero explanavi: neque habeo, cur ejus me operæ pœniteat. Reſpice § III & VII. Bene multos ſingula illa ſcripta lectores invenerunt, ſed totam rem paucos eorum ſatis cognoviſſe experior, qui tamen publice judicium faciunt. Quamobrem neceſſarium eſſe ſtatui, præcipua deciſionum fundamenta in unum collata repetere, & novam N. T. Græci recognitionem tali ſyntagmate munire. Claviculam appello, non Clavem: namque brevi diſſertatione omnia peraguntur.

§ XX.

Monita dudum aliqua dedi, quæ ad omnem lectionis varietatem & diſcernendam & digerendam ſufficere exiſtimarem. Ea totidem verbis ex Præfatione *Gnomonis* repetita dedimus ſupra, P. IV, N. VII.

§ XXI.

Aſſenſum hæc monita invenerunt: nec me ipſum eorum pœnitet: ſed tamen quaſi nil ejuſmodi exſtet, ſic tumultuariam criſin dominari video. quare hæc Monita paucis declarare non inutile fuerit.

§ XXII.

Quæcunque veteris eccleſiæ cura fuit circa exemplaria N. T., ea certe non impedit, ne immanis varietas lectionum inveheretur.

§ XXIII.

§ XXIII.

Vt ex ingenti ſilva monumentorum, varias lectiones exhibentium, genuina lectio educatur, methodo quadam opus eſt. neque enim ſolo arbitrio res tam ardua conficitur, ſed teſtimonia codicum, verſionum, patrum, & omniſarius eorum conſenſus & diſſenſus expendendus venit.

§ XXIV.

Vbi Verſiones & Patres Græci & Latini magno conſenſu lectionem aliquam firmant, ibi certum eſt, Græcorum codicum pondus plus valere, quam numerum. vide ſupra P. II, ad Rom. I. 16.

§ XXV.

Talium porro codicum teſtimonium etiam iis in locis N. T. valere debet, ubi minus conſtat, quid ſit in verſionibus & Patribus.

§ XXVI.

Nunquam in mentem mihi venit, ut conſenſum *Al. Lat.* pro firmo perpetuoque criterio totius genuinæ lectionis venditarem: neque nunc demum alios teſtes adjungendos dico, ſed pridem dixi in Apparatu P. I. § XXXII. Obſ. V. XIV. ſs. XX. conſid. V. VI. & ipſe Apparatus innumera exempla refert, ubi *Al. Lat.* non modo ſolos invicem, ſed etiam cum aliis codd. congruentes defero. Sine arrogantia poſtulo, utne hæc vecordia mihi tribuatur, quaſi conſenſum *Al. Lat.* ſimul & eveherem & poſtponerem.

§ XXVII.

In lucem emiſit ſumme rev. *Baumgartenius* annotata critica, primum Germanicæ explicationi epiſtolæ ad *Romanos* adſperſa, deinde Examini var. lect. ep. *Iacobi* inſerta. Ego inverſo ordine primum varietates in ep. Iac. obvias, quarum Examen ſeorſum edidit, conſideravi: deinde priorum, quæ ep. ad *Rom.* attingunt, expeditior fuit diſcuſſio.

§ XXVIII.

Si quantum perſpicaciæ cel. *Baumgartenius* habet, tantum conſuetudinis cum codicibus antiquis eorumque collationibus & collatoribus per tot alias occupationes habere potuiſſet, magnum, ut arbitror, ab eo aſſenſum nactus eſſem. Nunc, quod *Examini* ejus deeſt, quodque deeſſe protinus conſtabit, modeſte ſarcire conabor.

§ XXIX.

Quo fructuoſior ſit hæc diſquiſitio, evolvam initio generalia quædam capita, &, quæ cel. *Baumgartenius* in me deſiderat, quid ego in illo deſiderem, indicabo, utrumque aperte & placide.

§ XXX.

De crisi enim epistolæ *Iacobi* dum agitur, characterem epistolæ, in qua lenitas sapientiæ tantopere commendatur, sollicite mihi servandum, & φιλονεικίαν vitandam propono, ne cel. *Baumgartenii* severitas aperta me alioſque commoveat.

§ XXXI.

Ipse titulus editionis meæ fere omnia occupavit, quæ *Baumgartenius* adversus me disputat. namque is titulus criseos sacræ, Millianæ præsertim, 1) compendium, 2) limam, 3) supplementum ac 4) fructum in Apparatu exhibitum profitetur.

§ XXXII.

Exhibet *Compendium*: quare multas lectiones apud *Mastrichtium*, plures apud *Millium* obvias, præterire potui; quas videlicet, ubi forte usu venit, Millius repræsentare potest.

§ XXXIII.

Exhibet *Limam*: quare cel. *Baumgartenius Kusteri* editionem non debuit mihi obvertere, ubi ego vitia ejus ex ipsa *Milliana*, magno sane labore, correxeram.

§ XXXIV.

Exhibet *Supplementum*: quare etiam leviculas varietates commemorare debui, ubi aut Millius iis ipsis carebat, aut codices a me excussi eas referebant.

§ XXXV.

Exhibet *Fructum*: quare ea, quæ fructu carent, neglexi.

§ XXXVI.

Hanc instituti mei rationem, sane legitimam, exposui proprio conspicuoque in loco, id est, in Introd. (P. I) § XL, nec non in Epilogo (P. III) § I. Quæ expositio si a cel. *Baumgartenio* percepta fuisset, Examen illius multo alia facie exstaret.

§ XXXVII.

Totam tamen Criseos meæ summam universe approbat *Baumgartenius*. nam nullam lectionem variantem pro genuina habet, quam ego non confirmarim aut certe indicarim.

§ XXXVIII.

Cum *Mastrichtio*, cum *Millio* & mecum agit *Baumgartenius*, omnia fere ad patrocinium lectionis receptæ referens, non ad situm gemmis antiquæ lectionis abstergendum. Quod res est, dicere necessum habeo: Rationes eorum, qui antea in hac

hac palæstra versati sunt, non satis perspectas habet, & magnam curæ suæ partem in ea impendit, ex quibus perexiguum operæ pretium reportatur.

§ XXXIX.

Mastrichtium omnibus locis reprehendit, quod multas varietates a *Millio* commemoratas prætermiserit, & suffragia codicum & versionum veterum, non sine prævaricatione: atqui *Mastrichtius* editionem Oxoniensem *Fellianam* A. 1675 adornatam non modo interdum adhibuit, sed plane crisi suæ perpetuæ substravit. Illa autem editio multo pauciores codices varietatesque citabat, quam deinceps *Milliana*, quam Mastrichtius sero nactus est: eademque ex versionibus nonnisi *Copt.* & *Goth.* conferebat. Quid autem attinet, tam accurate disquirere, quæ varietates, apud unum *Millium* obviæ, ab aliis omissæ fuerint? Majus fuisset operæ pretium, allegationes codicum & interpretum, quas Millius vel perperam retulit, vel omisit, corrigere & supplere. Plura paulatim observanda venient.

§ XL.

Quod ad me speciatim attinet, 1. rationes meas haud perspicit, quo nomine hos illosve codices ad priorem classem vel ad alteram manuscriptorum retulerim: Sontica exacti judicii remora. id enim non ad præstantiam codicum, sed ad integritatem exemplarium & majorem minoremve firmitudinem collationum pertinet. Exempla vide § 13. 17. 36.

§ XLI.

2. Me omnibus item locis reprehendit, quod lectiones leviores indicarim, paulo graviores prætermiserim. Atqui non erat instituti mei, omnes varietates notare; sed leviores, apud *Millium*, si usus veniisset, reperiendas, fere prætermisi, (& pauciores quidem prætermisi in VII epistolis catholicis, quam in ceteris libris N. T. quippe qui densiore varietatum silva laborant:) vicissim leviissimas quoque a me primum observatas supplementi gratia curatius indicavi. Iustum hoc discrimen in Apparatu, ut dixi, diserte satis explanavi in Introductione § XL. n. 2. 7. 10: qui locus eo magis cognoscendus erat, quia in ipso Summario introductionis relationem de recognitione mea profitetur.

§ XLII.

Infinitæ prolixitatis fuerat, ubique vel prætermissionis vel commemorationis vel loci, lectionibus vel in Apparatu solo vel etiam in margine dati, causas indicare: neque a tali delectu libertas ingenua excludi potest. Bene tamen res se habet, quod nulla a me varians lectio prætermissa est, quæ *Baumgartenio* genuina videatur. Hoc ipse curæ legitimæ a me adhibitæ idoneum reputabit argumentum.

§ XLIII.

In Epilogo Apparatus mei ad quatuor paria exceptionum contra criſin meam reſpondi: ſimulque reſpondi ad ea, quæ *Baumgartenius* objicit.

§ XLIV.

3. A *Millii* notatis notata *Kuſteri* non diſtinguit: & modo remiſſiones ad Prolegomena *Millii*, *Millii* notis a *Kuſtero* inſertas, *Millio* ita imputat, ut *Millius* ſecum ipſo committatur: modo codicem *Seidelianum*, a *Kuſtero* collatum, *Millio* adſcribit. In primo Stephani codice negat Epiſtolam *Iacobi* occurrere (§ 15,). atqui Steph. primus eſt editio *Compl.* quæ Epiſtolam *Iacobi* habet. Stephani codicem ι (i. e. decimum) vertit in Steph. I. (§ 11. 33.) & Steh. ιγ. quem Oxonienſes *unum* dicunt, primum interpretatur (§ 14. 15). ubi margines *Curcellaei* lectionem codicis *Alexandrini* habent, fictum codicem eſſe putat (§ 18.)

§ XLV.

4. Itaque me mecum tripliciter committit: I quod diſſenſionem inter *Apparatum* & inter *Gnomonem* notat. II quod inter monitum meum de conſenſu *Al. Lat.* tanquam genuinæ lectionis adminiculo, & inter æſtimationem ſingularum ſubinde varietatum diſſenſum ſtatuit. III quod varietates memorabiles præterniſerim, & leviores pluris æſtimarim. Ex ingenio ſuo ſagaciſſimo metitur ratiocinationes librariorum, lectiones variantium: quorum tamen ſolertia ultra paralleliſmum & ſupplementum ellipſium ægre aſſurgebat.

§. XLVI.

His declaratis, multa in examine *Baumgarteniano* tranſilire poſſum: nil autem tranſiliam, quod propriæ diſcuſſionis indigeat, aut difficultate laboret.

§ XLVII.

Examen variantium lectionum in epiſt. *Iacobi* obviarum ſic incipit § 1: *Quae a variantium lectionum collectoribus ad cap. I. com. 1. perperam referri ſolent exempla varietatis, illud nomen plane non merentur. Duo enim, quae ſumme rever. Io. Alb. Bengelius in Apparatu critico nov. teſt. p. 728 commemorat, aperta menda ſunt & indubia ſphalmata. Illa verba Ἰακωβος Θεου καὶ Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ δοῦλος, abfuiſſe ab aliqua verſione latina veteri, ex Auguſtini retractat. lib. 2. c. 32. recitat Io. Millius prolegom. § 839. p. 80. Quod evidenter demonſtrat, niſi vel pauciores vel plures voces abfuerint, exemplar ab Auguſtino excitatum mancum fuiſſe, atque epiſtolae prooemium ſive inſcriptionem exhibuiſſe principio ſuo truncatam. Idem celeb. Bengelius l. c. ſic pergit:* „IACOBVS, IESV CHRISTI SERVUS, *habet* LAT. *in mſ. Char. & Caſſiodorus.*„ *Verum uterque, tam codex Charitinus, quam Caſſiodorus, ſeu, ut rectius ſcribitur, Caſſiodorius,*

rius, verſionem vulgatam exhibent; quae unanimi codicum conſenſu reliqua verba DEI & DOMINI *confirmat: unde ſatis apparet, excidiſſe ſcriptoris vitio ea, quae in utraque deſiderantur.*

§ XLVIII.

Reſpondeo. I. Super vocabulo *varietatis* ſive *variantis lectionis* non contendam: mihi (in Introd. § XIII) aliiſque hoc nomine venit quælibet exemplarium differentia, ſive magis, ſive minus ponderoſa & ſpecioſa, ſive in omittendo, ſive in addendo, ſive in commutatione verborum ſita ſit, ſive literam afficiat, ſive interpunctiones & accentus denique. Nullo certe alio nomine talia a variis lectionibus, quibus ab aliis & ab ipſo Baumgartenio alios ideo notante interponuntur, diſtingui ſolent, quanquam ſigna interpunctionum & accentuum non efficiunt textus partem.

§ XLIX.

II. In *Auguſtini* retractationibus hæc verba, *Duodecim tribubus quae ſunt in diſperſione*, non ut initium epiſtolæ Iacobi, quemadmodum *Millio* videbatur, ſed ut initium expoſitionis epiſtolæ Iacobi referuntur.

§ L.

III. Omiſſionem *Dei & Domini* non plane indignam notatu fuiſſe agnoſcet, qui callet, quanta ſæpe libertate uſi fuerint librarii in nominibus Dei & Chriſti prolixe perſcribendis.

IV. *Caſſiodorum* dici etiam *Caſſiodorium* indicavi ſatis in Appar. P. II. ad 1 Cor. XI. 27.

§ LI.

Quodſi omnia, quæ cel. *Baumgartenius* adverſus me differit, pari prolixitate diſcuterem, quis me ferret? Sed ex hoc ſpecimine ſuſpicabitur lector, cetera quoque, ſi opus ſit, a me dilui poſſe.

§ LII.

Optandum eſt, ut cel. *Baumgartenius*, ſi Criſin politiſſimis ſuis Commentariis attemperare perget, meliora principia admittat: alioqui totus viri, quamlibet docti, labor in hoc genere partim erit laxa receptæ lectionis ſequioris æque ac ſanioris, defenſio, partim pugna contra frugem codicum, verſionum & patrum duobus poſt *Eraſmi* rudimenta ſeculis coacervatam & poſthæc cumulandam, & contra profectum veritatis inde percipiendum.

§ LIII.

§ LIII.

Quodſi curas meas in N. T. examinare volet, pace mea id fiet. Vnum rogo, ut præſentem meam de ſingulis locis ſententiam per ſe ſumat; neque ſi ea regulas meas criticas, ſibi conſtantes, pro libertate mihi ſemper reſervata, paulo aliter nonnunquam applicet, atque in Apparatu vel etiam in Gnomone factum eſt, me mihi contrarium ſtatuat.

§ LIV.

Examen rerum mearum ferre me poſſe, non ſemel oſtendi: ſed in Examine *Baumgarteniano* modus vellem ſervatus eſſet. Nam haud ſcio, an ullo ejus loco ulla mentio mei, quæ perfrequens eſt, ſine reprehenſione fiat. Veritatem vindicare neceſſe habui: vindico cum maximo tutelæ moderamine.

§ LV.

Videantur ceteræ, quæ dixi, apud ſingula N. T. loca. Optarem, ut defenſiones meas quiſque legeret totas. Signum bonæ cauſæ. Sæpe fit, ut, ſi quis e ſcriptis amœbæis poſterius primo, & prius poſteriore loco perlegat, hoc jam defenſum eſſe appareat. Qui vero omni veritati aſſenſum ſuum tam diu denegare vellet, donec noſſet, non ſupereſſe ullam amplius, quæ excogitari poſſit, objectionem, ei per totam vitam in dubio hærendum, & fructu profectus ſui in omnibus ſtudiis utilibus carendum foret.

TANTVM.

APP.

APP. CRIT. P. IV.

N. XIV.

TABVLA LECTIONVM VARIANTIVM, LOCORVM PARALLELORVM, NOTVLARVM CRITICARVM ET EXEGETICARVM.

Matth.	Lectiones variantes	Loca parallela	Notulæ vel mſtæ vel impreſſæ.
I. 1		Luc. III. 31. 34.	
6	ὁ βασιλεὺς) ~ δ		
11	ἰεχονίαν) ἰωακείμ· ἰωακεὶμ δὲ ἐγέννησε τὸν ἰεχονίαν γ		
18	ἰησοῦ) ~ α		Lectio abſoluta, χρισοῦ, manat ex v. 17, & eſt antiqua.
20	ἀυτῷ) ἀυτῶ α		Talia omnia ſine jota ſubſcripto excuſa putato.
22		Ieſ. VII. 14.	
25	ἀυτῆς τὸν πρωτότοκον) ~ β	Luc. II. 25.	Omnino primogenitus erat *Ieſus*, Luc. II. 7, ſed ex *Luca* ad *Matthaeum* translatam eſſe mentionem primogeniti, brevior paucorum, ſed antiquiſſimorum teſtium, apud *Matthaeum* docet lectio, in qua articulus τὸν ad v. 21 & 23 ſuaviſſime refertur: τέξεται δὲ υἱόν· καὶ τέξεται υἱόν· ἔτεκε τὸν υἱόν.
II. 5		Mich. V. 1.	
6	γὰρ) γάρ μοι ε		
8	ἀκριβῶς ἐξετάσατε) ἐξετάσατε ἀκριβῶς β		

	Variantes	Parallela	Notulæ
Matth. II. 11	εἶδον) εὗρον ε		εἶδον firma lectio.
15		Hoſ. XI. 1.	*Inde ab aegypto appellavi* eum *filium meum.*
17		Ier. XXXI. 15.	
18	θρῆνος καὶ) ~ γ		
III. 1		Marc. I. 1. Luc. III. 1.	
3		Ieſa. XL. 3.	ἐρήμῳ, diſt.
8	καρπὸν ἄξιον) καρπους ἀξιους ε		- πον - ον firma lectio.
11	καὶ πυρὶ) ~ ε		κ. π. firma lectio.
12	αὐτοῦ alterum) ~ β		Recte conſtruxit *Lutherus.*
13		Marc. I. 9. Luc. III. 21.	
IV. 1		Marc. I. 12. Luc. IV. 1.	
4		Deut. VIII. 3.	Tria dicta, quæ *Moſes* populo *in deſerto* propoſuerat, *Ieſus*, ut ſi gregarius eſſet *Iſraëlita*, tentatori, *in deſerto*, præcipue, reponit.
6		Pſ. XCI. 11.	
7		Deut. VI. 16.	
10	ὕπαγε) ὕπαγε ὀπίσω μου δ	Deut. VI. 13.	ὕπαγε fermo ad ſatanam. ὕπ. ὀπ. μ. fermo ad diſcipulum.
12	ὁ ἰησοῦς) ~ β	Marc. I. 14.	~ firma lectio.
14		Ieſ. IX. 1.	
15			-- λειμ, - σσης πέραν diſt.
16	καθήμενος) πορευόμενος γ		Latinorum lectionem πορευόμενος defendit paralleliſmus *Eſajae:* ſed τὸ καθήμενος conſenſus codicum.

Matth.

Matth.	Variantes	Parallela	Notulæ
IV. 18	δὲ) δὲ ὁ ἰησοῦς ε	Marc. I. 16. Luc. V. 1.	δὲ firma lectio.
20	εὐθέως) ~ δ		
V. 3		Luc. VI. 20.	
4. 5	μακάριοι usque γῆν) Versus transpositi. ε.		
13		Marc. IX. 50. Luc. XIV. 34.	
15		Marc. IV. 21. Luc. VIII. 16. XI. 33.	
18		Luc. XVI. 17. XXI. 33.	Ἀμὴν, hebraicum, in transferendo retinendum, ut in fine, sic in principio sententiæ. Eadem ratio aliorum verborum hebraicorum.
21		Ex. XX. 13.	
22	εἰκῇ) ~ β		εἰκῇ recte omisit *Lutherus*.
25		Luc. XII. 58.	
27	ἐῤῥέθη) ἐῤῥέθη τοῖς ἀρχαίοις ε	Ex. XX. 14.	ἐῤῥέθη firma lectio.
29		Infr. cap. XVIII. 8. Marc. IX. 43.	
31		Deut. XXIV. 1. Infr. cap. XIX. 7. Marc. X. 2. Luc. XVI. 18.	
33		Ex. XX. 7.	
35			τοῦ Magnificus articulus.
38		Ex. XXI. 23.	
42		Luc. VI. 30.	
43		Lev. XIX. 18.	

Matth.	Variantes	Parallela	Notulæ
V. 44	εὐλογεῖτε usq. μισοῦσιν ὑμᾶς) ~ ε	Luc. VI. 27. 35.	
47	ἀδελφοὺς) φίλους β		Confer v. 44.
¶	τελῶναι) ἐθνικοὶ β		ἐθνικοὶ firma lectio.
48	ἐν τοῖς οὐρανοῖς) οὐράνιος γ		
VI. 1	ἐλεημοσύνην) δικαιοσύνην γ		Δικαιοσύνην legunt multi *Proteſtantium*. *Iuſtitia*, totum, h. l. Sequuntur partes, *eleemoſyna*, v. 2: *preces*, v. 5: *jejunium*, v. 16.
4	αὐτὸς) ~ β		Confer v. 6. 18.
¶	ἐν τῷ φανερῷ) ~ γ		
6	ἐν τῷ φανερῷ) ~ β		
9		Luc. XI. 2.	
10	ἐλθέτω κτλ.) γενηθήτω usq. γῆς· ἐλθέτω ἡ βασιλεία σὲ ε		
11			ἐπιούσιον) ab ἐπιουσα, ſcil. ἡμερα. nam ab οὐσία eſſet ἐπούσιος, ut ab ἔπειμι ἔπεσιν.
13			τοῦ) maſc.
¶	ὅτι usq. αἰῶνας ἀμήν.) ~ γ		Vid. Appar. P. II & Gnom. ad h. l. ubi firmis teſtimoniis oſtenditur, hanc clauſulam ex uſu *Graecorum* eccleſiaſtico paulatim eſſe infertam. Confer *La Croze*. Stat. Chriſtian. Ind. pag. 313. ed. 1739.
14		Marc. XI. 25.	
15	τὰ παραπτώματα αὐτῶν) ~ γ		
18	σοὶ) σοὶ ἐν τῷ φανερῷ ε		σοὶ firma lectio.
19		Luc. XII. 33.	Matth. VI.

	Variantes	Parallela	Notulæ
Matth. VI. 21	ὑμῶν bis) σοῦ γ		
22	οὖν) ~ δ	Luc. XI. 34.	
24		Luc. XVI. 13.	
25	καὶ τί πίητε) ~ δ	Luc. XII. 22.	
29			νήθει· dist.
31			μεν ἢ τί dist.
34	τὰ ἑαυτῆς) ἑαυτῇ β.		ἑαυτῇ. Dativus commodi: *für sich.*
VII. 1		Luc. VI. 37.	
3		Luc. VI. 41.	
7		Luc. XI. 9.	
12		Luc. VI. 31.	
13		Luc. XIII. 24.	
14	ὅτι) τί ε		
15	δὲ prius) ~ γ		
16		Infra cap. XII. 33. Luc. VI. 43.	
21	οὐρανοῖς.) οὐρανοῖς, οὐτος εἰσελεύσεται εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν. β	Luc. VI. 46.	Emphatica lectio.
23		Luc. XI. 27.	
24		Luc. VI. 47.	
29	οἱ γραμματεῖς) οἱ γραμματεῖς αὐτῶν καὶ οἱ φαρισαῖοι γ		
VIII. 2		Marc. I. 40. Luc. V. 12.	
4		Lev. XIV. 2.	
5		Luc. VII. 1.	
8	λόγῳ) λόγον ε		*jube verbô.*
11		Luc. XIII. 28.	
12		Inf. c. XIII. 42. 50. XXII. 13. XXIV. 51. XXV. 30.	

Matth.	Variantes	Parallela	Notulæ
VIII. 14		Marc. I. 29. Luc. IV. 38.	
15	αὐτῷ) αὐτοῖς ε		Etiam antecedens sermo *singulari* numero apud Matthæum incedit.
16		Marc. I. 32. Luc. IV. 40.	
17		Iesa. LIII. 4.	
19		Luc. IX. 57.	
23		Marc. IV. 35. Luc. VIII. 22.	
25	μαθηταὶ) μαθηταὶ αὐτοῦ δ		
28	γεργεσηνῶν) γαδαρηνῶν ε	Marc. V. 1. Luc. VIII. 26.	
29	ἰησοῦ) ~ ε		
32	τὴν ἀγέλην τῶν χοίρων) τοὺς χοίρους β		τοὺς - ους firma lectio.
¶	τῶν χοίρων alterum) ~ β		ἡ ἀγέλη κατὰ firma lectio.
IX. 1		Marc. V. 18. Luc. VIII. 37.	
2		Marc. II. 3. Luc. V. 18.	
4	ἰδὼν) εἰδὼς β		εἰδὼς firma lectio.
5	σου) σοι δ		
8	ἐθαύμασαν) ἐφοβήθησαν β		
9		Marc. II. 14. Luc. V. 27.	
13	εἰς μετάνοιαν) ~ β	Hos. VI. 6.	- λούς. Τότε firma lectio.
14		Marc. II. 18. Luc. V. 33.	
18	ἐλθὼν) εἷς ἐλθὼν β	Marc. V. 22. Luc. VIII. 41.	
20		Marc. V. 25. Luc. VIII. 43.	
24	αὐτοῖς) ~ δ		

Matth.	Variantes	Parallela	Notulæ
IX. 33	λέγοντες) λέγοντες, Ὅτι δ		
35	μαλαχίαν) μαλαχίαν ἐν τῷ λαῷ ε	Marc. VI. 6.	- χίαν. ἰδὼν firma lectio.
36	ἐσκυλμένοι) ἐκλελυμένοι ε—		σκυλ Lectio firma.
¶	ὡσεὶ) ὡς δ		
37		Luc. X. 2.	
X. 1		Marc. VI. 7. Luc. IX. 1.	
2		Marc. III. 14. Luc. VI. 13. Act. I. 13.	
3	ὁ ἐπικληθεὶς θαδδαῖος) — γ		
5		Marc. VI. 8. Luc. IX. 2.	
7		Luc. X. 9.	
8	νεκροὺς ἐγείρετε) — δ vel pone ante λεπροὺς β		
9		Marc. VI. 8. Luc. IX. 3.	
10		Luc. X. 7.	
11		Marc. VI. 10. Luc. IX. 4.	
12	αὐτὴν) αὐτὴν, λέγοντες, Εἰρήνη τῷ οἴκῳ τούτῳ ε		
16		Luc. X. 3.	
17		Infr. c. XXIV. 9.	
19		Luc. XII. 11.	
21		Luc. XXI. 16.	
22		Infr. c. XXIV. 13.	
23	ἄλλην.) ἄλλην· καὶν ἐκ ταύτης διώκωσιν ὑμᾶς, φεύγετε εἰς ἑτέραν γ		
¶	γὰρ) — γ		
24		Luc. VI. 40. Ioh. XV. 20.	
25	βεελζεβοὺλ) βεελζεβουϐ, & sic aliis locis, δ	Infr. c. XII. 24.	
26		Marc. IV. 22. Luc. VIII. 17. XII. 2.	

Matth.	Variantes	Parallela	Notulæ
X. 27		Luc. XII. 3.	
29	γῆν) πάγην ε		
¶	ἄνευ) ἄνευ τοῦ θελήματος δ		
30		Luc. XII. 7.	
33	αὐτὸν κἀγὼ) κἀγὼ αὐτὸν β		
36		Mich. VII. 6.	
38		Infr. c. XVI. 24. Luc. XIV. 27.	
39		Infr. c. XVI. 25. Ioh. XII. 25.	
40		Infr. c. XVIII. 5. Luc. X. 16. Ioh. XIII. 20.	
42	ἀπολέσῃ τὸν μισθὸν) ἀπόληται ὁ μισθὸς ε	Marc. IX. 41.	
XI. 2	χριστοῦ) ἰησοῦ ε	Luc. VII. 18.	
¶	δύο) διὰ β		
5		Ies. XXXV. 5. XXIX. 18 f.	
8	βατιλέων) βατιλείων ε		
10		Malach. III. 1.	
13	προεφήτευσαν) προεκήρυξαν δ	Luc. XVI. 16.	
14		Malach. IV. 5.	
16	παιδίοις) παιδαρίοις δ		
¶	ἀγοραῖς) ἀγορᾷ δ		
19	τέκνων) ἔργων δ		
21	βηθσαϊδάν) βηθσαϊδὰ δ	Luc. X. 13.	
23	ἡ -- ὑψωθεῖσα) ἢ ὑψώθης γ		
24	ὑμῖν) σοὶ δ		*Syr.*
25		Luc. X. 21.	
XII. 1		Marc. II. 23. Luc. VI. 1.	
3	αὐτὸς) — β	1 Sam. XXI. 6.	
6	μείζων) μεῖζον δ		
7		Sup. c. IX. 13.	
8	τοῦ prius) καὶ τοῦ δ		
9		Marc. III. 1. Luc. VI. 6.	
17		Ies. XLII. 1 f.	

	Variantes	Parallela	Notulæ
Matth. XII. 21	καὶ) καὶ ἐν δ		
22		Luc. XI. 14.	
24		Marc. III. 22.	
27			κριταί· ἡ dist.
28	ἐγὼ ἐν πνεύματι θεοῦ) ἐν πνεύματι θεοῦ ἐγὼ β		
31	τοῖς ἀνθρώποις alterum) ~ ε	Marc. III. 28. Luc. XII. 10.	
32	τῷ νῦν) τούτῳ τῷ δ.		
33		Supr. c. VII. 16. Luc. VI. 43.	
35	θησαυροῦ prius) θησαυροῦ τῆς καρδίας ε		
35	τὰ) ~ β		
38		Infr. c. XVI. 1. Luc. XI. 16. 29.	
40		Ion. II. 21.	
42		1 Reg. X. 1.	
46		Marc. III. 31. Luc. VIII. 19.	
47	σοὶ λαλῆσαι) σὲ δι		
XIII. 1 f.		Marc. IV. 1 f. Luc. VIII. 4.	
12		Infr. c. XXV. 29. Marc. IV. 25. Luc. VIII. 18. XIX. 26.	
14	αὐτοῖς) ἐπ' αὐτοῖς ε	Ieſa. VI. 9 f. Ioh. XII. 40. Act. XXVIII. 26.	ἐπ' infertum a quibuſdam.
15	ἰάσωμαι) ἰάσομαι γ		συνῶσι καὶ ἐπιστρέψωσι, καὶ dist.
16		Luc. X. 23.	
23	ὃ ter) ὁ ε		ὃ ὃ ὃ accuſativus.
24	σπείροντι) σπείραντι δ		
27	ζιζάνια) τὰ ζιζάνια ε		τὰ inſeruere aliqui.
28	ὄυν) ~ γ		
30	εἰς prius) ~ δ		
31		Marc. IV. 30. Luc. XIII. 18.	
32	τῶν alterum) πάντων τῶν ε		
33	ἐνέκρυψεν) ἔκρυψεν ε	Luc. XIII. 20.	

Matth.	Variantes	Parallela	Notulæ
XIII. 35		Pſ. LXXVIII. 2.	
36	ὁ ἰησοῦς) ~ γ		
40	καίεται) κατακαίεται δ		
¶	τούτου) ~ γ		
44	τῷ) ~ β		
51	λέγει αὐτοῖς ὁ ἰησοῦς) ~ δ		
52	εἰς τὴν βασιλείαν) τῇ βασιλείᾳ β		
54	τῇ συναγωγῇ) ταῖς συναγωγαῖς δ	Marc. VI. 1. Luc. IV. 16.	
57		Ioh. IV. 44.	
XIV. 1		Marc. VI. 14. Luc. IX. 7.	
3	φιλίππου) ~ δ	Marc. VI. 17.	
13		Marc. VI. 32. Luc. IX. 10. Ioh. VI. 1.	
14 (& 22 & 25)	ὁ ἰησοῦς) ~ β		
15		Marc. VI. 35. Luc. IX. 12. Ioh. VI. 5.	
16			-ματα. ὁ δὲ diſt.
22	αὐτοῦ) ~ β	Marc. VI. 45. Ioh. VI. 15.	
28	αὐτῷ) ~ β		
35		Marc. VI. 54.	
XV. 1	τῷ ἰησοῦ) αὐτῷ β	Marc. VII. 1.	
3	καὶ) ~ δ		
4	ἐνετείλατο λέγων) εἶπε γ	Ex. XX. 12. XXI. 17.	
7		Ieſ. XXIX. 13.	
8	ἐγγίζει uſq. καὶ) ὁ λαὸς οὗτος β		
14		Luc. VI. 39.	
21		Marc. VII. 24.	
26	καλὸν) ~ δ		

	Variantes	Parallela	Notulæ
Matth. XV. 29		Marc. VII. 31.	
31	κυλλοὺς ὑγιεῖς) ~ ε		
32	ἡμέρας) ἡμέραι ε	Marc. VIII. 1.	
39	ἀνέβη) ἐνέβη ε		
¶	μαγδαλὰ) μαγεδὰν δ		
XVI 1		Marc. VIII. 11. Supr. c. XII. 38.	
2		Luc. XII. 54.	
2. 3	ὀψίας usq. οὐ δύνασθε) ~ ε		
3	ὑποκριταὶ) ~ γ		
5		Marc. VIII. 14.	
6		Luc. XII. 1.	
11	προσέχειν) προσεχετε ε		
13	με) ~ β	Marc. VIII. 27. Luc. IX. 18.	σοὶ Emphasis.
18			
19	δώσω σοι) σοὶ δώσω γ	Infra cap. XVIII. 18.	δώσω Emphasis.
20	ἰησοῦς) ~ β		
21		Marc. VIII. 31. Luc. IX. 22. Infr. c. XVII. 12. 22. XX. 18.	
24		Supr. c. X. 38.	
25		Supr. c. X. 39. Marc. VIII. 35. Luc. IX. 24. XVII. 33. Ioh. XII. 25.	
28	ἑστηκότων) ἑστῶτες β		
XVII. 1		Marc. IX. 2. Luc. IX. 28.	
14		Marc. IX. 14. Luc. IX. 37.	
20		Infr. c. XXI. 22. Luc. XVII. 6.	
22		Marc. IX. 30. Luc. IX. 44.	
26	ὁ πέτρος) ~ γ		
27	ἀναβάντα) ἀναβαίνοντα δ		
XVIII. 2		Marc. IX. 36. Luc. IX. 47.	
3		Infr. c. IX. 14.	

Matth.	Variantes	Parallela	Notulæ
XVIII. 5		Supr. c. X. 40. Luc. X. 16. Ioh. XIII. 20.	
6	ἐπὶ) εἰς δ	Marc. IX. 42. Luc. XVII. 1.	
7	ἐκείνῳ) — β		
8		Supr. c. V. 29. Marc. IX. 43.	
10 med.	ἐν οὐρανοῖς) — γ		
11		Luc. XIX. 10.	
12		Luc. XV. 4.	
15	κῷ prius) — β	Luc. XVII. 3.	
17			ὁ ἐθν -- der Emphasis.
18		Supr. c. XVI. 19.	
19	πάλιν) πάλιν ἀμὴν δ		
28	μοι) — δ		
¶	εἴ τι) ὅ τι ε		
29	πάντα) — δ		
35	τὰ παραπτώματα αὐτῶν) — γ		
X. X. 1		Marc. X. 1.	
3	αὐτῷ) — β		
5	προσκολληθήσεται) κολληθήσεται δ	Gen. II. 24.	μητέρα· καὶ dist.
7		Deut. XXIV. 1. Supr. c. V. 31. Marc. X. 2. Luc. XVI. 18.	
9	μὴ) εἰ μὴ ε		
13		Marc. X. 13. Luc. XVIII. 15.	
14		Supr. c. XVIII. 3.	
16	ἀγαθὲ) — ε	Marc. X. 17. Luc. XVIII. 18.	
17	λέγεις usq. θεός.) ἐρωτᾷς περὶ τοῦ ἀγαθοῦ; εἷς ἐστιν ὁ ἀγαθός. β		
18		Ex. XX. 12 f.	
20	ἐκ νεότητός μου) — δ		

Matth.

Matth.	Variantes	Parallela	Notulæ
XIX. 21			-χοῖς, καὶ-νῶ· καὶ dist.
25	αὐτοῦ) ~ β		
29	οἰκίας) οἰκίαν β		
30		Cap. XX. 16. Marc. X. 31. Luc. XIII. 30.	
XX. 4	ἀμπελῶνα) ἀμπελῶνά μου δ		
7	καὶ ὃ ἐὰν ᾖ δίκαιον λήψεσθε) ~ ε		
15	ἐν τοῖς ἐμοῖς) ~ δ		
¶	ἐι) ἢ δ		
16		Cap. XIX. 30. XXII. 14.	
17		Marc. X. 32. Luc. XVIII. 31.	
20		Marc. X. 35.	
22	ἢ τὸ usq. βαπτισθῆναι) ~ γ		
23	καὶ τὸ usq. βαπτισθησεσθε) ~ β		
¶	μου ante οὐκ) ~ γ		
26		Cap. XXIII. 11.	
29		Marc. X. 46. Luc. XVIII. 35.	
31	Ἐλέησον ἡμᾶς, κύριε) Κύριε, ἐλέησον ἡμας γ		
34	αὐτων οἱ ὀφθαλμοὶ) ~ δ		
XXI. 1		Marc. XI. 1. Luc. XIX. 29. Ion. XII. 12.	
3	ἀποσέλλει) ἀποστελεῖ δ		
4	ὅλον) ~ γ	Zach. IX. 9.	
5			-ταί σοι, πραὺς καὶ dist.
7	ἐπεκάθισεν) ἐπεκάθισαν ε		
12	τοῦ θεου) ~ γ	Marc. XI. 11. 15. Luc. XIX. 45.	
13		Iesa. LVI. 7. Ier. VII. 11.	
16		Psalm. VIII. 3.	

Matth.	Variantes	Parallela	Notulæ
XXI. 17		Marc. XI. 11.	
18		Marc. XI. 12.	
21		Supr. c. XVII. 20.	
23		Marc. XI. 27. Luc. XX. 1.	
28	μοι) ~ δ		
29 seq.	οὐ θέλω usq. οὐκ ἀπῆλθε) Ὑπάγω κυριε· καὶ οὐκ ἀπῆλθεν. προσελθὼν δὲ τῷ ἑτέρῳ, εἶπεν ὡσαύτως· ὁ δὲ ἀποκριθεὶς εἶπεν, Οὐ θέλω· ὕστερον δὲ μεταμεληθεὶς, ἀπῆλθε δ		
30	δευτέρῳ) ἑτέρῳ α		
31	πρῶτος) ἔσχατος δ		
33		Marc. XII. 1. Luc. XX. 9.	
35	ἔδειραν) ἔδηραν ε		
42		Pſ. CXVIII. 22.	
44		Luc. XX. 18.	
XXII. 14		Cap. XX. 16.	
15		Marc. XII. 13. Luc. XX. 20.	
